Tomus primus textu Dialectico
R- 3484

PORPHYRII

PHOENICIS ISAGOGE, ID EST, INTRODVCTIO IN DIALECTICEN.

ITEM

Aristotelis Stagiritae

PRINCIPIS PHILOSOPHORVM OPERA OMNIA, QVAE PERTINENT AD INVENTIONEM ET IVDICATIONEM DIALECTICAE.

Omnia castigatius quàm antehac ædita.

LOVANII,
Opera & Impensis Seruatij Sassseni, Bibliopolæ ac Typographi iurati. Anno 1547.
Mense Octobri.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO CAESAREAE MAIESTATIS.

Della compañia de Iesus del Colegio

I. Louaniesium textus Dialecticę
R. 8499

PORPHYRII

PHOENICIS ISAGOGE, ID EST, INTRODVCTIO IN DIALECTICEN.

ITEM

Aristotelis Stagiritae

PRINCIPIS PHILOSOPHORVM OPERA OMNIA, QVAE PERTINENT AD INVENTIONEM ET IVDICATIONEM DIALECTICAE.

Omnia castigatius quàm antehac ædita.

LOVANII,
Opera & Impensis Seruatij Sassenj, Bibliopolæ ac Typographi iurati. Anno 1547. Mense Octobri.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO CAESAREAE MAIESTATIS.

Bibliotheque royale de Belgique

Cautum est Cæsareo Priuilegio

Ne quis præter Seruatium Sassenum intra duodecim proximos annos hęc Porphyrij & Aristotelis Dialectica imprimat, aut diuendat. Preuaricatori, confiscatio istiusmodi librorum, & mulcta caroleorum quinquaginta, in pœnam constituta. Cuius emolumenta ad eundem Seruatium Sassenum pertinebunt. Iuxta literas Bruxellis datas xvij. Augusti. Anno Dñi. M. D. XLVI. Subsignatas, Verreyken.

Catalogus librorum Dialecticorum Aristotelis.

Categoriarum, id est, Prædicamentorum seu elementorum dialectices. Liber vnus.

Perí Hermenias, id est, de interpretatione siue enunciatione, Liber vnus.

Analyticorum prioru .i. de resolutiõibus syllogismoru in sua principia, propriasq; figuras, ac modos, Libri ij.

Analyticorum posteriorum .i. de syllogismo demonstratiuo seu scientifico, Libri duo.

Topicoru .i. de sedibus ac locis argumentationũ, Libri viij. Sex postremis ex versione Boetij desumptis.

Elenchorum, hoc est, de redargutionibus vitiosarum argumentationum libri duo. Quorum posterior ex versione quoq; Boetij est desumptus.

Liber Prædicabilium

CONTINET TRES TRACTATVS.

Primus tractatus continens propositionem procemialem, declarantem vtilitatem prædicabilium & modum procedendi.

CVM SIT NECESSARIVM Chrysaori, & ad eã quę est apud Arist. prędicamentorũ doctrinam, nosse quid sit genus, quid differẽtia, quid species, quid proprium, & quid accidens, & ad definitionũ assignationẽ, & omnino ad ea quæ in diuisione vel demonstratione sunt vtilia. Istarũ rerum speculatione, cõpendiosam tibi traditionẽ faciens, tẽtabo breuiter, velut introductionis modo, ea quę ab antiquis dicta sunt, aggredi: altioribus quidẽ quęstionibus abstinẽs, simpliciores verò mediocriter cõiectãs. De generibus ergo & speciebus dicere recusabo, vtrũ subsistãt, an in solis nudisq; intellectibus posita sint. Et si corporalia sint, an incorporalia. Et vtrũ separata sint à sensibilibus, an in sensibilibus sint posita. Altissimũ enim est huiusmodi negotiũ & maioris egens inquisitionis. Quemadmodũ verò de his ac propositis vniuersalibus pbabiliter tractauerũt antiqui, & horum maximè Peripatetici, tibi nunc monstrare tentabo.

Propositio procemialis.

Aliàs utilitas istarum.

Tres quæstiones difficiles.

Aliqui addit puris.

Secundus tractatus est de quinq; vniuersalibus. Primum capitulũ est de genere, cuius prima pars continet acceptiones generis

VIdetur aũt, neq; genus neq; species simpliciter dici. Dicitur enim vno modo genus aliquoru, quodammodo se habẽtium ad vnum aliquid & ad seinuicem, collectio. Secundum quã significationem Romanorum collectio genus dicitur, ab vnius. s. Romuli habitudine, & multorum habẽtium ad seinuicem ab illo cognationẽ, secundum quã ab alijs generibus distinguit. Altero modo dicitur genus, quod est vniuscuiusque generationis principiũ, vel ab eo qui genuit, vel à loco in quo quis genitus est. Sic Orestem dicimus habere genus à Tãtalo. Hillum verò ab Hercule. Et rursus, Pyndarũ Thebanũ esse genere, Platonem verò Atheniẽsem. Est enim patria vniuscuiusq; generationis principium, quemadmodũ pater. Videtur autem hęc secunda generis significatio esse promptissima. Romani enim sunt, qui

Genus primo modo.

Genus secundo modo.

Auctoritas.

Comparatio deceptionis.

Prima ratio.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

Secunda ratio. genere deſcendũt à Romulo: & Cecropide, qui à Cecrope, & horũ propinqui. Et quidẽ vniuſcuiuſq; generationis principium, prius genus eſt appellatũ, deinde multitudo eorũ, qui ſub vno ſunt principio, vt à Romulo, quã ab alijs diſtinguẽtes Romanorũ diximus eſſe genus. Tertio verò modo genus dicitur, cui ſupponit̃ ſpecies, & hoc fortaſſis ad aliarum acceptionum ſimilitudinẽ. Nam & principium eſt quoddam ſuarum ſpecierum. Eſt etiam collectiuum omnium ſpecierum, quæ ab ipſo ſunt.

Genus tertio modo.

Secunda pars generis definitionem continens & eius declarationem.

Definit. generis TRipliciter ergo cũ genus dicatur, de genere tertio modo apud Philoſophos eſt ſermo, quod definiuerũt. Genus eſt, quod prædicatur de pluribus, differẽtibus ſpecie, in eo quod quid eſt, vt aĩal.

Declaratio definitionis. Eorum enim quæ prędicantur, alia de vno ſolo prædicantur, velut indiuidua, vt Socrates, hic, hęc, & hoc. Alia de pluribꝰ, vt quinq; vniuerſalia. Ab his quidem quæ de vno ſolo prædicãtur, genus differt, cũ de pluribus dicatur. Ab alijs verò, quæ de pluribus prædicantur, differt. A ſpecie quidẽ, quoniã ipſa non prędicatur de differentibus ſpecie, ſed numero tantũ, vt homo. A proprio, quia proprium ſolũ de ea ſpecie cuius eſt, prædicatur, & eius indiuiduis, vt riſibile de homine ſolo, & particularibus hoĩbus. Genus verò etiã de plurib⁹ ſpeciebus. A differentia verò, & cõmuniter accidentibus differt genus, quia illa nõ in eo quod quid eſt prædicantur, ſed in eo quod quale eſt. Interrogati enim qualis eſt hõ, reſpondemus rationalis: & qualis eſt coruus, dicimus niger. interrogati verò qd eſt hõ, vel coruus, reſpõdemus aĩal. De pluribus ergo prędicari, diſtinguit genus ab indiuiduis. Sed differẽtibus ſpecie, diſtinguit gñs à ſpecie & proprio. In eo aũt quod quid eſt, à differentia & accidente, quę nõ in quid, ſed magis in quale, vel quõ ſe habet prędicãtur. Nihil ergo ſuperfluũ, neq; minus, dicta generis deſcriptio cõtinet.

Cap. 2m

Secundum capitulum eſt de ſpecie, cuius prima pars continet acceptiones & definitiones ſpeciei.

Prima acceptio ſpeciei. SPecies aũt dicitur de vniuſcuiuſq; forma, ſecundũ quã ſignificationẽ, dicta eſt Priami ſpecies digna eſſe imperio. Dicitur adhuc ſpecies, quæ eſt ſub aſſignato genere, ſecundũ quam ſignificationẽ, hominem animalis ſpeciem dicimus, album coloris, triangulũ verò figurę. Neq; inconueniens eſt, nos genus prius per ſpeciem, & nũc ſpeciem per genus definiuiſſe. Sed noſſe oportet, quoniam genus, alicuius eſt genus: & ſpecies, alicuius eſt ſpecies. Et idcirco neceſſe eſt in vtrorũq; ra-

Secũda acceptio

Obiectiõis ſolu.

Auctoritas.

tioni

tionibus vtriſq; vti. Aſſignant igitur ſic ſpeciem. Species eſt, quę ſub genere ponitur. Et iterum, de qua genus in eo quod quid eſt prædicatur. Amplius autem ſic. Species eſt, quod de pluribus differentibus numero, in eo quod quid eſt, prædicatur. Sed hæc aſſignatio eſt ſpeciei ſpecialiſſimæ, & quæ ſolum ſpecies eſt. Cæterę verò & non ſpecialiſſimarum.

Prima definitio ſpeciei. *Secunda.* *Tertia.* *Differẽtia dictarũ definitionũ.*

Secunda pars continet declarationem dictorum.

PLanum autem erit quod dicitur, In vnoquoq; prædicamento ſunt quędam generaliſſima, quædam ſpecialiſſima, & quædam media. Generaliſſimum quidem eſt, ſupra quod non eſt aliud ſuperueniens genus. Specialiſſimum, poſt quod non eſt alia inferior ſpecies. Inter generaliſſimum verò & ſpecialiſſimũ ſunt intermedia, quæ eadem genera ſunt & ſpecies, ad aliud quidem & ad aliud ſumpta. Sit autẽ manifeſtum in vno prædicamento, quod diximus. Subſtantia enim eſt genus, ſub qua corpus: ſub corpore verò corpus animatũ, ſub quo animal: ſub animali verò, rationale animal, ſub quo homo: ſub homine verò Socrates, Plato, & qui ſunt particulares homines. Horum autẽ ſubſtantia generaliſſimũ eſt, eò quòd ſit genus ſolùm, homo verò ſpecialiſſimum, ac ſolũ ſpecies. Et omne quod ante indiuidua proximũ eſt, ſpecialiſſimũ eſt. Reliqua verò intermedia, ſunt genera & ſpecies: genera quidẽ inferiorum, ſpecies verò ſuperiorum, vt corpus ſpecies eſt ſubſtantiæ, genus autem corporis animati. Quemadmodum igitur ſubſtãtia, quæ ſuprema eſt, eſt generaliſſimum: ſic & homo, cum ſit ſpecies, poſt quam non eſt alia inferior ſpecies, neq; aliquid eorũ quæ poſſint diuidi, ſed indiuidua ſolum, eſt ſpecies ſpecialiſſima. Interme dia verò, ſpecies ſunt & genera. Quare illa quæ in medio ſunt, duas habent habitudines, vnam ad ſuperiora, ſecundum quam ſpeci es ipſorum dicuntur, alteram ad poſteriora, ſecundum quam eorũ genera. Extrema verò vnicam habent habitudinem. Generaliſſimum ad inferiora, quorum genus dicitur, non ad ſuperiora, cum ipſum ſit ſupremum, & primum principium. Specialiſſimum ad ſuperiora, quorum ſpecies dicitur, ad inferiora verò non aliã habet: Indiuiduorum autem ſpecies dicitur, velut ea continens, ſuperior verò ſpecies, velut quæ ab eis continetur. Definiunt ergo ita generaliſſimum, quod cum ſit genus non eſt ſpecies. Et rurſus, ſupra qd non eſt aliud genus ſuperueniens. Specialiſſimum verò, quod cũ ſit ſpecies, non eſt genus. Atq; etiam, quod cum ſit ſpecies, non diuiditur

Definitio generaliſſimi. *Definitio ſpecialiſſimi.* *Arbor Porphyriana.* *Corollarium.* *Duæ definitiões generaliſſimi.* *Tres definitiões ſpecialiſſimi.*

Definitio subalternorum.

uidit in ſpecies. Et tertio, Specialiſſimū eſt, quod de pluribus differentibus numero, in eo qd quid eſt, prędicat. Quæ in medio ſunt, ſubalterna appellantur. Sunt aūt ſubalterna, quorū vnumquodq; genus & ſpecies eſſe poteſt, ad aliud quidem, & ad aliud ſumptū.

Tertia pars continet declarationem arboris, per ſimile in familia.

Conuenientia.

Differentia.

INtermedia genera dicuntur & ſpecies, quemadmodum in familijs, Agamemnon, Atrides, & Pelopides, & Tantalides, & vltimùm Iouis. Verùm in familijs plęrunq; diuerſæ familiæ ad vnū reducuntur principium, velut Iouem, In prędicamentis autem nō ſic. Non enim ens eſt vnum commune genus omnium, vt inquit Ariſtoteles. Alioquin omnia vniuoce entia dicerentur. Sed ponā

Potius &.

tur, vt in prædicamentis, decem prima genera, quaſi decem prima principia, vel ſi quis omnia entia vocet, æquiuoce inquit nuncupabit, non vniuoce. Cum enim decem ſunt prima principia, cō

Numerus generaliſſimorum. altàs in definito

municatio ſolum in nomine, & non in ratione. Generaliſſima ſunt decem. Specialiſſima in numero quodam ſunt, non tamen in finito. Indiuidua autem infinita ſunt. Quapropter deſcendentem à generaliſſimis ad ſpecialiſſima, iubet ibi Plato quieſcere: deſcendere verò per media diuidentes ſpecificis differentijs, infinita inquit relinquenda ſunt, nec eorum poſſibile eſt fieri diſciplinam. Deſcen-

Corollarium.

Corollarium alid.

dentibus ergo ad ſpecialiſſima, neceſſe eſt diuidentem per multitudinem ire. Aſcendentibus verò colligere multitudinem in vnū: Collectiuum enim multorum in vnam naturam eſt ſpecies, & magis genus. Particularia verò & ſingularia ecōtra, ſemper vnum in

Auctoritas.

multitudinem diuidunt. Participatione enim ſpeciei plures homines ſunt vnus homo. Particularibus autem vnus & communis eſt

Auctoritas.

plures. Diuiſiuum enim eſt ſingulare, collectiuum autem quod commune eſt.

Quarta pars continet quaſdam regulas de genere & ſpecie.

ASſignato genere & ſpecie, quid vtrunq; ſit, & quòd genere exiſtēte vno plures ſunt ſpecies. eſt enim ſemper diuiſio gene

Prima regula.

ris in plures ſpecies. Genus quidem de ſpecie prædicatur, & omnia ſuperiora de inferioribꝰ: ſpecies verò neq; de genere ſibi proximo, neq; ſuperioribus, non enim cōuertitur. Oportet enim æqua de æquis prædicari, vt hinnibile de equo: aut maiora de minoribus, vt animal de homine: minora verò de maioribus minime. Non enim animal dixeris eſſe hominem, quemadmodum hominem dices

Secunda.

eſſe animal. De quibus prædicatur ſpecies, de his neceſſario & ſpeciei

ciei genus prædicatur, & generis genus, vſq; ad generaliſſima. Si enim verum eſt Socratem eſſe hominem, & hominē eſſe animal, & animal eſſe ſubſtantiam: verum etiam eſt, Socratem eſſe animal & ſubſtantiam. Species prædicatur de indiuiduis, & vniuerſaliter omnia ſuperiora de omnibus ſub ſe poſitis. Indiuiduum autem prędicat de vno ſolo particulari, vt Socrates, hoc albū, hic veniens, Sophroniſci filius, ſi ſolus ſit ei Socrates filius. Et hæc dicuntur in diuidua, quia vnumquodq; eorum conſiſtit ex proprietatibus, quarum collectio nunq̄ in alio erit eadem. Socratis enim proprietates nunquàm in alio eædem erunt. Hominis verò communis proprietates in omnibus particularibus hominibus reperiuntur eædem, ſecundum quod homines ſunt. Continetur ergo indiuiduum ſub ſpecie, & ſpecies ſub genere. Totum enim quoddam eſt genus, indiuiduum pars, ſpecies verò, & totum, & pars: pars alterius, totum verò non alterius. ſed in alijs, cum totum in ipſis partibus ſit. De genere ergo & ſpecie ſatis dictum eſt.

Tertia. De indiuiduo.

Probatio.

Corollarium.

Tertium cap. eſt de differentia, cuius prima pars acceptiones differētię cōtinet.

DIfferentia, cōmuniter, proprie, & magis proprie dicitur. Communiter differre alterꝫ ab altero dicitur, quod alteritate quadam differt, quocunq; modo, vel à ſeipſo, vel ab alio, vt Socrates à Platone differt alteritate quadā, & ipſe à ſeipſo puero, iam vir factus: & agēte non agēs. Et hęc differentia ſemper eſt in alteritatibus aliquo modo ſe habēdi. Proprie

Prima acceptiō differentiæ.

Secunda.

differre alterum ab altero dicitur, quod ab aliquo inſeparabili accidente differt. Inſeparabile accidens eſt, vt naſi curuitas, oculorꝫ cæſitas, & cicatrix cum ex vulnere occalluerit. Magis autem proprie alterum ab altero differt, quando ſpecifica differentia differt, vt homo ab equo, rationali qualitate. Vniuerſaliter ergo, oīs differentia cuilibet aduenięs facit alteratum, ſed communis & propria alteratum ſolum, magis propria aliud. Differentiarum ergo, quædam alteratum faciunt, quę ſimpliciter differentiæ dicuntur, quædam verò aliud, quæ ſpecificæ vocantur, vt rationale, quod aduęniens animali, facit aliud, & ſpeciem animalis: moueri autem alteratum ſolum facit. Secundum differentias facientes aliud, fiunt diuiſiones generis in ſpecies, & definitiones ex eis conſtituuntur, quæ ſunt ex genere & huiuſmodi differentijs. Secundum differētias verò alteratū ſolum facientes conſiſtit ſolum alteratio, & aliquo modo ſe habendi diuerſitas.

Argyrop habet ut oculorum coæ ruleus color.

Tertia.

Corollariū cōtinēs differentias acceptionis.

Diuiſio.

Alia differentiæ acceptionum.

Secunda pars continens diuisiones differentiæ.

Prima diuisio differentiæ. Secunda.

DIfferentiarum alia est separabilis, vt moueri, quiescere, sanũ, & ægrum, & similia. Alia verò inseparabilis, vt simum, aquilinum, vel rationale. Inseparabilium, aliæ per se, vt rationale per se inest homini, mortale, & disciplinæ susceptibile. Aliæ per accidens, vt aquilinum esse, vel simum. Differentiæ per se in ratione substantiæ accipiuntur, & faciunt aliud. Illæ verò quæ sunt secundum accidens, nec in ratione substantię accipiuntur, nec faciũt aliud, sed alteratum solum. Amplius differentię per se nõ suscipiũt magis & minus: quę verò per accidẽs sunt, & si sint inseparabiles, intensionem suscipiunt & remissionem. Genus enim non secundũ magis & minus dicitur de eo cuius est genus, neq; generis differentiæ, secundum quas diuiditur. Ipsę enim sunt, quæ vniuscuiusq; rationem complẽt. Esse aũt vniuscuiusq; vnũ & idẽ est, nec intẽsionẽ, nec remissionem suscipiẽs. Aquilinum verò, simum, vel coloratũ aliquo modo intenditur & remittitur. Cũ ergo tres cõsideratæ sint species differentiæ, & etiam quædam sint separabiles, quędã inseparabiles, Et inseparabilium, hæ per se, illæ verò per accidẽs. Rursus differentiarum per se, aliæ sunt diuisiuæ generum, alię constitutiuę specierum. Vnde omnes huiusmodi sunt differẽtię per se, animatũ inanimatũ, sensibile insensibile, rationale irrationale, mortale & immortale. Inter has animatũ & sensibile cũ substãtia, cõstitutiuæ sunt substãtię animalis. Animal enim est substãtia animata sensibilis: mortale verò & immortale, rationale & irrationale differentiæ sunt diuisiuę animalis. diuiditur enim animal, p rationale & irrationale, mortale & immortale. rationale & mortale, hominis sunt cõstitutiuę. Rationale verò & immortale, dei: sed irrõale & mortale irrationaliũ animaliũ, quoniã igitur eędẽ differẽtię aliquo mõ acceptę diuisiuę, & alio modo acceptę cõstitutiuę sunt, oẽs specificę vocantur. Et his opus est ad genera diuisiões, definitiones specierũ: nõ illis quę sunt scdm accidẽs, siue separabiles sint, siue inseparabiles.

Separat differẽtias per se à differẽtijs per accidens.

Alia separatio differentiarũ.

Tertia diuisio.

Numerat differentias per se.

Corollarium.

Tertia pars continet definitiones differentiarum

Prima definitio differentiæ.

DIfferentia est, qua abundat species à genere, vt homo ab animali plus habet, rationale & mortale: animal enim ipsum nihil horum est. Nam vnde species haberent differentias, neque enim genus oppositas habet, cum oppositа eidem non insunt simul. Sed, vt dicunt, genus omnes differentias sub se potestate habet, actu verò nullam: neque ob hoc ex non ente aliquid fit, neq; oppositа

Boetius. animal enim ipsum neq; nihil horũ est. Iterũ. neq; uerò genus omnes oppositas habet.

oppositа eidẽ insunt. Definiunt aũt & hoc modo differentiã, Differentia est, quę de pluribus & differẽtibus specie, in eo qd quale est, prędicatur, vt rationale, mortale. Quoniã interrogãti quid est homo, aĩal dicimus: interroganti verò quale aĩal, cõuenienter rationale & mortale respõdemus. Nã sicut res ex materia & forma constant, aut ex aliquibus cũ materia & forma similitudinẽ habẽtibꝰ, vt statua ex ære tanq̃ materia, & figura vt forma: sic hõ coĩs & specialis consistit ex genere proportionabili cũ materia, & differentia pportionabili cũ forma. Totũ aũt hoc, aĩal rationale mortale hõ est, quemadmodũ illic totũ est statua. Describunt & sic differentiã, Differentia est, quæ diuidit ea quę sub eodẽ genere sunt, vt rationale & irrationale hominẽ & equum. Item & sic, Differentia est, qua differunt à se singula. Nam secundum genus species non differũt. sumus enim animalia nos, & irrationalia, sed rationale additũ nobis separat nos ab illis. Rationales etiã sumus nos, & dij: sed mortale additũ nobis separat nos ab eis. Exactius aũt perscrutantes differentiã dicunt, nõ quoduis diuidentiũ ea quę sub eodẽ genere sunt, esse differentiã, sed quod ad esse rei conducit, & quod eius quod est esse rei pars est. Neq; enim aptũ natũ nauigare differentia erit hominis, q̃uis sit propriũ eius. Dicimus enim, animaliũ quędam nata sunt ad nauigandũ, quædã verò minime, sed non est cõpletiuum substantię hominis, neq; pars eius, sed aptitudo quædã, ideò nõ est specifica differentia. Specificæ ergo differentiæ sunt, quęcunq; alteram faciunt speciẽ, & quæcunq; in eo quod quale est prædicantur.

Secunda definitio. Probat differentiam prædicari in quale.

Argyro. habet, Sic homo cõmunis, qui quidẽ est species, &c. cæt.

Tertia definitio differentiæ.

Quarta definitio differentiæ. Argy. nõ habet additum in definitione, à se.

Supplemẽtũ tertiæ definitionis.

Quartum capitulum de modis proprij.

PRoprium in quatuor modos diuiditur. Nã primo modo dicitur, quod soli alicui speciei accidit & nõ omni, vt esse medicũ & geometrã. Secundo verò modo, quod omni & non soli accidit, vt homini esse bipedem. Tertio, quod soli, omni, & aliquando accidit, vt homini in senectute canescere. Quarto modo propriũ dicitur, quod soli, omni, & semp accidit, vt homini risibile. Nam & si non semper rideat, risibilis tamen semper dicetur: hoc enim ei naturale est, vt equo hinnibile. Et hæc proprie nominantur propria, quoniã etiam conuertuntur, quicquid enim est hinnibile, est equus: & qcquid equus, hinnibile.

Proprium primo modo.

Secundo modo proprium.

Tertio modo.

Quarto modo.

Quintum capitulum de accidente.

ACcidens est quod adest, & abest præter subiecti corruptionem. Accidentium aliud separabile, vt dormire, aliud inseparabile

Prima definitio accidentis.

Diuisio accidet. parabile, vt nigrum coruo vel æthiopi inseparabiliter accidit, potest tamen coruus intelligi albus, & æthiops nitens candore, præter
Secũda definit. subiecti corruptionem. Definitur & accidens. Accidẽs est, quod cõ-
Tertia definitio tingit inesse, & non inesse eidem. Tertio, Accidens est, quod neq; est genus, neq; species, neq; differentia, neq; proprium, semper autem est in subiecto subsistens. Dictis igitur vniuersalibus, dicẽdum est, quæ sunt eis communia & propria.

Tertius tractatus continens cõmunitates & differentias quinq; vniuersalium.

Primum capitulum continens communitates & differentias. quinq; vniuersalium summatim.

Cap. 6m

Communitas vniuersalium. COmmune est oĩbus vniuersalibus, de pluribus prædicari, differenter tamẽ. Genus nãq;, vt aĩal, de equis, bobus, & canibus, quę sunt species, & eorũ indiuiduis prędicat'. Similiter etiã differẽtia, vt irrationale. Species aũt, vt homo de indiuiduis tantũ. Propriũ verò de specie, vt risibile de hoĩe, & particularibus hominibus. Accidens de speciebus, & indiuiduis. Inseparabile, vt nigrũ de specie coruorũ & indiuiduis. Separabile verò, vt moueri de homine & equo: sed principaliter de indiuiduis, secundariò de superioribus.

Secundum caput, continens conuenientias & differentias generis cum alijs. Prima pars generis & differentiæ communitates & differentias continet.

Prima cõmunit. COmmune est generi & differentiæ, continere species, & si non tot species differentia contineat, quot genus, vt rationale deũ & hominem continet, non tamen irrationalia, quæ continet ani-
Secunda. mal. Et sicut quæcunq; prædicant' de genere, vt genus est, de omnibus sub illo contentis speciebus prędicãtur. Sic & quæcunq; prædicantur de differentia, vt differẽtia est, semper de eis quæ sub ipsa continentur speciebus prædicantur, vt substantia, animatum, sensibile, non solum de animali, sed eius speciebus dicuntur & indiuiduis: & hæc differentia, ratione vti, non solum de rationali, sed de
Tertia. speciebus sub rationali contentis. Commune etiã est, perempto genere vel differentia, simul quę sub illis sunt perimi, vt si non sit animal, nõ est homo, neq; equus: & si nõ sit rationale, nullum erit ani-
Prima differẽt. mal ratione vtẽs. Genus de pluribus speciebus prędicat', q̃ differentia ipsum diuidens, species, propriũ, & accidẽs, vt animal de homine, equo, boue, aue, & serpente, quadrupes de solis quadrupedibus: homo de solis indiuiduis humanis, hinnibile de solo equo, &
Secunda. indiuiduis, sic & accidens de paucioribus dicitur. Amplius, genus continet differẽtias potestate: animalis enim hoc rationale quidem est,

est, hoc verò irrationale. Amplius genera priora sunt sub se positis Tertia. differentijs, ꝓpter quod simul eas auferũt & nõ auferunt'. Sublato enim aĩali, aufertur rationale & irrationale. Differentiæ verò non auferũt genus. nã & si oẽs interimãtur, tantum substãtia animata sensibilis subintelligi põt, quę est aĩal. Amplius, genus quidẽ in eo Quarta. quod quid, differẽtia verò in eo qđ quale est prędicatur. Amplius, Quinta. genus vnũ est secundũ vnãquãq; speciẽ, vt hoĩs animal: differẽtiæ verò plurimæ, vt rationale mortale, mentis & disciplinæ perceptibile. Amplius genus consimile est materię, differentia verò formę. Sexta.

Secunda pars continens differentias & communitates generis & speciei.

COmmune est generi & speciei quæ solum species est, de pluri- Prima cõitas. bus prędicari. Commune etiã est eis, priora esse his de quibus Secunda. prędicãtur. Insuper cõmune illis est, vtrunq; quoddam totum esse. Tertia.

Differũt aũt in eo, q; genus continet species, Species verò continentur & non cõtinent genera, de pluribus enim genus q̃ species Prima differẽtia prædicat'. Oportetq; genera præiacere, & informata specificis differentijs perficere species, vnde & priora sunt naturaliter generà Secunda. speciebus, & secũ species tollunt, nõ tamẽ ab illis tollũtur. Species Tertia. quidem cum sit, est genus, genus verò cum sit, non omnino erit species. Et genera vniuoce de speciebus prędicantur, sed non econtra. Amplius abundant genera à speciebus, continentia species: species Quarta. verò à generibus, differentijs proprijs. Amplius, species nunq̃ Quinta. fiet generalissimum, neq; genus specialissimum.

Tertia pars continens communitates ac differentias generis & proprij.

COmmune est generi & proprio, per consequentiam sequi spe- Tres communitates generis & proprij. cies, & æqualiter de ipsis prædicari, atq; vniuoce. Differunt autem, quia genus prius est proprio, Proprium verò posterius. Oportet enim animal prius esse, dehinc diuidi differentijs & proprijs. Prima differentia eorum. Amplius, genus de pluribus speciebus, propriũ verò de vnica spe- Secunda. cie, cuius est propriũ, prædicatur. Conuersim enim prædicatur pro- Tertia. prium de eo cuius est, genus verò de nullo conuersim dicitur. Præterea proprium inest omni, soli, & semper. genus verò omni, & semper, non autem soli. Amplius, species interempta non interimit ge- Quarta. nus, sed ipsa interempta interimit proprium, & econtra.

Quarta pars communitates & differentias generis & accidentis continens.

COmmune est generi & accidenti, siue separabile sit, siue in- Cõitas generis & accidẽtis. separabile, de pluribus prædicari. Sed differunt, quia ge- Prima differẽtia. nus est prius specie, accidens verò natura posterius est. Subiectum enim prius est accidente; etiam & si sit inseparabile. Secunda.

Et

Et genera æqualiter participantur, accidentia inęqualiter, intentionem enim & remissionem suscipiunt accidentia, genera verò minime. Accidentia in individuis primo sunt, genera verò & species naturaliter priora sunt individuis. Amplius, genera in eo quod quid est prædicantur, accidentia verò in quale, vel quomodo se habet. Qualis est enim æthiops interrogatus, dicis niger, & quomodo se habet Socrates, dicis sedet, vel ambulat.

Tertia.

Quarta.

Quinta pars continens solutionē dubij de numero differentiarum vniuersalium.

Dubium.

GEnus autē quomodo de alijs quatuor differat dictū est. Cōtingit etiā vnūquodq; alioꝝ ab alijs quatuor differre. Cum igitur quinq; sint vniuersalia, quater quinq;, id est, viginti videbuntur oēs differentię. Sed nō est ita, si enim semper enumerentur differentiæ prioris vniuersalis, solū ad sequentia vniuersalia, & non ad priora, quum illę differentię sumptæ sint, relinquitur omnes differentias esse decem, videlicet quatuor generis ad quatuor sequentia, tres ipsius differentiæ, ad tria sequentia, duæ speciei, ad duo posteriora. & vna proprij, ad accidēs. Neq; differentiam ipsius differentiæ à genere numerare oportet, quia dicta est, quando quomodo genus à differentia differt, diceba tur. Et vniuersaliter, differentiæ posteriorum vniuersalium ad priora, dictę sunt in differentijs priorum à posterioribus. Quatuor ergo differentiæ, tres, duæ, vna, omnes differentiæ sunt.

Solutio dubij.

Corollarium.

Tertium capitulum continens communitates & differentias differentiæ ad alia posteriora. Prima pars continet differentias ac communitates differentiæ & speciei.

Duæ cōmunitates differētiæ & speciei.

COmmune est differētiæ & speciei æqualiter participari. Et semper adesse his, quę eorū participant, hoīe enim & rationali æqualiter participant particulares homines, semperq; Socrates est rationalis & homo. Differūt aūt, cum differentia in quale, species verò in quid prędicatur. Nā & si homo vt quale quid sumat, non tamē simpliciter erit quale, sed secundū quid differentię adueniētes eū cōstituerunt. Amplius, differētia sæpe in pluribus speciebus consideratᵉ, vt quadrupes. Species verò in solis individuis. Insup differētia prior est specie cōstituta, rationale enim interemptum tollit hoīem, & non econtra, cum maneat deus. Prętera vna differentia cōponitur cum alia, rationale nanq; & mortale cōponuntur ad constituendū hominē. Species autem cū specie non cōponitur, vt gignat alteram speciem. Quędam enim equa cū quodā asino permiscetur ad muli gnationē, equa aūt simpliciter

Prima differētia

Secunda.

Tertia.

Quarta.

simpliciter, asino composita nunquàm mulum perficeret.

Secunda pars continens communitates & differentias differentiæ & proprij.

Prima communitas.

COmmune est differētiæ & proprio, ab his æqualiter participari quorum sunt. Aequaliter enim rationalia sunt rationalia, & risibilia risibilia. Commune est etiam vtriq;, semper, & omni ad esse. Nam q̄uis bipedi pes detruncetur, ratione aptitudinis tamen adhuc bipes dicitur, sicut risibile, q̄uis non semper rideat. Differūt autem, quia differentia sępe de pluribus speciebus dicit, vt rationale de deo & homine, Propriū de vna sola specie, cuius est. Insuper differentia cōsequit ea quorū est differētia, nō tamen conuertitur. Propria verò conuersim prædicantur de his, quorū sunt propria.

Secunda.

Prima differētia

Secunda.

Tertia pars continens communitates ac differentias differentiæ & accidentis.

Prima communitas.

DIfferentiæ & accidenti cōmune est, de pluribus dici. Prætera differentiæ & accidenti inseparabili commune est, semper & omni adesse, vt bipes semper adest omni homini, & nigrum coruo. Sed differunt, quia differentia continet, & non continetur, continet enim rationalitas hominem & deum, accidentia verò quodā modo continent, eò quòd in pluribus sunt, & quodammodo continentur, eò quòd non vnius accidētis susceptibilia sunt subiecta, sed plurimorum. Item differentia non est intensibilis & remissibilis, Accidentia verò magis minusq; suscipiunt. Differentiæ contrariæ sunt impermixtæ, Accidentia verò contraria aliquando permiscētur. Communitates igitur & differentiæ, ipsius differentiæ & cæterorum vniuersalium sunt, quæ iam dicta sunt.

Secunda.

Tertia.

Epilogus.

Quartum capitulū continens communitates differentiasq; speciei cum sequentibus. Prima pars continens communitates ac differentias speciei & proprij.

Duæ communitates speciei & proprij.

SPeciei & proprio cōmune est, inuicē conuersim prædicari. Nā si homo est, risibile est, & econtra, Et æqualiter prædicantur de his quorū sunt. Differunt autem, quoniam species potest alijs esse genus, Propriū verò aliarum specierum esse proprium est impossibile. Et species est ante proprium, Proprium verò post fit specie. oportet enim hominem esse, vt risibile sit. Amplius species quidem semper actu adest subiecto, Proprium verò interdum actu, potestate autem semper. Socrates enim semper actu est homo, non verò semper ridet, quamuis sit semper risibilis. Amplius autem, quorum definitiones sunt differentes, & ipsa sunt differentia. Speciei autem & proprij, definitiones sunt diuisæ. Definitio enim speciei est, esse sub genere, & de pluribus differentibus numero in eo quod quid est prædicari,

Prima differētia

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Proprij verò & soli, & semper, & omni adesse.

Secunda pars continet communitates & differentias speciei ad accidens.

Communitas. COmmune est speciei & accidenti de pluribus prædicari. Pau-

Prima differẽtia cæ autem aliæ sunt communitates, quoniam à se plurimum di-

stant subiectum & accidens. Differunt autem, quoniam species in

Secunda. quid, accidens verò in quale, vel quomodo se habet prædicatur.

Tertia. Et quęq; substantia vnius speciei est, plurimum autẽ accidentium,

tam separabilium quàm inseparabilium. Et species quidem an-

Quarta. te subintelligi potest quàm accidentia, etiam si sint inseparabi-

lia. oportet enim subiectum esse, vt illi aliquid accidat, Accidentia

verò posterioris generis sunt, & aduentitiæ naturæ. Et speciei qui-

dem participatio æqualiter est. Accidentis verò etiam inseparabi-

lis non æqualiter, æthiops enim & magis & minus niger alio æthi

ope esse potest.

Quintum caput, continens communitates & differentias proprij & accidentis.

Prima commu- COmmune est proprio & inseparabili accidẽti, sine ipsis

nitas. non esse ea in quibus sunt. Homo enim non est sine ri-

Secunda. sibili, nec sine nigredine æthiops. Et quemadmodum

omni & semper proprium adest, sic & inseparabile acci-

Prima differẽtia dens. Differunt autem, quoniam proprium vni soli speciei adest,

Inseparabile verò accidens, vt nigrũ, nõ æthiopi solum, sed & cor-

Corollarium. uo, & carboni, & ebeno, & quibusdam alijs inest. Quapropter pro-

prium de eo cuius est conuersim prædicatur. Insuper proprio-

Secunda. rum æqualis est participatio, Accidentium verò secundũ

magis & minus. Sunt & alię communitates & pro-

prietates his quæ dicta sunt, verùm & hæc

ad ipsorum conuenientiam distincti

onémque demonstrandam

sufficiunt.

Finis libri Prædicabilium Porphyrij.

UNIVERSIDAD DE GRANADA

Liber Prædicamento-

RVM ARISTOTELIS CON-

TINET TRES TRACTATVS.

Primus tractatus est de anteprædicamentis, cuius primum capitulũ continet tres definitiones anteprædicamentales.

Definitio æquo- AEquiuoca dicuntur, quorũ nomen solũ commune

rum. est, secundũ nomen verò substantiæ ratio diuersa,

vt animal dicitur, & homo, & id quod pictum est.

Horum enim solum nomen cõmune est, secundum

nomen verò substantiæ ratio diuersa. Si quis enim

assignet, quid vtrumq; eorum sit, quo sint animalia, propriam as-

signabit vtriusq; rationem. Vniuoca dicuntur, quorũ & nomen

Definitio uniuo- cõmune est, & secundũ nomen eadem substãtiæ ratio, vt animal

rum. dicitur & homo, & bos. communi enim nomine vtraq; animalia

dicuntur, estq; ipsis substantiæ ratio eadem. si quis enim assignet

vtriusq; rationem, quid vtrumq; sit, quo sint animalia, eãdem assi-

Definitio deno- gnabit rationẽ. Denominatiua verò dicuntur, quęcunq; ab ali-

minatiuorum. quo solo differentia casu, secundũ nomen habent appellationem,

vt à grammatica grammaticus, à fortitudine fortis.

Secundum capitulum continet duas diuisiones anteprædicamentales.

Prima diuisio. EOrum quę dicuntur, alia secundum complexionem dicuntur,

vt homo currit, bos vincit. Alia verò sine complexione, vt ho-

mo, bos, currit, vincit. Eorum quæ sunt, alia de subiecto quodã

Secunda diuisio. dicuntur, in subiecto verò nullo sunt, vt homo de aliquo homine

vt de subiecto dicitur, in subiecto verò nullo est. Alia in subiecto

sunt, de subiecto verò nullo dicuntur, vt quędam grammatica est

in anima, & quoddam albũ est in corpore, vt in subiecto. Omnis

enim color in corpore est. (Esse in subiecto dico, quod cum in ali-

Definitio esse in quo sit, non sicut quædam pars, impossibile est esse sine eo in quo

subiecto. est) Alia de subiecto dicuntur, & in subiecto sunt, vt scientia est in

anima, & de grammatica dicitur, Alia verò neq; in subiecto sunt,

neq; de subiecto dicũtur, vt aliquis homo, vel aliquis equus. Sim-

pliciter autem, quæ sunt indiuidua de nullo subiecto dicuntur, in

subiecto autem ea esse nihil prohibet, quædam enim grammatica

in subiecto est.

Tertium capitulum continet duas regulas anteprædicamentales.

Prima regula. QVando alterũ de altero prædicatur vt de subiecto, quæcunq;

de eo quod prædicatur dicuntur, omnia etiam de subiecto di-

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

cuntur, vt homo de quodam homine prædicatur, animal verò de homine, ergo & de quodam homine animal prædicatur. quidam enim homo & homo est & animal. Diuersorum generum, & non subalternatim positorum, diuersæ sunt species, & differētiæ, vt animalis & scientiæ. Animalis enim differentiæ sunt gressibile, volatile, bipes. Scientiæ verò nulla harum est, neq; enim scientia à scientia differt in eo quod bipes est. Subalternorum verò generum, nihil prohibet easdem esse differentias. superiora enim de inferioribus prædicantur. Quare quæcunq; prædicati fuerint differētiæ, eædem & subiecti erunt.

Secunda regula Corollarium. Arg yro. habet. Et nō ita se habēt ut alterū sub altero colloc̄tur. Arg yr. habet quorū alterū sub altero collocetur

Cap. 4m

Secundus tractatus est de prædicamētis. Primum cap. continet generalem prædicamentorum diuisionem.

Diuisio prædicamentalis.

EOrum quæ secundum nullam complexionem dicuntur, singulum aut substantiam significat, aut quantitatem, aut qualitatem, aut adaliquid, aut vbi, aut quando, aut situm esse, aut habere, aut facere aut pati. Est autem substantia, vt figuraliter dicatur, homo, equus. Quantitas, vt bicubitum, tricubitū. Qualitas, vt album. Adaliquid, vt duplū, maius. Vbi, vt in foro, in Licio. Quādo, vt heri. Situm esse, vt sedere, iacere. Habere, vt calciatum esse, armatū esse. Agere, vt secare, vrere. Pati verò, vt secari, vri. Singula ergo eorū quæ dicta sunt, ipsa quidem secundum se, nulla affirmatione vel negatione dicuntur. Horum autem ad seinuicem complexione, affirmatio vel negatio fit. Omnis enim affirmatio vel negatio, aut vera, aut falsa esse videtur. At nullum eorum quæ incomplexe dicuntur, aut verū est aut falsum, vt homo, album, currit, vincit.

Notabile.

notabile

Cap. 5m

Secundum caput est de primo prædicamento, quod est substantia, cuius prima pars continet definitiones primarum substantiarum, & secundarum, cum declarationibus.

Definitio primæ substantiæ.

SVbstantia autem, quæ proprie, principaliter, & maxime dicitur, est, quæ neq; de subiecto dicitur, neq; in subiecto est, vt aliquis homo, vel aliquis equus. Secundæ autem substantiæ dicuntur species, in quibus illæ quę principaliter substātiæ dicuntur, insunt, hæ quidē, & harū specierū genera, vt aliquis homo in homine est vt in specie, cuius genus animal est. Dicuntur ergo & homo & animal secundæ substantiæ. Manifestum est autē ex dictis, quoniam eorum quæ de subiecto dicuntur, necesse est nomen & rationem de subiecto prædicari, vt homo de aliquo homine dicitur, vt de subiecto, quare & nomen & ratio de subiecto prædicatur. Est enim

Secūdarum substantiarum notificatio.

Notabile.

enim aliquis homo, homo, & animal rationale mortale. Eorū verò quæ in subiecto sunt, in pluribus quidem, neq; nomen, neq; ratio de subiecto prædicatur, In aliquibus autē nomen quidem nihil prohibet aliquando prædicari de subiecto: at rationem est impossibile, vt album cū in corpore sit vt in subiecto, de subiecto prædicatur, dicit' enim corpus albū: ratio verò albi nunq̄ de corpore prædicabitur. Alia autē omnia de principalibus substantijs dicuntur, vt de subiectis, aut in eisdē sunt, vt in subiectis. Hoc autē manifestū est in singulis, vt aīal de homine prædicatur, ergo de aliquo homine, nā si de nullo aliquorū hominum diceretur, nec omnino de homine. Rursus dolor in corpore est, ergo in aliquo corpore, nā si in nullo sit singulorū corporū, nec omnino in corpore est. Quare oīa alia de principalibus substantijs dicuntur, aut in ipsis sunt. Nō existētibus igit' primis substātijs, impossibile est aliqd aliorū esse.

Quædam translationes habent. Est enim aliquis homo, homo & animal, quare.

Conclusio.

Probatio conclusionis.

Corollarium.

Secunda pars continens comparationem substantiarum adinuicem.

SEcundarum substantiarum, magis est substantia species, q̄ genus, propinquior enim est primæ substantiæ. Si quis enim assignet primā substantiam quid est, euidentius & conuenientius speciem assignabit q̄ genus, vt quendā hominem assignando, manifestius assignabit hominem, q̄ animal. Illud enim magis propriū est alicuius hominis, hoc autē communius. Et cum aliquam plantam reddiderit, manifestius arborem assignabit, q̄ plantā. Prętera primæ substātiæ, quia cæteris omnibus subiectę sunt, & cętera omnia aut de eis prædicantur, aut in eis sunt, ideo maximæ substantiæ dicuntur. sicut autem primæ substantiæ ad omnia alia, sic & species ad genus se habet. subiacet enim species generi, genera nanque de speciebus prædicantur. non econtra. Patet ergo, speciē magis substantiam esse q̄ genus. Specierum verò quæ non sunt genera, vna nō est magis substantia, q̄ alia. Non enim accommodatius assignabis de aliquo homine, hominē assignando, q̄ de aliquo equo equū. Similiter & principalium substantiarum, vna non magis est substantia, q̄ altera. Non enim aliquis homo magis est substantia, q̄ aliquis bos. Merito post primas substātias, solæ earū species, & genera, secundæ substantię dicūtur. Sola enim hęc principales substantias indicant, interrogatus enim, quidnam aliquis homo sit, cōueniētius homo q̄ animal respondebit. Aliorū verò quicquid assignauerit, extranee assignabit, velut album, vel currit. Quare merito hæ solæ secundæ substantiæ dicuntur. Præterea primæ substā-

Prima cōclusio. Probatio conclusionis.

Secūda ꝓbatio.

Secunda conclusio.

Tertia.

Quarta. Probatur primo.

Secunda.

tiæ,eò quòd omnibus alijs ſubſtant,propriſſime ſubſtantię dicuntur,ſed ſicut primæ ſubſtantiæ ad omnia alia ſe habent, ita earum genera & ſpecies ad reliqua omnia ſe habent, de his enim reliqua omnia prædicantur, aliquem enim hominem grammaticum eſſe dices,igitur & hominem,& animal,& in cæteris ſimili modo.

Tertia pars continens ſex proprietates ſubſtantiæ.

Prima proprietas ſubſtantiæ. Probat primo.

COmmune eſt ommi ſubſtantiæ,in ſubiecto nõ eſſe,Prima nanque ſubſtantia neq; in ſubiecto eſt,neq; de ſubiecto dicitur.Secundarum verò ſubſtantiarum conſtat quidem nullam eſſe in ſubiecto. homo enim in ſubiecto non eſt,neq; animal. Præterea nihil eorum quæ ſunt in ſubiecto,prædicatur nomine & ratione de ſubiecto.Secũdæ verò ſubſtãtiæ prædicãtur nomine & ratione de ſubiecto, (ratio nanq; hominis & animalis de aliquo homine prædicatur) ergo ſecundæ ſubſtantiæ non ſunt in ſubiecto. Quare omni ſubſtantiæ conuenit,in ſubiecto non eſſe. Non eſt aũt hoc ſubſtantiæ propriũ,ſed & differentiæ competit. Greſſibile namq; & bipes de homine vt de ſubiecto dicuntur, ſed non ſunt in eo vt in ſubiecto. ratio quoq; bipedis de homine prædicatur,eſt enim homo bipes. Nemo autẽ turbetur,ſi ſubſtãtiarum partes ſint in totis,quaſi hoc pacto ſint in ſubiectis, ne eas non eſſe ſubſtantias dicere cogatur. Non enim in ſubiecto dicũtur eſſe ea, quæ tanq̃ partes ſunt in aliquo. Ineſt autẽ ſecundis ſubſtantijs & differentijs, vniuoce prædicari.Omnes enim ſubſtantiæ quæ prædicãtur,aut de indiuiduis,aut ſpeciebus prædicantur. A principali nãq; ſubſtãtia nulla eſt prędicatio.Secundarũ verò ſubſtantiarũ ſpecies de indiuiduo, Genera verò & differentiæ de ſpeciebus & indiuiduis prædicãtur, eorum quoq; ratio. quare cum vniuoca dicantur,quorum nomen commune eſt, & ratio eadem : ſecundæ ſubſtantiæ, & differentiæ, vniuoce prædicãtur. Omnis ſubſtãtia videtur hoc aliquid ſignificare,Et in primis ſubſtantijs hoc verum eſt & indubitatum.Indiuiduum enim & vnum numero eſt,quod ſignificatur.Secundę verò ſubſtantiæ videntur quidẽ ſimiliter hoc aliquid ſignificare, ſub appellationis figura,cum quis quendam hominem,aut hominem aut animal appellat. Non tamen verum eſt,ſed magis quale quid ſignificant. Non enim vnum eſt,quod ſubiectum eſt,quemadmodũ prima ſubſtantia : ſed de pluribus homo dicitur & animal, verùm non ſimpliciter quale quid ſignificant, quemadmodum album.

Secũda ꝓbatio.

Oſtẽdit nõ cõuenire ſoli ſubſtãtiæ & differẽtijs

Obiectio.

Solutio.

Secũda ꝓprietas Probatio. Auctoritas.

Tertia ꝓprietas

bum,nihil enim aliud ſignificat album,quàm qualitatem. Genus autem & ſpecies circa ſubſtantiam qualitatem determinant, qualem enim quandam ſubſtantiam ſignificant. Plurimum autem genere,q̃ ſpecie, determinatio fit. dicens enim animal, plus complectitur, quàm dicens hominem. Ineſt autem ſubſtantijs, nihil eſſe contrariũ, vt nec alicui homini, nec homini, nec animali, aliquid eſt contrarium. Sed non eſt hoc ſubſtantiæ proprium,verùm etiã alijs conuenit, vt quantitati. Bicubito enim & tricubito nihil eſt contrarium. At verò nec decem,nec alicui talium.Niſi forte quis dicat, multum pauco eſſe contrarium,vel magnum paruo.Determinatorum verò nullum nulli eſt contrariũ. Videtur autẽ ſubſtantia non ſuſcipere magis aut minus. Nec dico ſubſtantiam à ſubſtando,non ſuſcipere magis aut minus,cum diximus prius,hoc ita eſſe : ſed dico q̃ vnaquæq; ſubſtantia, hoc ipſum quod eſt, non dicitur magis aut minus ſubſtantia, vt homo non magis aut minus eſt homo ſe, aut altero. Nihil enim nunc magis homo eſt q̃ prius,aut vnum altero magis album dicitur : ſimiliter calidũ aut bonũ. Non ſuſcipit igitur ſubſtantia magis aut minus. Maxime autem ſubſtantiæ proprium eſſe videtur, cum vnum & idem numero ſit,eſſe ſuſceptibile cõtrariorum,vt vnus idemq; homo interdum ſit albus,interdum niger,calidus & frigidus,prauus & ſtudioſus.In alijs autem,quæ non ſunt ſubſtantię,nihil tale eſſe videtur, velut color vnus & idem numero, non erit aliquando albus,& aliquando niger, neq; eadem actio praua & ſtudioſa, ſimiliter nec in alijs.Niſi quiſpiam forſitan inſtet,dicens orationem & opinionem eſſe contrariorum ſuſceptiua. Eadem enim oratio vera falſaq; eſſe poteſt. Nam ſi vera eſt hæc oratio, quẽpiam ſedere,ſi ſurgat,falſa erit,ſimiliter eſt in opinione. Sed ſi quis hoc admittat,in modo tamen habebit diuerſitatem.Subſtantiæ enim ſui mutatione contrariorũ ſunt ſuſceptiuæ.Si enim ex calido aliquid fiat frigidũ,mutatur : alteratur enim.Similiter ſi nigrũ fiat ex albo,& ſtudioſum ex prauo. Et in cæteris ſimili modo vnumquodq; mutationem ſuſcipiens,contrariorũ eſt ſuſceptiuũ.Oratio autẽ & opinio penitus im mobilia manent.cum autem res mutatur,contraria circa ea fiunt. Quare ſui mutatione ſuſceptiuũ eſſe contrariorum, ſoli ſubſtantię proprium eſt. Neque etiam verum eſt, orationem & opinionem eſſe ſuſceptiua contrariorum, quia in ſe nihil ſuſcipiunt, ſed vera aut falſa dicuntur, quia circa aliud quippiam paſſio facta eſt.

Auctoritas.

Quarta proprietas.

Obiectio. Solutio. Quinta.

Argyro. habet. atq; nõ dico ſubſtantiam ſubſtantia non magis eſſe ſubſtãtiam.

Sexta.

Obiectio.

Prima ſolutio.

Secũda ſolutio.

Auctoritas.

Nã in eo quod res est, vel nõ est, oratio vera vel falsa dicit, nõ ꝙa contraria in se suscipit. Simpliciter enim à nulla re, nec oratio, nec opinio mouet: quare non erũt contrariorũ susceptiua, cũ nulla in eis passio efficiat. Verũ substãtia est contrariorũ susceptibilis, quia in se cõtraria suscipit, languorẽ enim & sanitatẽ suscipit, candorem & nigredinẽ, & vnũqdq; taliũ. Propriũ ergo substãtiæ erit, cum sit vnũ & idẽ numero, sui mutatione esse susceptibile contrariorum.

Cap. 6m

Tertium capitulum est de prædicamento quantitatis Prima pars continet duas diuisiones quantitatis.

Duæ diuisiones quantitatis.

QVantitatis aliud continuum, aliud discretũ. Et rursus, Quantitatis aliud constat ex partibus habentibus positionem ad seinuicem, aliud ex non habentibus positionem. Est autem continua, vt linea, superficies, corpus: & præter hæc, locus & tempus. Discreta, vt numerus & oratio.

Declaratio primæ diuisionis.

Partes enim numeri ad nullũ terminum communem copulantur, vt quinq; & quinq;, aut tria & septem, quæ sunt partes ad decem, ad nullum terminum communẽ copulantur: sed semper discreta sunt, & separata. ergo numerus est quantitas discreta. Similiter & oratio. Quod autem oratio sit quantitas, manifestum est, mensuratur enim syllaba longa & breuis, (dico autem orationem cum voce prolatam) ad nullum enim terminum communem particulæ eius copulantur, quia non est terminus ad quem syllabæ copulentur, sed vnaquæq; diuisa est secundum seipsam. Linea verò est quãtitas continua, quia partes eius ad terminum communem, videlicet ad punctum copulantur. Partes superficiei ad lineam. Et partes corporis ad superficiem. Similiter & tempus, quoniam præsens tempus ad præteritum & futurum copulatur. Etiam locus, quia partes corporis quendam locum occupant. ergo sicut partes corporis copulantur ad terminũ communem: sic partes loci, quæ singulas partes corporis obtinent, ad eundẽ terminum communẽ copulantur, videlicet ad superficiem. Præterea, vt diximus, quantitatis aliud constat ex partibus habentibus ad seinuicem positionem, aliud verò non. Lineę quidẽ partes ad seinuicem positionem habent, quælibet enim & sita est alicubi, & in aliqua parte plani, atq; cum alia parte copulatur. Similiter superficiei partes, loci, & corporis. Partes verò numeri positionẽ non habent, quia non sunt sitæ alicubi, nec adinuicem copulatæ, neq; partes temporis. Nulla enim temporis pars permanet, quare non positionem, sed ordinẽ potius

Alia translatio habet, qa syllaba lõga breuiq; mẽsuratur.

Declaratio secũdæ diuisionis.

Quæ quãtitates positionẽ habẽt, & quæ non.

potius partes habere dices, cum vna sit prior, posterior autẽ alia. Et in numero simili modo partes ordinẽ quẽdam habent, cũ prius vnũ q̃ duo, & duo q̃ tria numerẽtur. Oratio quoq; sic se habere videtur, cùm nulla ipsius pars permanet, sed dicta est, atq; hęc rursus sumi nõ potest. Atq; hæc sola quæ dicta sunt, proprie quantitates dicuntur. Cætera verò omnia per accidẽs. Per hæc enim alia oia quãta dicimus, velut album multũ dicitur, quia superficies multa est. Et actio longa, motusue, quia tempus longũ est. Si enim quispiam quanta sit actio assignauerit, tempore definiet, annuam dicendo, aut biennem. Et album, si quantum sit assignauerit, superficie definiet. Quãta enim fuerit superficies, tantũ albũ esse dices.

Auctoritas.

Notabile.

Auctoritas.

Secunda pars continet proprietates quantitatis.

Prima propriẽtas.

QVãtitati nihil est cõtrariũ, vt bicubito, tricubito, superficiei, nec alicui talium, nisi forte quis multum pauco, & magnum paruo, dixerit esse contrarium. Horum autẽ nihil est quãtitas, sed magis adaliquid. Nihil enim per seipsum paruũ aut magnum dicitur, sed ad alterum refertur. Vt mõs paruus dicitur, quia minor est ad sui generis alium montem, Milium verò magnũ, quia altero eiusdẽ generis maius est. ergo ad aliud est eorũ relatio. Nam si nõ ad aliud, sed per seipsum magnũ & paruum diceretur, nũquàm mons paruus diceretur, & miliũ magnum. Sicq; in vico vel domo multos dicis esse homines, in ciuitate vel theatro paucos: licet istic plures sint q̃ illic. Præterea bicubitũ & tricubitum, & talium vnũ quodq; quantitatem significant, Magnum verò & paruũ non, sed considerantur ad aliud, ergo sunt adaliquid. Amplius siue quis ponat prædicta esse quantitates, siue non, nihil eis contrarium erit. Quod enim non potest sumi per seipsum, sed ad solam alterius relationem refertur, quomodo huic aliquid erit cõtrarium? Insuper si magnum & paruum essent contraria, contingeret eidem simul inesse contraria: accidit enim idẽ paruum esse ad vnum, & simul magnum ad aliud. ergo idem simul magnum & paruum erit, quare contraria eidem simul inerunt, quod est impossibile. Nam substantia quamuis susceptibilis sit contrariorum, non tamen simul contraria suscipit. Nullus enim simul sanus est & æger, albus & niger. Amplius si magnum & paruum essent cõtraria, cum idem simul magnum sit & paruum, contingeret idem sibijpsi contraria ri, quod est impossibile. Maxime autem circa locum videtur esse quantitatis contrarietas, sursum enim ei quod est deorsum con-

Secũda ratio.

Secunda solutio

Prima probatio

Secunda pbatio

Tertia.

Secũda obiectio.

contrarium ponunt, Locũ qui in medio eſt deorſum dicentes: eò quòd maxima eſt diſtantia medij ad mundi terminos. Videntur quoq; aliorum contrariorũ definitionem à ſecundũ locum contrarijs ſumpſiſſe. Quæ nanq; plurimum inter ſe ſub eodem genere diſtant, ea eſſe contraria definiunt. Videtur autẽ quantitas neq; magis, neq; minus ſuſcipere, vt bicubitum non eſt alio magis bicubitum: neq; vnus numerus magis numerus alio: neq; vnum tempus alio tempore, nec aliorum quicq̃. Maxime proprium quantitatis eſt, æquale vel inæquale dici, vt corpus æquale vel inæquale dicitur. Similiter tẽpus, numerus, & oratio, & cæterorum vnũquodq;. Reliqua verò quæ non ſunt quantitates, non æqualia vel inæqualia videbuntur: vt diſpoſitio æqualis & inęqualis non multum dicitur, ſimiliter neq; album, ſed ſimile potius atq; diſſimile. Maxime ergo eſt quantitati proprium, æquale & inæquale dici.

Secunda proprietas.

Tertia ꝓprietas

Cap. 7m. Quartum capitulum de adaliquid. Prima pars definitionem adaliquid continet.

Definitio adaliquid.

ADaliquid verò talia dicunt, quęcunq; hoc ipſum quod ſunt, aliorum dicuntur, vel quomodolibet aliter ad aliud, vt maius id quod eſt, alterius dicitur. aliquo enim maius dicitur: & duplum alicuius duplum, & cętera huiuſmodi. Sunt & hæc adaliquid, habitus, affectus, diſciplina, ſenſus atq; poſitio. Omnia enim hæc, hoc ipſum quod ſunt, aliorũ dicuntur. Habitus enim alicuius habitus dicitur, & alia ſimiliter. Mons verò magnus dicitur ad alium montem: & ſimile alicui ſimile, & cætera talia ſimiliter adaliquid dicuntur. Sunt autem & accubitus, & ſtatio, & ſeſſio, poſitiones quædam. poſitio verò adaliquid eſt. Sed iacere, & ſtare, vel ſedere, nõ ſunt poſitiones, ſed à dictis poſitionibus denominatiue dicuntur.

Nota.

Secunda pars de communitatibus & proprietatibus.

Prima communitas.

INeſt autem contrarietas relationi, virtus namq; vitio contrariatur, & ſcientia ignorantiæ, quorũ quodlibet eſt adaliquid, Non omnibus tamen ineſt. duplo enim nihil eſt cõtrarium, neq; triplo, nec vlli taliũ. Videntur relatiua magis & minus ſuſcipere. ſimile enim magis & minus dicitur, & inæquale, Non tamen omnia. duplũ enim nõ magis aut minus duplũ dicitur, nec quicq̃ talium. Omnia relatiua ad conuertẽtia dicuntur, ſeruus enim domini ſeruus dicitur, & dominus ſerui dominus: & duplum dimidij duplũ & econtra, Maius minore maius, & econtra, & in cęteris ſimili modo. Sed ſub diuerſis caſibus interdum fiet conuertentia, vt diſciplina

Secunda

Prima proprietas.

plina diſciplinati diſciplina, & diſciplinatum diſciplina diſciplinatum. Et ſenſus ſenſati ſenſus, & ſenſatum ſenſu ſenſatũ. Verum ali quando non videbitur conuerti, ſi non conueniẽter ad id, ad quod dicitur aſſignetur. vt ſi ala ad auem aſſignetur, non conuertitur, quia non conuenienter aſſignatur ala auis ala. non enim ala dicit ipſius auis, in eo q̃ auis eſt, ſed in eo q̃ alata eſt: cum multorũ aliorum ſint alæ, quæ non ſunt aues. Quare ſi conueniẽter aſſignetur, fiet conuertentia, vt ala alati ala, & alatum ala alatũ. Si verò non fuerit impoſitũ nomen ad quod cõuenienter aſſignetur, fingere nomen erit neceſſe. Vt remus ſi ad nauem aſſignetur, nõ fiet conuertentia. multæ enim ſunt naues, quarum non ſunt remi. Conueniẽs verò aſſignatio erit, ſi remus remiti remus dicatur, aut aliquo ſimili modo. conuertitur enim, vt remitũ remo remitũ, ſimiliter autẽ & in alijs eſt, vt caput conuenientius ad capitatum, q̃ ad animal aſſignatur. Nõ enim in eo quòd animal eſt, caput habet, cum multa ſint animalia capita non habẽtia. Facillime autẽ nomen non impoſitum ſumi poteſt, ſi à primis nominibus deriuet, vt ab ala alatũ, à remo remitũ. Omnia ergo adaliquid, ſi conuenienter aſſignent, ad conuertentia dicuntur. Si verò aſſignantur ad aliud, ad quod non dicuntur, non conuertunt. Ea enim quæ etiam nomina poſita habent, cũ quibus haud dubie conuertũtur, ſi ad aliquod accidentiũ aſſignentur, vt ſeruus (ſi non domini, ſed hominis, aut bipedis, aut alicuius talium aſſignetur) non conuertentur. Amplius ſi relatiuũ conuenienter ad id ad quod dicit fuerit aſſignatũ, oĩbus alijs circũſcriptis quæ ſunt accidentia, relicto illo ſolo ad qd aſſignatũ eſt, ſemper ad ipſum dicetur. Si autem ad illud nõ ſemper referat, omnibus alijs circũſcriptis, non conueniẽter eſt aſſignatũ, vt ſi ſeruus ad dñm fuerit aſſignatus, omnibus alijs circũſcriptis, puta eſſe hoĩem, vel bipedẽ, vel diſciplinę ſuſceptibilẽ, quę domino accidũt, relicto hoc ſolo q̃ dominus eſt, adhuc ad dominũ referet ſeruus. Si verò ſeruus aſſignetur ad hominem, & ala ad auem, non erit bona aſſignatio. ablato enim ab hoĩe illo ſolo quo dominus eſt, & ab aue quo alata eſt: neq; ſeruus hominis dicet, neq; ala auis. Quare vnũquodq; ad id, ad quod conuenienter dicitur, aſſignari oportet. Qd quidem ſi nomen impoſitũ eſt, facile eſt. Si nõ, fingere nomen neceſſe erit. Quare ſi debite aſſignentur, omnia ad conuertẽtiam dicentur. Videntur autẽ adaliquid ſimul eſſe natura, Quod in pluribus quidem verũ eſt. Simul enim duplum eſt & dimidium, ſeruus &

Argum. loco diſciplinati habet ſcibile, & loco ſenſati ſenſibile.

Notabile.

Notabile.

Notabile.

Notabile.

Epilogus.

Secũda ꝓprietas

& dominus & ſimilia. Simul enim auferunt ſeinuicem, quia ſi nō ſit duplum, non eſt dimidium: & ſi non eſt dimidium, non eſt duplum. ſimiliter eſt in alijs quæcunq; talia ſunt. Non autē omnia relatiua videnť ſimul eſſe natura. Scibile enim ſcientia prius eſſe videtur. Nam in pluribus rebus ſubſiſtentibus accipimus ſcientias, In paucis verò vel nullis hoc quis reperiet, ſimul cum ſcibili ſcientiam eſſe. Amplius ſcibile ſublatum, ſimul aufert ſcientiam. Scientia verò non aufert ſcibile. Nam ſi ſcibile non ſit, ſciētia non eſt, ſi verò non ſit ſciētia, nihil prohibet eſſe ſcibile, vt circuli quadratura, ſi eſt ſcibilis, ſcibile quoddam eſt, ſcientia tamē eius nondum eſt. Amplius animali quidem ſublato, non eſt ſcientia: ſcibiliū verò plurima eſſe cōtingit. Similiter ſenſibile ſenſu prius eſſe videť. ſublato enim ſenſibili, ſimul aufertur ſenſus: ſenſus autē ſenſibile non ſimul perimit. ſenſus enim circa corpus & in corpore eſt, ſenſibili autem perempto, peremptū eſt corpus. ſenſibile enim corpus eſt: cū verò corpus nō ſit, perimitur & ſenſus. Quare ſenſibile perimit ſenſum, ſenſus verò ſenſibile nō ſimul perimit. Animali enim perempto, ſenſus quidē peremptus eſt, ſenſibile verò permanet, vt corpus calidū, dulce, amarum, & cætera. Præterea ſenſus ſimul fit cū ſenſato, ſimul enim animal fit & ſenſus, ſenſibile verò ante ſenſatū. ignis enim, aqua, & alia huiuſmodi, ex q̄bus aīal cōſtat, ante ſunt, q̄ animal vel ſenſus. Quare prius ſenſibile q̄ ſenſus eſſe videť.

Prima inſtantia.

Auctoritas.

Secunda inſtātia

Alia translatio habet ante ſenſum.

Tertia pars continens ſolutionē cuiuſdam dubij, & aliam definitionē adaliquid.

Dubium.

DVbium eſt, vtrum nulla ſubſtātia dicatur adaliquid, an hoc in aliquibus ſecundis ſubſtantijs contingat. In primis nanq; ſubſtantijs, neq; tota, neq; partes adaliquid dicuntur. Nam aliquis homo non dicitur alicuius aliquis homo, nec aliquis bos alicuius aliquis bos. Similiter in partibus, quædam enim manus non dicitur alicuius quædam manus, ſed alicuius manus. & quoddam caput, non dicitur alicuius quoddam caput, ſed alicuius caput. Idem in pluribus ſecundis ſubſtātijs dici poteſt, vt homo non dicitur alicuius homo, nec bos alicuius bos, nec lignum alicuius lignum, ſed alicuius poſſeſſio. Hęc ergo manifeſtum eſt non eſſe adaliquid. Alia quæ verò ſecundæ ſubſtantię adaliquid eſſe videntur, vt caput alicuius caput dicitur, & manus alicuius manus, & ſingula huiuſmodi. Si igitur ſufficienter adaliquid definitio aſſignata eſt, aut nimis difficile, aut impoſſibile eſt oſtendere, q̄ nulla ſubſtātia adaliquid dicatur. Sin verò non ſufficienter ſit aſſignata, ſed ſunt adaliquid, quibus

quibus hoc ipſum eſſe, eſt adaliquid quodammodo ſe habere. Fortaſſe contra hæc aliquid dicetur. Prior verò definitio ſequitur quidem omnia relatiua, non tamen hoc eſt eis eſſe, q̄ ſunt adaliquid, q̄ ea ipſa quæ ſunt, aliorum dicuntur. Ex his ergo manifeſtum eſt, q̄ ſi quis definite ſciat vnum relatiuorum, definite noſcet & id, ad quod dicitur. Quia eorum eſſe quæ ſunt adaliquid, eſt quodammodo ad aliquid ſe habere. Si enim nō nouerit id, ad qđ hoc quodammodo ſe habet: nec, ſi aliquid ad quod hoc quodammodo ſe habet, ſciturus eſt. Et in ſingulis hoc eſt manifeſtum. Nam ſi quis hoc ſcit definite, duplum eſſe, & id cuius eſt duplum, mox definite nouit. Si verò non definite nouit id, cuius eſt duplum, neq; omnino duplū eſſe nouit. Similiter ſi aliquis, quod melius eſt, definite nouerit, & id quo eſt melius, neceſſarium eſt noſſe: indefinite autē noſcet, ſi ſciat ſolum, quia eſt peiore melius. tale enim noſcere, opinio eſt, nō ſcientia: quia non exacte ſciuit, quod peiore melius eſt. cum tali enim opinione contingit, nullum eſſe peius eo. Quapropter palam eſt, ſi quis aliquod relatiuorum definite nouerit, & id ad quod dicitur definite noſcere. Caput verò aut manus, & ſingula talium, quæ ſunt ſubſtātiæ; ea ipſa quæ ſunt definite ſciri poſſunt, abſq; hoc quod ſciatur id, ad quod dicantur, vt cuius eſt hoc caput, vel hæc manus. Quare non erunt hæc adaliquid. Quod ſi hęc non ſunt adaliquid, verum erit dicere, nullam ſubſtantiā de numero relatiuorum eſſe. Difficile autem eſt de huiuſmodi rebus confidenter declarare, niſi frequenter pertractata ſint, Sed dubitare de ſingulis non eſt inutile.

Alia definitio adaliquid. Corollarium. Argyro. habet, non tamē idē eſt ipſorum eſſe qđ hoc, ipſa inq̄ id quod ſunt aliorū eſſe dici.

Auctoritas.

Cap. 8^m^ Quintum capitulum eſt de qualitate. Prima pars continet definitionem & ſpecies qualitatis.

QValitatem autem dico, ſecundū quam quales quidam dicuntur. Et dicitur qualitas multipliciter. Vna quidē ſpecies qualitatis eſt, habitus & diſpoſitio. Differt autē habitus à diſpoſitione. Nam permanentior & diuturnior eſt, vt ſcientiæ & virtutes. ſcientia enim videť eſſe permanēs, & difficulter mobilis, etiam ſi quiſpiam mediocriter eam ſumat: niſi grandis permutatio fiat, vel ab ægritudine, vel ab aliquo huiuſmodi. Similiter virtus, vt iuſtitia & caſtitas, & ſingula taliū, non facile dimoueri poſſunt. Diſpoſitiones verò ſunt facile mobiles, vt calor, frigiditas, ægritudo, ſanitas, & cætera huiuſmodi. Nam his aliquo modo homo diſponitur, & cito permutatur, atq; ex calido

Definitio qualitatis.

Prima ſpecies qualitatis.

Differētia habitus à diſpoſitōe.

sit frigidus, ex sano eger. Nisi forte per temporis longitudinẽ contingat, aliquã ex his in naturam cuiuspiã trãsferri, vt difficile mobilis efficiatur, quam tunc quilibet habitũ appellabit. Manifestũ est autẽ, homines appellare habitus, quę diuturniora sunt, & difficile mobilia. Nãq; in disciplinis non multũ retinẽtes, non dicunt habere habitum, q̃uis sint ad disciplinã melius, vel peius dispositi.

Alia differẽtia.

Quare habitus à dispositione differt, q; hęc facile, ille verò difficulter sit mobilis. Sunt autẽ & habitus dispositiões, dispositiones verò non est necesse esse habitus. qui enim habẽt habitũ, hi aliquo modo disponuntur. at qui disponuntur, nõ omnino habitus retinent.

Secunda species qualitatis.

Aliud genus qualitatis est, secundum quod pugilatores, vel cursores, salubres, & insalubres dicimur, & simpliciter naturaliter potẽtes, vel impotentes. Non enim vnũquodq; ex eo dicitur tale, quia aliquo modo disponitur, sed quia naturalem potentiã, vel impotẽtiam habet, facile aliquid faciendi, aut non patiendi, vt pugillatores vel cursores dicuntur, non q; sint dispositi, sed quia naturalem habent potentiã hoc facile faciendi. Salubres verò dicuntur, quia naturalem potentiã habent, vt non à quibusuis accidentibus facile patiantur. Insalubres verò, quòd impotentiã naturalẽ habeant, nihil ab accidentibus facile patiẽdi. Eiusdem generis sunt durum & molle. Durum nanq; ex eo dicitur, quia habet potentiam vt nõ facile diuidatur, Molle verò ex eo, quia eiusdem impotentiam habet.

Tertia species qualitatis.

Tertia verò species qualitatis est, passibiles qualitates & passiones, vt dulcedo, amaritudo, austeritas, & cætera huiusmodi. Amplius & calor & frigus, albedo & nigredo. Dicuntur quidẽ qualitates, quia secundũ eas subiectum dicitur quale, vt mel dulce secundum dulcedinem, & corpus albũ secundũ albedinẽ.

Declarat quæ dicũtur qualitates.

Passibiles verò qualitates dicuntur, non quod subiecta susciptentia aliquid patiantur. non enim mel quia aliquid passum est, idcirco dicitur dulce, nec aliquid aliud huiusmodi. Similiter etiã calor & frigus dicũtur passibiles qualitates, nõ quòd subiecta ipsa susciptiẽtia aliquid patiantur, sed quoniã vnaquæq; earum passionis in sensu est effectiua. Dulcedo namq; in gustu passionem quandam facit, vt calidi tas in tactu. Albedo autẽ & nigredo, cæteriq; colores, non similiter

Quare passibiles dicuntur passibiles qualitates.

his qualitates passibiles dicũtur, sed quia à passionibus sunt factæ. Patet autem complures colorum mutationes per passiones fieri. Erubescens enim quis rubescit, timẽs verò pallescit. Quare si quis naturaliter aliquid talium passionum passus est, similem colorem

Auctoritas.

verisimi

verisimile est eum habere. Quæ enim affectio nunc in eo quod verecundetur circa corpus facta est, eadẽ & in naturali constitutione affectio fieri potest, vt & naturalis color similis fiat. Quæcũq; igitur talium accidentium ab aliquibus passionibus difficile mobilibus principiũ sumpserint, passibiles qualitates dicuntur, siue enim secundum naturalem constitutionem pallor fiat & nigredo, siue ob diuturnã ægritudinem vel æstum, dummodo non facile dimoueantur, qualitates dicũtur, cũ secundum eas quales esse dicamur. Quęcunq; verò facile transeunt, passiones dicuntur. non enim dicimur secundum eas quales, neq; enim rubescens ob verecundiam rubens dicitur, neq; pallens ob timorem pallidus, sed potius aliqd passus. Quare passiones hæ non qualitates dicẽtur.

Differẽtia inter passibiles qualitates & passiones corporis.

Similiter & in anima passibiles qualitates passionesq; dicuntur. Quæcunque enim mox in nascendo ab aliquibus passionibus difficulter mobilibus fiunt, qualitates dicuntur, vt amentia, ira, & similia, quales enim secundum has dicimur, vt iracũdi, vel amentes. Similiter & quæcunq; alienationes, non naturales, sed ab aliquibus accidentibus factæ difficile prætereũtes, & oĩno immobiles, qualitates sunt. secundũ eas enim quales dicimur. Quæcũq; verò ex his quæ citius prætereunt fiunt, passiones dicuntur, vt si quis contristatus iracundior fit, non iracundus dicitur, sed aliquid passus. Quare passiones huiusmodi dicẽtur, qualitates verò minime.

Differẽtia inter passibiles qualitates & passiones animæ.

Quartũ genus qualitatis est, forma, & circa eam constans figura. Amplius aũt ad hæc rectitudo vel curuitas, & si quid his simile est. Secundũ enim vnũquodq; eorum quale aliquid dicitur, vt triangulare, quadrangulare, rectum aut curuum. Secundum formam etiam vnumquodq; dicitur quale. Rarum verò & spissum, asperũ & leue, putabuntur quidem qualitatem significare, aliena tamen à qualitatis diuisione esse videntur. Partium enim potius positionem quandã videntur significare. Spissum enim ex eo aliquid est, quòd partes sibi ipsæ propinquę sunt. Rarum verò ex eo, quia distant à seinuicem. Et leue quidem, quia in rectũ sibi partes iaceant, Asperum verò, quòd hæc quidem pars superet, illa verò sit inferior. Et fortasse alij apparebunt qualitatis modi; qui tamen maxime dici solent, tot sunt.

Quarta species qualitatis.

Dubitationis solutio.

Quid spissum.
Quid rarum.
Quid leue.
Quid asperum.
Nota.

Secunda pars continens definitionem qualium.

Definitio qualium.

QValia verò sunt, quæ secũdum hæc denominatiue dicuntur, vel quomodolibet aliter ab his. In pluribus siquidem, & fere in omnibus, denominatiue dicuntur, vt à candore candidus, a iu-

ſtitia iuſtus, à grãmatica grammaticus. Aliqua verò, eo quòd non ſunt qualitatibus noĩa impoſita, non dicuntur ab ipſis denominatiue, vt curſor & pugillator, quãdo à naturalibus potentijs dicuntur. Non enim impoſita ſunt nomina potentijs, ſecundũ quas quales dicuntur, ſicut artibus, ſecundum quas dicuntur pugilatores, vel paleſtrici. Pugillatoria enim & paleſtrica diſciplina dicitur, quales verò ab his denominatiue dicuntur, qui diſponuntur. Aliquando autem & poſito nomine denominatiue nõ dicitur id quod ſecundum ipſam quale dicitur, vt à virtute ſtudioſus dicitur aliquis, non tamen denominatiue, ſed non in multis hoc contingit.

Tertia pars continens proprietates qualitatis.

Prima ꝓprietas

INeſt autem contrarietas qualitati, vt iuſtitię iniuſtitia contraria eſt, & albedo nigredini. Similiter autem & qualibus, vt iniuſtum iuſto, & album nigro cõtrariatur. Non autem omnibus hoc ineſt. Rubro enim & pallido, aut huiuſcemodi, nihil eſt contrarium. Amplius ſi contrariorum alterum eſt qualitas, & reliquum erit qualitas. Nam ſi iuſtitia cõtraria iniuſtitiæ fuerit qualitas, & iniuſtitia erit qualitas. ad nullum enim aliorum prædicamentorum adaptabitur iniuſtitia. Suſcipient autem qualia magis & minus, album enim magis aut minus alio albo dicitur, & iuſtum altero iuſto, & etiam ſeipſo. Non tamen omnia. Iuſtitia nanq; & ſimilia, an magis & minus ſuſcipiant, dubitari poteſt. dubitãt enim de talibus aliqui. Verùm iuſtitiam, ſanitatem, & ſimilia, non magis & minus ſuſcipere aiunt, concedentes tamẽ alterum magis aut minus altero iuſtitiam habere, aut ſanitatem. Quæ autem ſecũdum hæc dicuntur, magis aut minus indubitanter ſuſcipiunt, grammatitior enim alter altero dicitur, & iuſtior, & ſanior. Similiter & in alijs. Triangulus verò & quadrangulus non videtur magis & minus ſuſcipere, nec aliquæ aliarum figurarum. Quæcunq; enim definitionem trianguli ſuſcipiunt, & circuli, omnia ſimiliter trianguli ſunt, vel circuli. Eorum verò quę non recipiunt, nihil magis alterum altero dicitur. Non enim quadratũ magis circulus eſt, q̃ formã altera parte longior. Nullum enim iſtorum circuli recipit rationem. Simpliciter autem ſi vtraq; non recipiant propoſiti rationem, non dicetur alterum altero magis. Non ergo omnia qualia magis & minus ſuſcipiunt, dictorum itaq; nihil qualitati eſt proprium. Similia verò & diſſimilia ſecundũ ſolas qualitates dicuntur, Simile enim alterum alteri non eſt, niſi ſecundũ qđ quale eſt.

Aliquot textus habent quale. Nota. Alia translatio habet qualitates Secunda proprietas.

Auctoritas.

Tertia ꝓprietas

Non

Non autem perturbari oportet, ſi quiſpiã nos dixerit, de qualitate tractantes, complura eorũ quæ ſunt adaliquid, cum qualitatibus enumeraſſe. habitus enim & diſpoſitiones adaliquid eſſe diximus. Quoniã in omnibus ferme talibus genera adaliquid eſſe dicũtur, ſingulariũ verò nihil. nam diſciplina hoc ipſum quod eſt alterius dicitur. grammatica verò non dicitur alicuius grammatica, nec muſica alicuius muſica: ſed forſitan ſecundum genus, grammatica alicuius diſciplina dicitur, non alicuius grammatica. Et muſica alicuius diſciplina, non autem alicuius muſica. Quapropter ſingularia hæc non ſunt adaliquid, ſed qualitates, cum ſecundum ea quales dicamur. Amplius ſi contingat idem ipſum quale & relatiuum eſſe, non eſt inconueniens ipſum in vtriſq; generibus enumerare.

Dubium.

Solutio dubij.

Alia ſolutio.

Cap. 9m Quintum capitulum de actione & paſſione, & alijs poſterioribus prædicamentis.

VSCIPIVNT autẽ agere & pati contrarietatem. Calefacere enim & frigefacere contraria ſunt, & calefieri & frigefieri, ſimiliter delectari & cõtriſtari. Recipiunt etiam magis & minus. Calefacere enim magis & minus dicitur. Similiter & calefieri & contriſtari. De his igitur hæc à nobis dicta ſunt. De ſitum aũt eſſe, in his quæ ſunt adaliquid dictum eſt denominatiue ipſum à poſitionibus dici. De reliquis autẽ, vt quando, vbi, & habere, quia manifeſta ſunt, nihil aliud dicitur, q̃ quod in principio diximus, ꝙ habere quidem ſignificat calceatum eſſe. Vbi autẽ, in Licio eſſe. Quando, vt heri, & cætera quæ de eis dicta ſunt. De generibus ergo propoſitis quæ diximus nunc ſufficiant.

Cõmunitates actiõis & paſſiõis

De quatuor ultimis prædicamẽtis.

Cap. 10m Tractatus tertius de poſtprædicamentis. Primum capitulum de primo poſtprædicamento.

QVotiens autẽ alterũ alteri dicatur opponi, dicẽdum eſt. Dicitur aũt alterũ alteri opponi quadrupliciter, ſcilicet Relatiue, vt duplũ dimidio, Contrarie, vt bonũ malo, Priuatiue, vt cæcitas viſui, Et contradictorie, vt ſedet, non ſedet. Quęcunq; vt relatiua opponũtur, ea ipſa quæ ſunt oppoſitorũ dicuntur, aut quomodolibet aliter ad ea, vt duplum id quod eſt alterius dicitur, ſic & diſciplina diſciplinato relatiue oppoſita eſt, & econtra. Contraria verò ea ipſa quidẽ quæ ſunt, nullo modo ad ſeinuicem dicuntur, ſed ſibijnuicem dicũtur contraria. Bonum enim non dicitur mali bonũ, ſed malo contrariũ: nec album nigri album, ſed nigro contrarium. differunt ergo ab inuicẽ hæ oppoſitiones. Quęcunq; verò contrariorum talia ſunt, vt in quibus nata

Definitio relatiue oppoſitorũ.

Differẽtia cõtrariorũ à relatiue oppoſitis.

Quæ dicuntur cõtraria immediata.

ſunt fieri, vel de quibus prædicantur, alterũ ineſſe ſit neceſſarium, dicuntur immediata, vt ægritudo & ſanitas circa corpus animalis: par & impar, abũdãs & perfectũ, circa numerũ. Quorũ verò nõ eſt neceſſariũ alterũ ineſſe, dicuntur cõtraria mediata, vt album & nigrũ circa corpus, prauũ & ſtudioſum circa hominẽ, & circa alia multa. Nõ enim oĩa aut praua ſunt, aut ſtudioſa. Et inter iſta quidem quorundam mediꝰ ſunt nomina poſita, vt albi & nigri fuſcũ & pallidum. Aliquorũ verò mediꝰ non ſunt nomina impoſita, ſed vtriuſq; extremorũ negatione aſſignãtur, vt neq; bonum neq; malum, neq; iuſtum neq; iniuſtũ. Priuatio verò & habitus dicũtur, quæ habent fieri circa ídem aliquid, vt viſus & cæcitas circa oculũ. Vniuerſaliter aũt, in quo aptus eſt fieri habitus, circa id vtrũq; fieri poteſt. Atq; priuatum tunc dicimus vnũquodq; ſuſceptibiliũ habitus, cũ non eſt habitus vllo modo in ſubiecto ſuſceptibili, quãdo aptus eſt ineſſe. Edentulũ enim non ex eo dicis, quia dentes non habet, nec cęcum ex eo quia viſum non habet, ſed quia non habet quãdo aptum eſt habere. Quædã enim à generatione neq; dentes habent neq; viſum, quæ nec cęca nec edẽtula dicimus. Priuari aũt & habere habitũ non eſt habitus & priuatio. Nã viſus eſt habitus, cęcitas quidẽ priuatio, ſed habere viſum non eſt viſus, nec cęcũ eſſe eſt cæcitas. cæcitas enim priuatio quædam eſt, cæcũ verò eſſe priuari eſt, & non priuatio. Prętera ſi idẽ eſſet cæcitas & cæcũ, vtrũq; de eodem diceretur, ſed homo quidẽ dicitur cæcus, & nullo modo cæcitas. Ipſa tamen, priuatum (inquàm) eſſe & habitum habere, eodem modo, vt priuatio atq; habitus opponi videntur. Nam vt cæcitas atq; viſus, ſic cæcum eſſe ac viſum habere opponuntur. Non eſt aũt, quod affirmationi & negationi ſubiacet, affirmatio aut negatio. Affirmatio enim oratio affirmatiua, & negatio oratio negatiua eſt: nihil verò eorum quæ ſubiacent eſt oratio. Opponi tamen eo modo quo affirmatio & negatio dicuntur. Sicut enim hæc affirmatio, quis ſedet, huic non quis ſedet, opponitur, ſic & res quæ ei ſubiacet, ſedere inquàm, ei quod eſt non ſedere, oppoſita eſt.

Quæ contraria mediata.

Diſtinctio cõtrariorum mediatorum.

Quæ dicuntur priuatiue oppoſita.

Antiqua trãslatio, circa hoc qđ dicitur utrumq; horũ ordine.

Nota.

Alia translatio habet, priuatum eſſe.

Nõ ſunt idẽ cæcũ eſſe & cæcitas.

Auctoritas.

De cõtradictorie oppoſitis.

Secunda pars de comparatione oppoſitorum.

Cõparatio priuatiuę oppoſitorum ad relatiue oppoſita.

MAniſeſtum eſt, priuatiue oppoſita non opponi vt relatiua. Non enim priuatiue oppoſita, ea quæ ſunt oppoſitorum dicuntur, viſus nanq; nullo modo cæcitatis dicitur, ſimiliter autem neq; cæcitas viſus cęcitas dicitur, ſed viſus priuatio. Amplius omnia adaliquid ad conuertentiam dicuntur, cæcitas verò non. At neq;

neq; vt contraria. Contrariorum nanq; immediatorum alterũ ſuſceptibili ineſſe ſemper eſt neceſſe, vt ſanitatem aut ęgritudinẽ. Mediatorum verò cuilibet ſuſceptiuo alterũ ineſſe nunq; eſt neceſſe, vt candidum vel nigrum, frigidum vel calidum, niſi alterum inſit à natura, vt igni calidum, & niui candidum. in his enim alterum determinate ineſt, & non vnum poſt alterum. Impoſſibile enim eſt ignem fieri frigidum, aut niuem nigrã. In priuatione verò & habitu nihil dictorũ eſt verũ. Neq; enim alterũ ipſorum ſemper ineſſe ſuſceptibili eſt neceſſe. Quod enim nondũ aptum eſt videre, neq; cęcum neq; videns dicitur. Quare priuatiue oppoſita nõ opponuntur vt contraria immediata. Atq; aliquando omni ſuſceptibili priuatiue oppoſitorum alterum ineſſe eſt neceſſe. Cum enim aliquid aptum eſt videre, aut cęcũ aut vidẽs dicetur: & horũ non determinate alterũ, ſed vtrũuis contingit. In contrarijs aũt mediatis nunq; neceſſe eſt cuilibet ſuſceptibili alterum ineſſe, ſed quibuſdã, & eis determinate vnum, quod à natura ineſt. Quare nõ vt cõtraria mediata priuatiue oppoſita opponuntur. Prætera in contrarijs ab vtroq; in alterũ, circa ſuſceptibile poſſibile eſt fieri mutationẽ, niſi alterũ inſit à natura, vt ſanus poteſt languere, & calidũ frigidum fieri, & ſtudioſus prauus, & econtra. Prauus enim, ſi moribus præſtabilioribus præceptiſq; inſtituatur, parũ ſaltẽ in probitate incrementi ſuſcipiet. Quòd ſi parum incrementi ſemel ſuſceperit, patet aut penitus illum mutari, aut incrementa ſuſcipere poſſe. Semper enim habilis magis fit ad conſequendam ipſam virtutem, ſumpto paruo etiã incremento. Quare veriſimile eſt, maiora quæq; incrementa ſuſcipere: quod ſi ſemper efficiatur, in contrariũ penitus habitum deducetur, niſi tẽpore forte prohibeatur. In habitu verò & priuatione ex vtroq; in alterum impoſſibile eſt mutationem fieri. ab habitu enim in priuationem contingit, à priuatione verò in habitum eſt impoſſibile. Neq; enim cæcus factus rurſus videt, nẽque caluus rurſus factus eſt comatus: neq; cum edentulus fuerit, rurſus dentatus. Quæcunque verò contradictoria ſunt, nullo dictorum modorum opponuntur. In ſolis enim his alterũ verum & alterum falſum eſſe neceſſarium eſt, quod neq; in contrarijs, neq; in relatiuis, neq; in priuatiuis, eſt neceſſe. Sanitas enim & lãguor cõtraria ſunt, & neutrum verum eſt aut falſum. Similiter duplum & dimidium tanquàm relatiua oppoſita ſunt, neutrum tamen verum eſt vel falſum. Similiter autem eſt de viſu & cæcitate, quæ priuatiue

Cõparatio priuatiue oppoſitorum ad contraria immediata.

Comparatio prĩuatiue oppoſitorum ad contraria mediata.

Auctoritas.

Auctoritas.

Cõparatio cõtradictorie oppoſitorũ ad alia oppoſita.

Auctoritas. oppoſita ſunt. Neq; omnino eorum quæ incomplexa ſunt aliquid verum eſt aut falſum. Quæ verò dicta ſunt, vniuerſa incomplexa ſunt. Verùm neq; in contrarijs complexis, vt Socratem languere, & Socratem ſanum eſſe, alterum verum & alterum falſum eſſe eſt neceſſariũ, q̃uis de his maxime videatur. Nam ſi Socrates ſit, alterũ verũ, & alterũ falſum erit. ſi verò non ſit, ambo falſa erunt. In priuatione quoq; & habitu, vt Socratem videre & Socratem cæcum eſſe, ſi Socrates nõ ſit, neutrum verum erit. Neq; etiam ſi ſit, alterum verum, & alterum falſum eſſe oportet. cum enim nondũ aptus eſt videre, vtrũq; falſum erit. In contradictorijs verò, vt Socratẽ languere, Socratẽ non languere, ſiue etiã ſit, ſiue non ſit, ſemper alterum eſſe verum, & alterum falſum, eſt neceſſe. Quare ſolis cõtradictorijs competit, ſemper alterũ verũ, & alterũ falſum eſſe,

Tertia pars continens proprietates contrariorum.

Prima ꝓprietas BOno de neceſſitate contrariatur malum, vt inductione patet. Nam ſanitati languor, iuſtitiæ iniuſtitia, fortitudini timiditas, & ſimiliter in alijs. Malo aũt aliquando bonũ, aliquando malum eſt contrarium. Defectui enim, cum ſit malũ, contrariatur ſuperabundantia, quæ etiam malum eſt: & mediocritas quæ eſt bonum, vtriq; eſt contraria. Sed in paucis hoc reperitur, in pluribus verò, ſemper malo bonũ contrariũ eſt. Secũda ꝓprietas Præterea ſi vnum contrariorũ ſit, non eſt neceſſe reliquum eſſe. Nam ſi omnes ſint ſani, ſanitas quidẽ erit, languor verò non erit. Similiter ſi ſint omnia alba, albedo quidẽ erit, non aũt nigredo. Tertia ꝓprietas Præterea impoſſibile eſt, vtrũque contrariorum eidem ſimul ineſſe, vt ſi Socrates eſt ſanus, non languet. Quarta proprietas. Præterea cõtraria apta ſunt fieri circa idẽ ſpecie aut genere, vt languor & ſanitas in corpore animalis. Albedo verò & nigredo in corpore abſolute. Iuſtitia quoq; & iniuſtitia in anima hominis. Quinta. Inſuper omnia ctõraria, vel in eodẽ eſſe, vel in contrarijs generibus, vel ipſa eſſe genera neceſſarium eſt, vt albũ & nigrum in eodem genere ſunt, vtpote colore. Iuſtitia verò & iniuſtitia, in contrarijs generibus, quæ ſunt virtus & vitium. At bonum & malum non ſunt in genere, ſed aliquorum ipſa ſunt genera.

Cap. iim

Capitulum ſecundum de modis prioris.

Primus modus. PRius alterũ altero dicitur quadruplíciter. Primo quidem & proprijſſime ſecundum tempus, vt antiquius, vetuſtius. Secundus. Secundo prius dicitur, à quo non conuertitur eſſendi conſequentia, vt vnum prius eſt duobus. exiſten

exiſtentibus enim duobus, conſequẽs eſt vnum eſſe, & nõ econtra. Tertius. Tertio modo prius dicitur ſecundum quendã ordinem, vt in diſciplinis & orationibus. Nam in diſciplinis demonſtratiuis, prius eſt & poſterius ſecundũ ordinẽ. Elementa enim in Geometria, priora ſunt ordine his quę deſcribuntur, cum principia priora ſint concluſionibus, Et in Grammatica elementa ſyllabis. Similiter in oratione exordiũ prius eſt narratione. Quarto modo prius dicitur, quod Quartus. melius eſt & honorabilius. Plæriq; etiam honorabiliores, magiſq; à ſe dilectos, priores apud ſe dicere conſueuerunt. hic tamen oĩum modorum alieniſſimus eſſe videtur. Modi igitur prioris, qui dici ſolent, hi fere ſunt. Videtur aũt & præter eos qui dicti ſunt, alius eſ Quintus. ſe prioris modus, ſecundum quem, eorum quæ conuertuntur ſecũdum eſſendi conſequentiã, illud eſt prius, quod alterius aliquo modo eſt cauſa, vt eſſe hominem conuertitur ſecundum eſſendi conſequentiã ad veram orationẽ de ipſo. Nam ſi homo eſt, vera eſt oratio qua dicitur, homo eſt, & econtra. Oratio aũt vera nequaq̃ cauſa eſt vt res ſit, verum tamẽ res quodammodo videtur cauſa, vt ſit oratio vera. Ex eo nãq; quia res eſt aut non eſt, oratio vera vel falſa dicitur. Quare fit, vt quinq; modis prius dicatur. Auctoritas. Auctoritas. Auctoritas.

Cap. 12m

Capitulum tertium de modis ſimul.

Primus modus. PRoprijſſime & ſimpliciter dicuntur ſimul, quorũ generatio eſt in eodem tẽpore, neutrum enim eorum neque prius, neq; poſterius eſt. Secundus. Natura autẽ ſimul ſunt, quæ conuertuntur ſecundũ eſſendi conſequentiam, & neutrum eſt cauſa alteri vt ſit, vt duplũ & dimidium. Dicuntur etiam ſimul natura, quæ ex eodem genere ediuerſo à ſeinuicem diuidun tur. Ediuerſo aũt diuidi ab inuicẽ dicuntur, quæ ſecundum eandẽ diuiſionẽ ſunt, vt greſſibibe, volatile, aquatile. Hęc enim ediuerſo ſub eodẽ genere diuiduntur, & ſingulum horũ rurſus in ſpecies diuiditur. Illa ergo ſunt ſimul natura, quę ſub eodem genere collocata, in eadẽ ſunt diuiſione. Genera verò ſemper priora ſunt ſpecie⸗bus, neq; cum eis ſecundũ eſſendi conſequentiam conuertuntur.

Cap. 13m

Quartum capitulum de motu.

Species motus. MOtus ſex ſunt ſpecies, generatio, corruptio, augmẽtatio diminutio, alteratio, & ſecundũ locum mutatio. Differre aũt generationẽ à corruptione, & augmentationem à diminutione, & loci mutationẽ à dictis, eſt manifeſtũ. Dubium. De alteratione verò dubium exiſtit, vtrum quod alteratur, aliqua alia

aliarum motionum moueri ſit neceſſarium. Sed hoc non oportet, nam pene ſecundum omnes paſſiones aut plures accidit alterari, nulla aliarum motionum concurrente. Nam neq; augeri neq; minui neceſſe eſt, quod ſecundum paſſionem mouetur. Similiter & in alijs. Quare alteratio differt ab alijs motibus. Si enim non differret, neceſſe eſſet, quod alteratur, aliqua aliarum ſpecierum motus moueri, & quod aliqua aliarum ſpecierum motus mouetur, alterari oporteret, quod falſum eſt. Augentur enim quædam, quæ non alterantur, vt quadratum circumpoſito gnomone. Motui contrariatur quies, & etiam motus, vt generationi corruptio, augmentationi diminutio, & loci mutationi quies in loco, & maxime in cõtrarium locum mutatio, vt ei quæ deorſum ea quæ ſurſum eſt, & econtra. Alterationi verò non facile videtur contrarium poſſe aſſignari, niſi quis ei quietem ſecundum qualitatẽ opponi dicat, aut in contrariam qualitatem mutationem, (eſt enim alteratio ſecundum qualitatem mutatio) vt album fieri, ei quod eſt nigrum fieri contrariatur, ſicut loci mutationi contrariatur quies in loco, & in contrarium locum mutatio.

Solutio.

Proprietas motus.

Cap. 14m

Octo modi habere.

Quintum capitulum de modis habere.

HAbere multis dicitur modis. Aut enim aliquid qualitatem habere dicitur, vt habitum & diſpoſitionem, ſcientiam inq̃ & virtutem. Aut quantitatem, vt magnitudinem, tricubitum, aut quadricubitum. Aut ea quæ circa corpus ſunt, vt veſtimentum, tunicam, vel gladiũ. Aut aliquid in corporis parte, vt in manu annulum. Aut partẽ, vt pedem, vel manum. Aut vt continens contentum, vt modius grana tritici, aut lagena vinum. Aut poſſeſſionem, vt domum vel agrum. Dicitur etiam & vir vxorem habere, & vxor virum. Sed hic modus omnium horum alieniſſimus videtur. Nihil enim aliud dicendo virũ habere vxorẽ ſignificamus, q̃ virum vxori cohabitare. Forſitã & alij quidem habendi modi eſſe videbuntur. Sed qui dici ſolent, omnes fere nunc ſunt enumerati.

Finis libri Prædicamentorum Ariſtotelis.

Liber Peri hermenias

DIVIDITVR IN DVOS LIBROS PARTIALES.

Primus liber continet tres tractatus.
Primi tractatus primum capitulum continet propoſitionem proœmialem, & aliqua pro declaratione dicendorum.

PRimum oportet conſtituere quid ſit nomen, & quid verbum. Poſtea quid eſt negatio, quid affirmatio, & enũtiatio, & oratio. Sunt ergo ea quę ſunt in voce, earum quę ſunt in anima paſſionum notæ. Et ea quæ ſcribuntur, eorum quæ ſunt in voce. Et quemadmodum nec literæ eædem omnibus ſunt, ſic nec eædem voces. Quarum autem hæ primum notæ ſunt, eędem omnibus paſſiones animæ. Et quarum hæ ſimilitudines, res etiam eædem. de his quidem dictum eſt in libro de anima, alterius enim eſt negotij. Quemadmodũ autem in anima interdum conceptus eſt ſine vero & falſo, interdum autem cũ altero horum, ſic & in voce eſſe videtur. Circa compoſitionẽ enim & diuiſionem eſt veritas vel falſitas. Nomina igitur & verba ſimilia ſunt intellectui ſine compoſitione & diuiſione, velut album vel homo, cum nihil additur. Nondum enim verum eſt aut falſum. Cuius quidem indicium hoc eſt. Hircoceruus enim ſignificat aliquid, ſed nondum verum eſt aut falſum, niſi eſſe aut non eſſe addatur, aut ſimpliciter, aut ſecundum tempus.

Propoſitio proœmialis.

Alia, quorũ autẽ hæ primorum.

Duplex eſt intellectus ſeu cõceptus.

Auctoritas.

Capitulum ſecundum de nomine.

NOmen eſt vox ſignificatiua ſecundum placitũ, ſine tempore, cuius nulla pars eſt ſignificatiua ſeparata. Nã in hoc nomine equiferus, ferus per ſe nihil ſignificat, ſicut in hac oratione quę eſt, equus ferus. At verò nõ quemadmodũ eſt in ſimplicibus nominibus, ſic & in cõpoſitis. In ſimplicibus enim nullo modo pars eſt ſignificatiua. In cõpoſitis verò videtur quidem aliquid ſignificare, nihil tamẽ ſeparata ſignificat, vt in nomine equiferus patet. Secundum placitum verò nomẽ ſignificat, quia nullum nomẽ naturaliter ſignificat, ſed quãdo ad ſignificandum imponitur. Nam illiterati ſoni, vt ferarum, non ſunt nomina, quamuis aliquid ſignificẽt. Non homo verò non eſt nomen at

Definitio noĩs.

Vltimã particulam definitionis declarat.

Differũt nomina ſimplicia & compoſita.

Nomẽ ſignificat ad placitum.

De nominibus infinitis.

Auctoritas. at neq; nomẽ positum est quo ipsum appellare oportet, neq; enim est oratio, neq; negatio, sed infinitum nomen vocetur. Quoniã & quod est & quod non est, nomen infinitum significat. Catonis etiã, vel Catoni, & his similia, non sunt nomina, sed casus nominum. Quamuis enim dicta definitio conuenit eis, in hoc tamẽ à nomine differunt, quia si casui nominis addideris est fuit vel erit, neq; verũ neq; falsum est. Si verò nomini, semper verum aut falsum erit. Dicens enim Catonis est, vel non est, neq; verum neq; falsum dicit.

De nominibus obliquis.

Tertium capitulum de verbo.

Definitio uerbi

VErbum est quod consignificat tẽpus, cuius partes nihil extra significãt, & est semper eorum quæ de altero dicũtur nota. Dico autem consignificat tempus, quia currsus est nomen, currit verò verbum, consignificat enim nunc esse, & est semper eorum quę de altero dicuntur nota, vt eorum quæ de subiecto dicuntur, aut eorum quæ in subiecto sunt.

Alia habet signũ

De uerbis infinitis.

Non currit verò vel nõ laborat, non dico verbum, licet tẽpus consignificet, & semper de aliquo dicatur: at ipsi nomen non est impositum, sed vocetur verbũ infinitũ. quoniã similiter in quolibet est, & quod est & quod nõ est. Similiter curret & currebat, non verba sed casus verbi dicuntur. Non enim tẽpus præsens consignificant, sed præteritum vel futurum. Verba quidem secundũ se dicta nomina sunt, atq; aliquid significant. Nã qui dicit, intellectum constituit, & audiens quiescit, sed si est aut non est, nondũ significat. neq; enim esse, aut non esse signum est rei; nec si hoc ipsum est purum dixeris, ipsum enim nihil est. Consignificat autem compositionem quandam, quam sine compositis non est intelligere.

Auctoritas. De uerbis obliqs

Notabile.

Auctoritas.

Cap. 4m

Tractatus secundi est vnum capitulum, eius prima pars est de oratione.

Definitio orationis.

ORatio est vox significatiua, cuius aliquid partium significatiuum est separatum vt dictio, nõ affirmatio vel negatio. Vt homo significat aliquid, non significat autem esse aut non esse: sed si quid addatur, erit affirmatio vel negatio. Vna verò hominis syllaba nihil significat, nec in hac dictione forex, rex aliquid significat, sed vox sola est. In compositis autem pars quidem significat, non tamen secundum se, vt iam diximus. Atque oratio significatiua est, non vt instrumẽtum, sed secũdum placitum.

De

De enunciatione & eius speciebus. Secunda pars.

Immutat definitio enũciationis

ENunciatiua verò nõ omnis oratio, sed in qua verũ vel falsum est. Non autẽ in omnibus est verum vel falsum, vt deprecatio oratio quidẽ est, sed neq; vera neq; falsa. Cæteræ igitur orationes relinquantur, ad oratoriam enim artem aut poesim illarum magis cõsideratio pertinet. Enunciatiua verò præsentis est contemplationis. Est autem vna prima enunciatiua oratio, affirmatio, deinde negatio, cæterę verò omnes coniunctione vnę. Necesse est autem, omnem enunciationem constare ex verbo vel casu verbi. hominis enim definitio, nisi addatur est, fuit, vel erit, vel aliquid tale, nõ est enunciatio. Quare aũt vnũ quiddam est, & non multa, animal gressibile bipes, (non enim quõniam partibus coniunctis pronunciatur, erit vnum) pertractare alterius est negotij. Est autẽ enunciatio vna, quæ vnum significat, vel coniunctione vna. Plures verò, quę plura & non vnum, vel in coniuncte. Nomen ergo vel verbum dictio tantum vocetur, quoniã significans aliquid nomine vel verbo, nihil enũciat, siue interrogatus fuerit, siue non. Enunciationum vnarum alia est simplex, quę aliquid de aliquo, vel aliquid ab aliquo enunciat. Alia autem ex his coniũcta est, velut oratio quędam iam composita. Simplex enunciatio est vox significatiua de eo quod est aliquid vel non est, quemadmodum tempora diuisa sunt. Affirmatio verò est enũciatio alicuius de aliquo. Negatio est enunciatio alicuius ab aliquo.

Diuisio.

Conclusio.

Argyr. habet, plures uero hæ quæ plura & nõ unum significãt aut hæ quæ carent cõiunctione

Quid sit enunciatio una.

Quæ plures.

Diuisio enunciationis unius.

Definitio enũciationis simplicis.

Affirmatio.

Negatio.

Tertius tractatus est de oppositione enunciationum, cuius primum cap. est de definitione contradictionis, & specierum eius.

Cap. 5m

Conclusio.

QVoniam autem contingit enunciare & quod est non esse, & quod nõ est esse, Et quod est esse, & quod nõ est nõ esse. Similiter & in alijs tẽporibus. Et omne quod quis affirmauerit contingit negare, & quod quis negauerit affirmare. Manifestum est, omni affirmationi oppositam esse negationem, & econtra. Contradictio est affirmatio & negatio oppositæ. Opponi autem eam dico, quæ est eiusdem de eodem non æquiuoce, & quæcunq; talium contra sophisticas determinauimus importunitates. Rerum, hæc quidem sunt vniuersalia, illa verò singularia. Vniuersale est quod de pluribus natum est prædicari, vt homo. Singulare verò, quod non est de pluribus natum prædicari, vt Callias. Et vtriq; contingit enunciare aliquid inesse, vel non inesse. Contrariæ enunciationes sunt, si quid enũcietur vniuersali vniuersaliter inesse & non inesse, vt oĩs homo est albus, nullus ho

Definitio cõtradictionis.

Diuisio rerum.

Definitio uniuersalis.

Definitio singularis.

Definitio cõtrariarum.

D mo est

mo est albus. Si verò non vniuersaliter, non erunt contrariæ (licet quæ significãtur aliquãdo cõtingit esse contraria) vt est albus homo, non est albus homo, nõ sunt contrariæ. cũ enim vniuersale sit homo, nihil de eo enũciatur vniuersaliter. Omnis nãq; nõ vniuersale significat, sed vniuersaliter consignificat. Neq; addendũ est signũ vniuersale prædicato vniuersali. Nulla enim affirmatio vera erit, in qua prædicatum est vniuersale vniuersaliter, vt omnis homo est omne animal. Cõtradictoriæ verò sunt affirmatio & negatio eiusdem de eodem, quarum vna significat vniuersaliter, altera verò non, vt omnis humo est albus, nõ omnis homo est albus: quidam homo est albus, nullus homo est albus.

Auctoritas, vide aut 2. lib. sup hui. ca. 6.

Auctoritas.

Definitio cõtradictoriarum.

Cap. 6m

Lex cõtrariarũ

Secundum capitulum de legibus propositionum oppositarum.

Lex subcõtrar.

Lex cõtradict.

OVoniam cõtrariæ sunt vniuersalis affirmatio & vniuersalis negatio, iccirco ipossibile est eas esse simul veras, vt omnis homo est albus, nullus homo est albus. Oppositas verò his cõtingit simul esse veras, veluti nõ omnis homo est albus, & aliquis homo est albus. Contradictionum verò de subiecto vniuersali semel vniuersaliter sumpto, necesse est alteram esse veram & alteram falsam. Et earum similiter quæ sunt de subiecto singulari, vt Socrates est albus, Socrates non est albus.

Declaratio legis subcõtrariarum

Quæ verò sunt de subiecto vniuersali non vniuersaliter, non sic se habent, q; semper vna est vera & altera falsa. Simul enim verũ est dicere, est homo albus & nõ est hõ albus, est homo pulcher & non est homo pulcher. Si enim sit turpis, nõ est pulcher. Et si fit aliquid

Obiectio.

nõ est. Sed absurdũ videbit, has esse veras, est homo albus, nõ est homo albus: quoniã idem significare videntur nõ est homo albus & nullus homo est albus. At nec idem significant, nec necessariò sunt simul veræ. Manifestũ autẽ est, quoniã vna negatio vnius est affirmationis, hoc enim idẽ oportet negare negationẽ, quod affirmatio affirmauit, & de eodẽ: siue singulare sit, siue vniuersale vniuersaliter, aut non vniuersaliter. Quòd si aliud ab eodem negauerit, aut idem ab alio: nõ erit hæc illi oppositа, sed diuisa ad ea. huic enim Socrates est albus opponitur Socrates non est albus. Huic verò omnis homo est albus, non omnis homo est albus. Et illi aliquis homo est albus, nullus homo est albus. Et rursus huic, est homo albus, illa nõ est homo albus. erga vni negationi vna affirmatio est oppositа. Vna aũt affirmatio & negatio est, quæ vnum de vno significat, siue sit vniuersale vniuersaliter, siue nõ, vt oĩs homo

Solutio.

Vni affirmatiõi opponitur una negatio. vide ait hic 2. pj hui. ca. 6. fm.

Cap. 7m

Quid affirmatio

Quid negatio.

mo est albus, non omnis homo est albus. nullus homo est albus, & quidam homo est albus. est homo albus, non est homo albus, si album vnum significet. Quòd si duobus, ex quibus vnum non constat, sit vnum nomen positum, non est vna affirmatio, nec vna negatio. veluti si quis ponat hoc nomen tunica homini & equo, hæc oratio tunica est alba non erit vna affirmatio, nec vna negatio. Nihil enim differt hoc, q̃ dicere, est homo equus albus: & hoc nihil differt, q̃ dicere, equus est albus & homo est albus. q; si hę plura significant & sint plures, patet hanc, tunica est alba, plura aut nihil significare. non est enim aliquid homo equus. Quare nec in his necesse est alteram veram alteram falsam esse.

Cap. 8m

Tertium capitulum de futuris cõtingentibus.

IN contradictionibus de præsenti & præterito, tam de subiecto vniuersali semel vniuersaliter sumpto, quàm de subiecto singulari, necesse est alteram esse veram, & alterã falsam. In his verò quæ sunt de subiecto vniuersali non sumpto vniuersaliter non est necesse, vt dictum est. In singularibus aũt de futuro non similiter est. Nam si oĩs affirmatio vera est aut falsa, omne necesse est esse vel non esse, (quare si quis dixerit aliquid fore, alius aũt illud idem non fore, necesse est alterum eorum verũ dicere, si omnis affirmatio vera est aut falsa. In talibus enim ambæ non erunt simul veræ.) Nam si quispiam vere dicit, quoniã hoc est album vel non albũ, necesse est hoc esse album vel non albũ, & econtra. & si falsum dicit, non est, & econtra. quare necesse erit, aut affirmationẽ aut negationem verã esse aut falsam. nihil igitur neq; est, neq; fit à casu, aut vtrumlibet neq; erit, neq; non erit, sed ex necessitate omnia, & non vtrũlibet. Vtrũlibet enim nihil magis sic vel non sic se habet aut habebit. Amplius si nunc est aliquid albũ, verum erat prius dicere, illud fore albũ, ergo de quolibet eorũ quæ facta sunt semper verũ erat dicere, illud esse vel fore. Et si semp verũ fuit dicere ipsum esse vel fore, nõ potest hoc non esse, vel non fore, quod autẽ non potest nõ fore, impossibile est non fore: & quod impossibile est nõ fore, necesse est fore. ergo oĩa futura necesse est fore, nihil igitur vtrũlibet, neq; à fortuna erit. Nã si à fortuna, nõ ex necessitate. At verò neutrũ esse verũ, nemo dicere põt, vtpote hoc neq; fore, neq; nõ fore, ambo enim essent falsa. Præterea si quis vere dicit albũ esse & magnũ, oportet esse vtrũq;, & si vere dicit eras fore, oportet eras fore. Quòd si neq; eras erit, neque

Cõclusio principaliter intenta.

Nõ est similis ueritas illa in illis de futuro, de cõtingẽti, ut in illis de præsenti & præterito.

Auctoritas.

Secundo probat eãdẽ cõclusionẽ.

Ostẽdit q; nõ põtest dici neutrum uerum esse.

Secũdo ostendit

Ponit inconuenientia quæ sequũtur si ponatur, in futuris necesse esse alterã uerã & alterã falsam esse. Excludit quãdã cauillationem.

nõ erit cras, nõ erit vtrũlibet, vt nauale bellũ. Oportet enim neq; fieri, neq; non fieri nauale bellũ. Quę ergo contingunt inconuenientia hæc sunt, vel alia huiusmodi, si necesse esset oĩum contradictoriarũ tam de subiecto vniuersali q̃ singulari alterã verã, alterã falsam esse, Nihil inq̃ vtrumlibet, esse in his quæ fiunt, sed esse & fieri ex necessitate cũcta. Quare neq; cõsultari oportebit, neq; negotiari, veluti si hoc quidẽ facimus, erit hoc: si verò nõ fecerimus, nõ erit hoc. Nihil enim prohibet ante decies millesimũ annũ hũc quidẽ dixisse, hoc futurũ esse: illũ verò dixisse, nõ futurũ: quare ex necessitate erit quod verũ erat dicere tunc. At verò nõ differt siue quis dixerit contradictionẽ vel nõ dixerit. Manifestũ est enim quoniã sic se habẽt res, etiã q̃uis nemo affirmauerit vel negauerit. Nõ enim propter negare vel affirmare erit vel nõ erit, nec ante millesimũ annũ magis, q̃ ante quãtumlibet tempus. Quare si in omni tẽpore cõtradictio sic se habebat, vt altera pars ipsius sit vera: necesse erat hoc fieri, & vnũquodq; eorũ quæ fuerunt sic semper se habebat, vt necessariò fieret. Nã si quis vere dixerit hoc fore, nõ potest nõ fieri. Et de eo quod factũ est, verũ erat dicere semper, ipsum fore. hæc autẽ sunt impossibilia. videmus enim esse futurorũ principiũ, & ab eo quod cõsultamus & aliquid agimus. Et quoniam in his quę nõ semper actu sunt, possibile est esse & non esse, vt in contingentibus ad vtrũlibet, quare & fieri, & nõ fieri, manifestũq; est multa sic se habere, vt hanc vestẽ possibile est scindi, & non scindetur, sed atteretur: similiter & nõ scindi possibile est, nõ tã atterere tur, nisi nõ scindi posset, similiter & in alijs contingẽtibus. Manifestũ igitur est, non oĩa ex necessitate esse vel fieri, sed quædam esse ad vtrumlibet, de quibus nõ magis affirmatio vera est, q̃ negatio: quędã verò esse huiusmodi, vt ipsorũ vnũ plęrũq; magis eueniat, q̃uis & alterũ posset euenire, priori non eueniẽte. Necesse est igit id quod est, quando est, esse. & id quod nõ est, quando non est, non esse. sed non oẽ quod est, necesse est esse: nec oẽ quod non est, necesse est nõ esse. Non enim idẽ est, oẽ quod est necessariò esse quando est, & simpliciter necessariò esse: similiter & in eo quod non est. Sic & in contradictione ratio est eadẽ, quodlibet enim necesse est esse aut nõ esse, & fore aut non fore, non tamẽ necesse est distincte alterũ fore. veluti necesse est bellũ nauale cras fore, aut nõ fore: nõ tamẽ bellũ nauale cras fore necesse est, nec non fore. Quare, quia similiter orationes veræ sunt, quẽadmodũ & res, manifestum est, qd

Auctoritas.

Declaratio conclusiõis sequẽtis

Conclusio.

Cõtingẽs ad utrumlibet & in pluribus.

Præmittit aliqua pro declaratione propositi.

Quomodo contradictiones de futuro cõtingẽti se habẽt ad ueritatẽ & falsitatẽ.

in

in his quæ sunt ad vtrumlibet, alterã contradictoriam veram esse, & alteram falsam, necesse est: non tamen hanc necesse est veram esse, nec illam. Manifestũ est igitur, quoniã non est necesse, oĩs contradictionis hanc veram, illam verò falsam esse. non enim quemadmodum in præsentibus res sese habet, sic & in non existentibus possibilibus tamen esse, & non esse, sed quemadmodũ dictum est.

Conclusio prima palis intenti.

LIBER SECVNDVS PERI HERMENIAS

CONTINENS TRES TRACTATVS.

Primus est de consequentijs propositionum de ineſſe.
Primum capitulum de consequentijs prouenientibus ratione variationis prædicati penes finitum & infinitum.

Propositio p cõclusione sequẽti

OMoniam aũt est aliquid de aliquo affirmatio significans, vnum scilicet de vno, hoc aũt de quo significat aliquid, nomen est, vel innominatũ. (Quid quidem sit nomen & innominatum nomen, dictum est prius, non homo enim non est nomen, sed infinitum nomen. vnum enim aliquo modo significat, quemadmodũ non curit, non verbum est, sed infinitum verbum.) Pręter verbum quoq; nulla est affirmatio vel negatio, est enim, fuit, vel erit, fit, vel quæcũq; alia huiusmodi, verba sunt, cõsignificãt enim tempus. Omnis igitur affirmatio & negatio, vel ex noĩe & verbo, vel innominato & verbo erit. Prima quidem affirmatio & negatio est, homo est, homo non est. Deinde, non homo est, nõ homo non est, rursus oĩs homo est, oĩs homo non est: omnis non homo est, oĩs nõ homo nõ est. Et similiter in tempore pręterito & futuro. Quando aũt est tertiũ adiacens prædicatur, vtpote cum ipsum est, iusto adiacet, & non iusto, & nõ est similiter: duæ quidem erunt oppositiones, & quatuor propositiones, quarum duæ se habent ad affirmationẽ & negationem secundum consequentiam vt priuationes, duæ verò minime. Sunt aũt propositiones hæ, homo est iustus, hõ nõ est iustus, homo est nõ iustus, homo non est nõ iustus, in quibus iusto & nõ iusto est & non est, adiacent. Disponãtur autẽ hæ propositiones, vt in resolutorijs dictum est. In vniuersalibus verò perinde ac in indefinitis, duę quidem oppositiones sunt, & propositiones quatuor, vt omnis homo est iustus, non oĩs homo est iustus, omnis homo est non iu-

Conclusio.

Multiplicat propositiones de uerbo est secũdo adiacente.

Multiplicat propositiones de uerbo est tertio adiacẽte & docet earũ consequẽtiam.

BIBLIOTECA UNIVERSITAT

ſtus,non omnis homo eſt non iuſtus; ſed non ſimiliter in his cõtingit angulares veras eſſe,cõtingit autem aliquãdo in infinitis. Hæ igitur duæ ſunt oppoſitiones ſubiecto exiſtẽte finito, aliæ verò duę ſunt rurſus ſubiecto manente infinito, vt non homo eſt iuſtus,non homo non eſt iuſtus: non homo eſt non iuſtus, non homo non eſt non iuſtus,plures igitur his non erunt oppoſitiones.Hæ autem de ſubiecto infinito ſunt extra illas de ſubiecto finito. Illæ verò quę non ſunt de verbo eſt,ſed adiectiuo,vt currit vel ambulat, eodem modo ſe habent,ac ſi eſt poneretur. vt omnis homo currit, omnis homo non currit. omnis non homo currit, omnis non homo non curit. Non enim dicendum eſt non omnis homo currit, ſed negatio addẽda eſt huic termino homo. Omnis enim nõ ſignificat vniuerſale,ſed vniuerſaliter. Quod quidem ex his manifeſtum erit,dicimus enim homo currit,homo non currit. non homo currit, non homo non currit. Hæ namq; ab illis ſolum differunt, quia ſubiectum non ſumitur vniuerſaliter, quare omnis, vel nullus nihil ſignificat,ſed vniuerſalis prædicationis eſt nota.Negatio ergo in vniuerſalibus ſubiecto addenda eſt,non ſigno. Quoniã autem huic affirmationi,omnis homo eſt iuſtus,contraria eſt hæc negatio nullus homo eſt iuſtus, manifeſtum eſt eas non poſſe ſimul eſſe veras, quamuis his oppoſitæ ſimul poſſint eſſe veræ,vt non omnis homo eſt iuſtus, & aliquis homo eſt iuſtus. Iſta verò nullus homo eſt iuſtus,ſequitur hanc omnis homo eſt non iuſtus.Et iſtam aliquis homo eſt iuſtus,ſequitur non omnis homo eſt nõ iuſtus.neceſſe enim eſt aliquem eſſe, qui non eſt non iuſtus, ſi aliquis homo eſt iuſtus. In ſingularibus verò manifeſtum eſt,ſi ad affirmatiuam interrogatam negatiua detur reſponſio, ex tali reſponſione poſſe inferri affirmatiuam de prædicato infinito, veluti, eſt ne Socrates ſapiens? ſi reſpõdeatur,non,ſequitur,ergo Socrates eſt non ſapiens. In vniuerſalibus autem non ſimiliter,veluti,eſtne omnis homo ſapiens? ſi reſpondeat non, minime ſequitur, omnis homo eſt non ſapiens, contraria enim eſt interrogatæ,ſed ſequitur,nõ omnis homo eſt ſapiens,quæ interrogatæ eſt contradictoria. Nomina quidem & verba infinita nominibus finitis & verbis oppoſita (vt nõ homo,non iuſtus) negationes videbuntur.Non ſunt tamen,ſemper enim neceſſe eſt negationem eſſe veram vel falſam.Qui verò dicit non homo, non magis q̃is qui dicit homo, ſed minus potius verũ vel falſum dicit,niſi quippiam addiderit. Hæc autẽ,omnis non homo eſt iuſtus

De uerbis adiectiuis.

Auctoritas.

Explicatio.

Notabile.

Obiectio.

Solutio.

iuſtus, non ſignificat idem cum aliqua illarum quæ ſunt de ſubiecto finito,nec negatio ei oppoſita, non omnis non homo eſt iuſtus: ſed illa,omnis non homo eſt non iuſtus,ſignificatidem illi quæ eſt, nullus non homo eſt iuſtus. Nomina & verba tranſpoſita idem ſignificant,vt eſt albus homo,& eſt homo albus. Nam ſi non idem ſignificent, eiuſdem affirmationis plures erunt negationes, cuius oſtenſum eſt oppoſitum prius. Iſtius enim,eſt albus homo,negatio eſt,non eſt albus homo. Illius verò,eſt homo albus,ſi non eſt cadẽ iſti,eſt albus homo,negatio erit vel illa, non eſt non homo albus, vel ea,non eſt homo albus:ſed prima eſt negatio iſtius,eſt non homo albus:& ſecunda iſtius,eſt albus homo:quare erunt duę negationes vnius affirmationis.Manifeſtum eſt ergo,affirmationem & negationem nomine & verbo tranſpoſito idem ſignificare.

Auctoritas.

Notabile.

Capitulum ſecundum de conſequentijs prouenientibus ratione plurium prædicatorum coniunctim vel diuiſim ſumptorum.

Oſtendit quid ſit enũciatio una & quid plures.

De interrogatione dialectica.

De interrogatione quod quid eſt.

Diuiſio.

Oſtẽdit non ſemper ex diuiſis cõpoſita ſequi.

SI vnum de pluribus, vel plura de vno, affirmentur vel negentur,niſi ex illis pluribus vnũ fiat, non eſt affirmatio vel negatio vna. Vnum autẽ dico,non ſi vnũ nomẽ pluribus oppoſitũ ſit,ex quibus nõ fit vnũ,ſed ſi ex pluribus vnum fiat,vt homo eſt, & animal, & bipes,& manſuetũ. Ex albo verò hoĩe, & ambulante,non eſt vnũ, quare nõ erit affirmatio vna,ſi quis vnũ de his affirmet,nec de vno iſta,ſed vox vna,affirmationes verò multę.Si ergo dialectica interrogatio reſponſionis eſt petitio, vel propoſitionis, vel alterius partis cõtradictionis: propoſitio verò eſt vnius cõtradictionis pars: nõ erit vna reſpõſio ad hanc, aliquid eſt homo albus ambulans, interrogatam. Neq; enim eſt vna interrogatio, etiã & ſi ſit vera.dictũ eſt autẽ de his in Topicis. Manifeſtũ eſt etiam, quoniam nec hoc ipſum quod quid eſt,dialectica interrogatio eſt. oportet enim dialecticam interrogationem,vtrãq; partem cõtradictionis interrogare,veluti vtrũ hoc ſit homo an non? vt interrogatus,vtrã partẽ velit enunciare,poſſit eligere.Eorum quæ diuiſim prædicantur,quædam prædicantur cõpoſita vt vnum,de homine enim verum eſt dicere,q̃ eſt animal & bipes,& q̃ eſt animal bipes,& quòd eſt homo & albus, & homo albus. Alia verò nõ prędicãtur cõpoſita vt vnum,nõ enim ſi quis ſit citharœdus, & bonus,eſt citharœdus bonus. Nam ſi oĩa quæ diuiſim dicuntur, vt compoſita dicerentur,multa ſequerentur inconuenientia. De homine enim verum eſt & hominem & album dicere,

quare & hominem album, & rursus si album diuisim vere dixeris, etiam totũ simul vere dicetur, quare erit homo albus albus, & hoc in infinitum: & iterũ musicus ambulans, & hæc eadem frequenter repetita dicentur: amplius si Socrates sit Socrates & homo, ipse erit Socrates homo, & si homo & bipes, erit homo bipes. Ergo si ex prædicatis diuisim sumptis dicantur semper eadem composita sequi, plurima continget inconuenientia dicere. Quando autem id fiat, dicetur. Quæ igitur per accidẽs prædicantur, aut de eodẽ, aut alterum de altero, ea non erunt vnum, vt homo & albus quidẽ & musicus est, sed non vnum est album musicum, accidunt enim ambo eidem, & si album esse musicum verum est, non tamẽ erit quid vnum album musicum. album enim per accidens est musicũ. quare nec citharœdus bonus quid vnum erit. sed animal bipes vnum est, non enim sunt secundum accidens. Amplius nec illa quorum vnum alteri ineſt, quare neq; album sæpius repeti poterit neq; homo, vt est homo aĩal, vel homo bipes, insunt enim homini & bipes & animal. At sit, vt eadem coniunctim atq; diuisim dicantur, vt quidam homo est homo albus, & homo & albus, verùm non semper. Quando enim est oppositio inter prædicata diuisim sumpta (vt aliquid est homo mortuus) semper falsum est eadem coniunctim atq; diuisim dici. Quando autem non est talis oppositio, non semper accidit prædicata diuisim dici, vt non si Homerus est aliquid vt poeta, Homerus est. Secundum accidens enim prędicatur est de Homero, nã quia poeta est, & non secundum se. In quibus ergo prædicatis non est oppositio, si definitiones loco nominum ponantur, & quæ secundum se non secundum accidens dicuntur, in his accidet prædicata coniunctim & diuisim dici. Quod autem nõ est, non ideo dicetur esse aliquid, quia est opinabile. opinio enim eius est, non quoniam est, sed quoniam non est.

Primum obseruãdum, ut bene arguatur à diuisis ad coniuncta.

Secundum obseruandum.

Docet arguere à coniunctis.

Primum obseruandum.

Secundum.

Epilogus.

Cap. 3m

Secundus tractatus est de oppositionibus & consequentijs modalium.
Primum capitulum de oppositionibus.

Dubium.

HIs determinatis, videndũ est, quomodo sumatur contradictio in his quę sunt de possibili, cõtingenti, impossibili, & necessario. sunt enim de his dubitationes nõnullæ. Nam si illæ inter se sunt contradictoriæ, quę per esse disponuntur & non esse, vt hæ, est homo, non est hõ. est albus homo, non est albus homo. non aũt istę, est homo, est non homo. est albus homo, est non albus homo. alioquin vere quispiã dixerit, lignum esse

Arguit q̃ cõtradictio sumitur ĩ modalib. addẽdo negationẽ uerbo & non modo.

esse non albũ hominẽ, cũ de quolibet sit affirmatio vel negatio uera, & nõ solum in his ita fit, sed in illis etiã in qbus esse non ponit. huius enĩ ambulat homo, nõ est cõtradictoria ambulat nõ homo, sed hęc, nõ ambulat homo. nihil enim refert dicere, hominẽ ambulare, vel hominẽ esse ambulantẽ. & si sic vbiq; sumatur contradictio, huius possibile est esse, cõtradictoria erit, possibile est nõ esse, & nõ illa, nõ possibile est esse. At si hoc modo sumatur, erunt cõtradictorię simul verę, cũ idẽ possibile est esse & nõ esse. Omne nanq; quod possibile est diuidi vel ambulare, possibile est nõ ambulare & nõ diuidi. Et huius ratio est, quoniã omne quod sic possibile est, nõ semp actu est, sed ipossibile est cõtradictorias esse simul veras. Illæ igit, possibile est esse, possibile est nõ esse, nõ sunt contradictoriæ. Ex his enim manifestũ est, aut cõtradictorias esse simul veras, aut nõ sumi cõtradictionẽ penes esse & nõ esse. Cum ergo primum sit impossibile, secundũ erit verũ. Quemadmodũ enim in illis de ineſse, esse & nõ esse sunt appositiones, alia verò sunt res subiectę, vt albũ vel homo: sic in his, esse quidẽ & non esse fiũt vt subiecta, modi verò appositiones distinguentes verũ à falso, perinde atq; in illis esse & non esse. Contradictoria igitur huius, possibile est esse, erit, nõ possibile est esse, & non ista, possibile est non esse: & in alijs simili modo, de contingenti, inquam, impossibili, & necessario.

Argyro. habet lignũ hominẽ nõ esse album.

Arguit ad partem negatiuam.

Solutio dubij.

Corollarium.

Secundum capitulum de consequentijs modalium.

Amabimus.

Edentuli.

Iliace.

Purpurea.

Ostendit inquoli bet ordine tres primas bene assignatas.

Ostendit illas de necessario nõ esse ab antiqs bene assignatas.

COnsequẽtię quoq; ab aliquibus sic sumũtur, vt ista possibile est esse, sequitur ista, contingens est esse, quæ conuertũt. & nõ impossibile est esse, & nõ necesse est esse. Et itẽ ista possibile est nõ esse, & contingens nõ esse, sequitur non impossibile est non esse, & non necesse est non esse. Et rursus istam, non possibile est esse, & non cõtingens est esse, ista sequit, impossibile est esse, & necesse est nõ esse. Pręterea hãc, nõ possibile est non esse, & non contingens est non esse, ista sequit im possibile est non esse, & necesse esse. Hę igitur non impossibile est esse, & impossibile est esse, inter se cõtradictorię, sequuntur ad has possibile est esse, siue cõtingens est esse, & nõ possibile est esse, siue non contingẽs est esse. Negatio quidẽ impossibilis ad affirmationem possibilis siue contingẽtis sequitur, & affirmatio impossibilis ad negationẽ possibilis. Est enim impossibile affirmatio quædam, non impossibile autem negatio. Sed illæ de necessario priùs exemplariter assignatæ, non sunt inter se cõtradictorię sequẽtes ad illas de

de possibili & contingenti dicto modo assignatas. Contradictoria enim huius, non necesse est esse, non est, necesse est non esse, cũ contingat eas esse simul veras, quia qđ necesse est non esse, nõ necesse est esse. Causa autẽ quare non sequuntur similiter est, quia impossibile cum fuerit contrario modo assignatũ, redditur æquiualens necessariò. Nam quod impossibile est nõ esse, necesse est esse. & quod impossibile est esse, necesse est non esse: quare si illæ de impossibili sequuntur ad illas de possibili & contingenti modo cõtradictorio, illæ de necessario debẽt sequi ad omnes alias quãdo sumuntur modo contrario ad illas de impossibili: quia necessarium & impossibile non significãt idem, nisi sumantur modo contrario solum. Præterea contradictiones de necessario dicto modo assignatæ nõ recte collocantur. Nam cũ de quolibet sit affirmatio vel negatio vera, ad necesse esse sequitur vel possibile esse, vel non possibile esse. nõ secundum, ergo primũ. Si ergo ad possibile esse sequitur non necesse esse, vt prius assignatum est, ad necesse esse sequetur non necesse esse, quod est absurdum. At neq; ad possibile esse sequitur necesse esse, quia sic nunq̃ idẽ esset possibile esse & possibile non esse, ob id etiã ad possibile esse nõ sequitur necesse non esse. Relinquit ergo, q̃ ad possibile esse sequitur non necesse non esse, quia non necesse non esse contradicit huic necesse nõ esse, quæ sequitur ad non possibile esse, ad quod etiam sequitur impossibile esse. Debẽt igitur propositiones oẽs sic ordinari. Vnde fit, vt ꝓpositiõibus sic ordinatis, nihil accidit impossibile.

Auctoritas. *Secũdo ostẽdit.* *Corollarium.*

Purpurea.	Iliace.
Nõ possibile est nõ esse	Nõ possibile est esse
Nõ cõtingẽs est nõ esse	Nõ cõtingẽs est esse
Impossibile est nõ esse	Impossibile est esse.
Necesse est esse	Necesse est non esse.

Amabimus.	Edentuli.
Possibile est esse	Possibile est non esse
Contingẽs est esse	Contingẽs est nõ esse
Nõ impossibile est esse	Nõ impos. est nõ esse
Nõ necesse est non esse	Non necesse est esse.

Secunda pars continet solutionem cuiusdam dubij.

Dubiũ. Arguit q̃ ad necesse esse sequitur possibile esse

DVbitabit aliquis, si ad necesse esse sequitur possibile esse. Nã si non sequatur, sequetur hæc eius contradictoria non possibile esse, quòd si quis illam non esse contradictoriam dixerit, debet concedere hanc esse contradictoriam possibile est nõ esse. neutra autem sequitur ad necesse esse, quia vtraq; falsificatur pro re quam necesse est esse, ergo ad necesse esse sequitur possibile esse.

Ad partem oppositam.

At verò ad possibile esse sequitur possibile non esse, quoniã idem possibile est incidi & non incidi, esse & non esse, ergo si ad necesse esse

esse sequitur possibile esse, sequetur & possibile non esse, quod falsum est. Sed manifestum est, non omne possibile vel esse, vel ambulare, etiam oppositа posse. sunt enim aliqua, in quibus id vt oppositа possint non est verum. Vt primo patet in his quæ sine ratione possunt, quemadmodum ignis habens potentiam irrationabilem potest calefacere, & nõ potest nõ calefacere: neq; alia quæcũque semp agunt. Sed potẽtiæ rationabiles eædẽ sunt plurimorũ cõtrariorũ. Irrationabilium verò potentiarum quædam sunt contrariorum susceptiuæ, sed non omnes tales sunt. Potestates verò æquiuocæ sunt. nã possibile non simpliciter dicit: quia vno modo possibile dicitur quod actu est, vt possibile est ambulare, quoniã actu ambulat. Aliud dicitur possibile quod erit actu, vt possibile est ambulare, quoniam ambulabit, & hoc solum in mobilibus reperitur, illud verò etiam in immobilibus: atq; possibile de vtroq; dictorũ possibilium dicitur, vt possibile est ambulare & quod ambulat iã, & quod ambulandi habet potentiam, sed nondum ambulat. Quæ cum ita sint, ad necesse sequitur possibile quod actu est, sed non id quod separatũ est ab actu. Quare cum ad particulare vniuersale sequatur, ad necesse esse sequetur possibile esse, sed nõ omne. Atq; illæ de necessario sunt ponendæ primæ, ad quas alias tanq̃ consequẽtes considerare oportet. Manifestum est autẽ ex his quæ dicta sunt, quoniam id quod ex necessitate est, etiã actu est: quare si sempiterna sunt priora, actus etiã est prior potentia. Atq; eorũ quæ sunt, alia quidẽ actu sunt sine potẽtia, vt primæ substantiæ, Alia verò cum potentia actu sunt, quæ natura priora sunt, tempore verò posteriora. Alia insuper sunt, quæ nunq̃ sunt actu, sed potestate tantũ.

Proſolut. dubij. *Duplices sunt potentiæ actiuæ Rationabiles & irrationabiles.* *Duplices potẽt. irrationabiles.* *Solutio dubij.*

A purpure.	Cæsia.
Necesse est esse.	Necesse est nõ esse.
Nõ possib. est nõ esse.	Nõ possibile est esse
Nõ cõting. est nõ esse.	Nõ cõtingẽs est esse
Impossib. est non esse.	Impossibile est esse.

Diuisio.

Mus amabi.	Li edentu.
Nõ necesse est nõ esse.	Nõ necesse est esse
Possibile est esse.	Possibile est nõ esse
Contingens est esse.	Cõtingẽs est nõ esse
Nõ impossib. est esse	Nõ impos. est nõ esse

Cap. 4m

Tertius tractatus, in quo soluitur quoddam dubium circa contrarietatem enunciationum.

Dubium.

VTRum autem huic affirmationi, omnis homo est iustus, sit contraria hæc negatio, nullus homo est iustus: an hæc affirmatio, omnis homo est iniustus, cõsiderare oportet. & isti Callias est iustus, hæc, Callias non est iustus: an hæc, Callias est iniustus. Nam si ea

quæ

quæ ſunt in voce ſequantur ea quæ ſunt in anima, & in anima opinio contrarij ſit cõtraria, vt omnis homo iuſtus eſt, ei omnis homo eſt iniuſtus: neceſſe erit ſic eſſe in affirmatiõibus vocalibus. Sin verò opinio contrarij in mente non ſit contraria: nec affirmationi vocali affirmatio, ſed negatio erit contraria. Quare conſiderandum eſt, quæ opinio falſa cõtraria eſt opinioni veræ, vtrum negationis opinio, an ea qua quis contrariũ opinatur. Verbi gratia, eſt vera opinio, q̃ bonũ eſt bonũ, vtra igitur iſtarum falſarum ei contraria tur, bonum nõ eſt bonum, an bonum eſt malum? Arbitrari autem opiniones ideo contrarias eſſe, quòd cõtrariorum ſunt, falſum eſt. Opinio enim qua quis opinatur bonum eſſe bonũ, & opinio qua opinatur quis malum eſſe malum, eadem fortaſſis eſt ac vera, ſiue plures ſint ſiue vna. Contrariæ verò opiniones ſunt, nõ ex eo quia contrariorũ ſunt, ſed ex eo potius quia contrario modo ſe habent. Nam huic bonum eſt bonum contrariatur hæc, bonum nõ eſt bonum, & nulla alia. Non enim ea qua quis opinatur bonum eſſe quod non eſt, nec ea qua opinatur bonum nõ eſſe quod eſt. Vtræq; enim infinitæ ſunt, & quibus opinatur bonum eſſe quod non eſt, & quibus opinatur bonũ non eſſe quod eſt. Sed illæ maxime ponendæ ſunt vt contrariæ, in quibus eſt prima fallacia. In his aũt eſt prima fallacia, ex quibus fiunt generatiões. Generationes verò inter oppoſita ſunt, quæ ſunt eſſe & non eſſe. Præterea iſtæ ſunt ambę veræ, bonum eſt bonum, & bonum non eſt malum, ſed prima ſecundum ſe, & ſecundum accidens altera, accidit enim bono nõ eſſe malum. magis autem vera eſt quæ eſt ſecundum ſe vera, & item falſa magis quæ eſt ſecundum ſe falſa, ergo magis falſa eſt iſta, bonum non eſt bonum, q̃ iſta bonum eſt malũ. At opinio magis falſa cõtrariatur opinioni magis veræ, circa vnũquodq; enim is maxime opinatur falſum, qui contrariam habet opinionem, cõtraria enim circa idem plurimum differunt, quare huic bonum eſt bonum magis contrariatur bonum non eſt bonum, q̃ bonum eſt malum. Inſuper iſta bonum eſt malum implicat hanc, bonum nõ eſt bonum, ergo iſta bonum non eſt bonum, quæ eſt ſimplex negatio, contrariatur huic bonum eſt bonũ, quæ eſt ſimplex affirmatio, & non iſta bonũ eſt malum, quæ nõ eſt ſimplex ſed implicita. Amplius in omnibus ſimiliter ſumenda eſt contrarietas, ſed in aliquibus non reperiuntur contraria, vtpote in ſubſtantijs, ergo in illis ſumenda eſt cõtrarietas ex cõtrarietate negationis, & nõ ex contrario, quare in omnibus,

Solutio dubij.

cõm Auctoritas.

Prima ratio.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

bus. Rurſus ſicut ſe habet hęc, bonum eſt bonum, ad hanc non bonum non eſt bonum, ita ſe habet hæc, bonum non eſt bonum, ad hanc, non bonum eſt bonum: ſed illi verę, nõ bonum nõ eſt bonũ, non contrariatur iſta, non bonum eſt malũ, nec iſta non bonũ non eſt malum: quia vtraq; ſtat in veritate cum hac, non bonum non eſt bonum, datur enim non bonum quod eſt malũ, & non bonum quod nec malum nec bonum eſt: nunquàm autem veræ vera contraria eſt, ergo huic non bonum non eſt bonum, contraria eſt non bonum eſt bonum, quare & iſti bonum non eſt bonum contraria erit bonum eſt bonum. Et nihil intereſt quamuis nõ vniuerſaliter affirmationem poſuimus: nam hæc opinio bonum eſt bonum, ſi vniuerſaliter ſit bonum, eadẽ eſt cum hac, omne bonum eſt bonũ, quę contraria eſt huic negationi, nullum bonum eſt bonum, vt manifeſtum eſt, ſimiliter autem eſt de non bono. Quare ſi affirmationes & negationes vocales ſint notæ earum quæ ſunt in anima, manifeſtum eſt, quòd affirmationi vocali cõtraria quidẽ negatio eſt, quæ de eodem vniuerſaliter eſt, vt enim omne bonum eſt bonum, vel omnis homo eſt bonus, hæc nullum bonum eſt bonũ, vel nullus homo eſt bonus: contradictoria autẽ eſt, non omne bonum eſt bonum, aut non omnis homo eſt bonus. Inſuper manifeſtum eſt, neq; veram veræ contrariam eſſe, neq; opinionem neq; contradictionem. Contraria enim circa idẽ oppoſita ſunt, quare ſimul eidem ineſſe non poſſunt. Quæ autem ſimul vera eſſe poſſunt, contingit ſimul eidem ineſſe.

Sexta ratio.

Remotio obiectionis.

Concluſio principalis.

Finis libri Peri hermenias Ariſtotelis.

Liber Priorum Analyticorum in duos libros partiales diuiditur.

Primus liber est de Syllogismo.

Primus tractatus de principijs syllogismi. Primum capitulum continet propositionem procœmialem, & tractat de principijs materialibus.

Propositio procœmialis.

PRimum oportet dicere circa quid & de quo est intentio, quoniã circa demonstrationem, & de disciplina demonstratiua, deinde determinare quid est propositio, & quid terminus, & quid syllogismus, & quis perfectus, & quis imperfectus. Postea verò quid in toto esse vel nõ esse hoc in illo, & quid dicimus de omni, aut de nullo prędicari. Propositio est oratio affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo. Hæc aũt aut vniuersalis, aut particularis, aut indefinita. Vniuersalis est, quę omni, aut nulli inesse significat. Particularis quæ alicui, aut nõ alicui, aut non omni inesse significat. Indefinita verò quæ inesse, aut non inesse significat sine signo vniuersali vel particulari, vt contrariorum eadẽ est disciplina, aut voluptas non est bonum. Differt autẽ demonstratiua à dialectica propositione, quia demonstratiua sumptio est alterius partis contradictionis, Non enim interrogat, sed sumit qui demonstrat. Dialectica verò, interrogatio contradictionis. Conueniunt tamen in hoc, quod ex vtraq; fit syllogismus. Nã & qui demonstrat, & qui interrogat, syllogisat, sumens aliquid de aliquo esse & non esse. Quare syllogistica quidẽ propositio est affirmatio vel negatio alicuius de aliquo. Erit aũt demonstratiua, si & vera sit, & per primas propositiones sumpta. Dialectica autẽ percunctanti quidem interrogatio cõtradictionis est, Syllogisanti verò sumptio apparentis & probabilis, vt in Topicis dictũ est. Quid ergo est propositio, & quid differt syllogistica, & demonstratiua, & dialectica, subtiliter in sequentibus dicitur, ad præsentem verò vtilitatem sufficienter sint hæc nunc nobis determinata. Terminum verò voco, in quem resoluitur propositio vt prędicatum, & de quo prædicatur, vel apposito vel diuiso, esse vel non esse.

Def. ppositiõis. Diuisio pposit. Quid uniuersal. Quid particul. Indefinita.

Differẽtia ppositionis dialecticæ à demõstratiua.

Conuenientia.

Def. termini.

Capitulum secundum de syllogismo & principijs relatiuis eius.

Def. syllogismi

SYllogismus est oratio, in qua quibusdã positis, aliud quiddam

dam ab his quę posita sunt ex necessitate accidit, eò quòd hęc sunt. Dico aũt eò quòd hæc sunt, propter hæc accidere. Propter hæc verò accidere est, nullius extrinseci termini indigere vt fiat necessarium. Perfectus verò syllogismus est, qui nullius alterius indiget, præter ea quæ sumpta sunt vt appareat necessariũ. Imperfectus autem, qui vnius, aut plurium indiget, quæ sunt quidẽ necessaria per sumptos terminos, non autem per sumptas propositiones. In toto autem esse alterum altero, & de omni prędicari alterũ altero, idem est. Dicimus autem de omni prędicari, quãdo nihil est sumere subiecti, de quo non dicatur prædicatum, & de nullo similiter.

Quis perfectus

Quis imperfect.

Prædicari de oĩ

Cap. 2 Cap. iij. de conuersionib. cuius prima pars est de conuersione propos. de inesse.

Diuisio propositionis.

VOniam autẽ omnis propositio aut est de inesse, aut de necessario inesse, aut de contingenter inesse. Harum aũt hæ quidem affirmatiuæ, illę verò negatiuę. Rursus affirmatiuarũ & negatiuarum, aliæ sunt vniuersales, alię particulares, alię indefinitæ. Vniuersalis quidẽ negatiua de inesse, vniuersaliter in terminis conuertitur, Vt si nulla voluptas est bonum, nullũ bonum est voluptas. Affirmatiua aũt vniuersalis conuertitur quidem non vniuersaliter, sed in particulare, Vt si omnis voluptas est bonum, & quoddã bonum est voluptas. Particularis aũt affirmatiua in particularem affirmatiuã conuertitur. Nam si quędã voluptas est bonũ, quoddam bonũ voluptas. Particularis verò negatiua non conuertitur. Non enim sequitur, Aliquod animal nõ est homo, ergo aliquis homo nõ est animal, Quia stat oppositum consequentis cum antecedente. Quòd aũt sequatur, Nullum b est a, ergo nullum a est b, patet. Nam si quoddam a est b, vt c, non erit verũ dicere, nullũ b est a, Nam c est b, Si verò omne b est a, aliquod a est b. Nam si nullum a est b, nullum b est a, quæ repugnat antecedenti. Similiter si aliquod b est a, aliquod a est b. Nam si nullum a est b, nullũ b est a, quod repugnat antecedenti.

Prima regula cõuersionis.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Probatur prima

Secunda.

Tertia.

Cap. 3m Secunda pars de conuersione propositionum modalium.

Prima regula.

PRopositiones de necessario eodem modo conuertuntur. Vniuersalis quidẽ negatiua vniuersaliter conuertitur. Affirmatiua verò tã vniuersalis q̃ particularis, particulariter. Nam si necesse est nullũ b esse a, necesse est nullum a esse b. Si enim contingat aliquod a esse b, & aliquod b esse a continget. Similiter si necesse est omne b vel aliquod b esse a, & aliquod a esse b est necesse. Nam si non necesse est aliquod a

Secunda.

Probatio primæ

Probatio secũdæ

Alia regula. esse b, nec etiam aliquod b esse a est necesse. Particularis aũt negatiua non conuertitur propter causam superius dictam. Contingẽs multipliciter dicitur. Nam & necessarium, & non necessarium; &
Acceptio cõtingentis.
Prima regula. possibile fieri, contingens dicitur. Affirmatiuæ quidem de contingenti, qualitercunq; accipiatur contingens, similiter conuertentur
Probatio. in particulares. Nam si omne b, vel aliquod b esse a est contingẽs, & aliquod a esse b est cõtingẽs. Si enim nullũ a esse b est cõtingẽs,
Secunda regula & nullum b esse a est contingens. Similis enim vt in præcedẽtibus
Tertia regula. probatio est. Negatiuæ verò de cõtingenti nõ eodem modo conuertuntur. Sed negatiuæ vniuersales de contingẽti dicto de necessario & non necessario similiter conuertuntur. Vt hęc, nullum hominem contingit esse equum, cuius alterũ extremum ex necessitate non ineſt, conuertitur, ergo nullum equum esse hominem contingit. Similiter & hæc, Nullam tunicam esse albam contingit, cuius alterum extremũ nõ ex necessitate ineſt, conuertitur, ergo contingit nullũ albũ esse tunicam. Si enim aliquod album esse tunicã est necesse, & aliquam tunicã esse albũ est necesse, vt antea ostẽsum
Quarta. est. Particularis verò negatiua de cõtingenti eodẽ modo accepto,
Quinta. nõ conuertit. Negatiuæ verò de contingẽti pro possibile fieri, aut vt in pluribus, vniuersales quidem non conuertuntur, particulares verò conuertuntur, quod postea patebit, quum de contingenti determinabimus. Sit autem nobis nunc manifestum, has esse affirmatiuas, contingit nulli ineſse, aut contingit alicui non ineſse.
Notabile. Nã contingẽs perinde se habet, ac ipsum est in illis de ineſse, quæ sunt affirmatiuæ si est non negetur, vt est bonum, est non bonum.

Cap. 4m

Tractatus ij. de formatione syllogismorum, cuius prima pars est de prima figura.

IIs verò determinatis dicendũ est per quę, quãdo, & quo modo fit oĩs syllogismus. Postea verò dicemus de demõstratione, prius enim de syllogismo, q̃ de demonstratione dicẽdũ est, eò quòd vniuersalior est syllogismus. Nã omnis demonstratio syllogismus quidem est, sed non oĩs syllogismus demonstratio. Quando ergo tres termini sic se habent ad inuicẽ, vt postremus in toto sit medio, & medius in toto primo vel sit vel nõ sit, necesse est extremitatũ esse perfectũ syllogismũ. Mediũ aũt est, quod in alio est, & aliud in ipso, quod & mediũ positiõe est. Extrema verò sunt, quorũ alterũ est in alio, & alterum in quo aliud est. Maior extremitas est, in qua mediũ est vel nõ est. Minor verò, quę sub medio est. Si enim oẽ B est A, & omne C est B, omne C est

Describit modos utiles primæ figuræ. *Descriptio terminorũ primæ figuræ.* *Barbara.* *Celarent.*

est A, vt ex definitione dici de omni manifestum est. Similiter aũt si nullum B est A, & omne C est B, nullum C est A. Similiter si primum medio cõpetat vniuersaliter, aut vniuersaliter non competat, & medium postremo particulariter, necesse est syllogismũ esse perfectũ, si de omni, & de nullo dici, prius bene sint assignata. Atq; idem erit syllogismus ex indefinito & particulari. Quocũq; autem modo aliter termini disponantur, non erit syllogismus. Nam & oĩ & nulli contingit postremo primum ineſse. Maiore enim vniuersali affirmatiua, & minore vniuersali negatiua, termini in quibus omni contingit ineſse sunt, animal homo equus, Termini verò in quibus nulli, aĩal homo lapis. Ambabus verò negatiuis vniuersalibus, termini in quibus omni sunt, scientia linea medicina, In quibus nulli, scientia linea vnitas. Maiore aũt particulari affirmatiua aut negatiua, & minore vniuersali affirmatiua, termini in quibus oĩ sunt, bonũ habitus prudẽtia. In quibus nulli, bonum habitus ignorantia. Maiori verò particulari negatiua vel affirmatiua, minore vniuersali negatiua, termini in quibus omni, albũ equus cygnus, In quibus nulli, album equus coruus. Sed maiore vniuersali affirmatiua & minore negatiua particulari vel indefinita, termini in quibus omni sunt, animal homo cygnus, In quibus nulli, animal homo nix. Si verò maior sit vniuersalis negatiua, & minor particularis aut indefinita etiam negatiua, termini in quibus omni sunt, inanimatũ homo nix, In quibus verò nulli, inanimatũ homo cygnus. Amplius minore vniuersali negatiua non fit syllogismus, vt ostensum est prius, ergo nec minore negatiua, particulari, vel indefinita. Similiter ambabus particularibus, quocunq; modo disponantur, termini in quibus omni sunt, animal album homo, In quibus verò nulli, animal album lapis. Palam ergo est ex dictis quoniã omnis in hac figura syllogismus perfectus est. Omnis enim per dici de omni, aut dici de nullo perficitur. Amplius manifestum est, omnia problemata concludi per hanc figuram, tam vniuersalia, q̃ particularia, affirmatiua & negatiua.

Describit modos inutiles. *Darij.* *Ferio.* *De modis inutilibus.* *Daro.* *Fero.* *Probat ex indefinito daro & fero esse modos inutiles.* *Corollariũ primum.* *Secundum.*

Cap. 5m

Secunda pars de secunda figura.

QVando verò idem, alteri quidẽ omni, alteri verò nulli ineſt, vel vtriq; oĩ, vel nulli, figurã huiusmodi voco secundam. Mediũ huius figurę est, quod de vtroq; extremo prædicatur. Extremitates aũt sunt, de quibus mediũ dicitur. Maior extremitas est, quę iuxta medium posita est. Minor verò

Descriptio secundæ figuræ. *Descriptio terminorũ secũdæ figuræ.*

verò extremitas, quę lõgius à medio sita est. Atq; ipsum mediũ extra extremitates est, primũ verò positiõe. Nullus quoq; huius figuræ perfectus est syllogismus, fieri tamen poterit syllogismus, tã vniuersaliter q̃ nõ vniuersaliter sumptis terminis. Vniuersaliter quidẽ sumptis terminis erit syllogismus, qñ mediũ vni quidẽ oĩ, alteri verò nulli ineſt. Sequitur .n. nullum n est m, oẽ x est m, ergo nullũ x est n. Similiter sequitur, oẽ n est m, nullum x est m, ergo nullũ x est n. Cõuersa enim præmissa negatiua prius est ostẽsum, vel eandẽ sequi conclusionẽ, vel ipsius cõuertentem, qũ rursum fiet syllogismus primę figuræ. Idẽ quoq; ostẽdi põt ad impossibile ducendo. Termini verò nõ vniuersaliter sumptis erit syllogismus, qñ mediũ maiori extremitati vniuersaliter ineſt, & minori particulariter nõ ineſt, aut maiori vniuersaliter nõ ineſt, & minori particulariter ineſt. Sequitur .n. nullũ n est m, quoddã x est m, ergo quoddã x non est n. Conuersa nãq; præmissa negatiua, fit syllogismus per primã figurã. Similiter sequitur, Omne n est m, aliquod x nõ est m, ergo aliquod x nõ est n. Nam si oẽ x esset n, & oẽ n esset m, necesse esset oẽ x esse m. Positũ aũt erat aliquod x non esse m. Quocunq; aũt modo aliter termini in hac figura disponãtur, nõ erit syllogismus. Vtriusq; enim præmissis vniuersalibus affirmatiuis termini in quibus omni sunt, substãtia aĩal homo, In quibus verò nulli, substantia animal lapis. Vtriusq; verò vniuersalibus negatiuis, Termini in quibus omni, linea animal homo, In quibus nulli, linea animal lapis. Maiore verò particulari negatiua, & minore vniuersali affirmatiua, Termini in quibus omni, aĩal substantia coruus, In quibus verò nulli animal albũ coruus. Maiore aũt particulari affirmatiua, minore vniuersali negatiua, Termini in quibus omni sunt, animal substãtia lapis, In quibus nulli, animal substantia scientia. Ambabus aũt negatiuis, maiore quidẽ vniuersali, minore verò particulari dãtur termini in quibus nulli, nigrũ nix animal. Terminos verò in qbus omni est assignare, sed non quãdo minor atq; eius subcontraria simul sunt verę. Ex eadẽ nanq; maiore, & vniuersali affirmatiua extremi de extremo, terminorũ in quibus omni, sequeretur cõtradictoria subcõtrariæ minoris. Ex indefinito aũt tunc ostendendũ est modum esse inutilẽ, quia & si minor esset vniuersalis negatiua, ex ea cũ eadẽ maiore nõ esset syllogismus, vt prius ostẽsum est, ergo nec qñ minor est particularis. Rursus ambab⁹ affirmatiuis, maiore quidẽ vniuersali, minore verò particulari, dãtur termini in quibus

Cesare. Camestres.

Probat ostẽsiue.

Per impoßibile.

Baroco. Festino.

Probat.

Probat Baroco per impoßibile. De modis inutilibus.

Fero.

Improbat ex indefinito fero esse modũ inutilẽ. Dari.

bus nulli, albũ cygnus lapis. Cõtingit aũt & dare terminos in quibus oĩ, sed nõ quãdo minor simul est vera cũ subcontraria, & hoc propter causam iam dictã. Sed tunc etiã ex indefinito mõstrandum est. Vtraq; aũt præmissarũ negatiua, particulari quidẽ maiore, & vniuersali minore, Termini in quibus omni sunt, album aĩal coruus, In quibus verò nulli sunt, albũ lapis coruus. Ambabus autem affirmatiuis, maiore particulari, & minore vniuersali. Termini in quibus omni sunt, albũ aĩal cygnus, In quibus nulli, album animal nix. Ambabus verò particularibus, qualitercũq; disponãtur, termini in quibus oĩ sunt, album aĩal homo, In quibus nulli, albũ animal inanimatũ. Palam aũt est, quoniã omnes syllogismi in hac figura sunt imperfecti, perficiuntur enim assumptis quibusdã quæ uel insunt terminis ex necessitate, vel ponũtur veluti hypotheses, vt quando per impossibile ostendimus. Manifestũ quoq; est, nullũ fieri in hac figura syllogismũ affirmatiuũ, sed oẽs esse negatiuos.

Secundum.

Cap. 6.m

Tertia pars de tertia figura.

Descriptio tertiæ figuræ.

SI aũt eidem, hoc quidem omni, illud verò nulli ineſt, vel ambo omni, vel nulli, figuram huiusmodi voco tertiam. Mediũ aũt est, de quo ambo prędicantur. Extremitates aũt, quę prædicantur. Maior quidem extremitas, quę lõgius est à medio. Minor verò, quę propius. Ponitur aũt medium extra extremitates, estq; vltimũ positione. At neq; perfectus in hac figura erit syllogismus, fiet tamen tam vniuersaliter q̃ non vniuersaliter sumptis terminis. Vniuersaliter quidem, si omni minor extremitas insit, maior verò vel omni vel nulli, vt omne S est P, omne S est R, ergo aliquod R est P. Conuersa nãq; minore fit syllogismus per primã figuram. Potest idẽ & per impossibile, & per expositionẽ ostendi. Per expositionẽ quidem. Si enim ambo extrema vtpote P & R insunt oĩ S, sumpto aliquo singulari sub S, scilicet N, huic & P & R inerũt ex necessitate, quare aliquod R erit P. Similiter si nullũ S est P, & omne S est R, aliquod R nõ est P. Conuersa enim minore, per primã figurã fit syllogismus. Per impossibile quoq; talis syllogismus demonstrabit̃ valere. Nõ vniuersaliter quidẽ sumptis terminis, Ambabus affirmatiuis, altera quidem vniuersali, altera particulari fiet syllogismus. Nam si aliquod S est P, & omne S est R, aliquod R est P. Conuersa nãq; particulari, eiusdẽ conclusionis conuertens sequitur per primã figuram. Et si oẽ S est P, & aliquod S est R, aliquod R est P, quod potest ostendi

Descriptio tertiæ minorum tertiæ figuræ. Darapti. Felapton.

Probat ostẽsiue. Per impoßibile. Per expositionem.

Disamis. Datisi.

di vt prius, licet etiam hos modos oſtẽdere, & ad impoſſibile dedu
cẽdo, & per expoſitionẽ, perinde ac priores. Maiore verò negatiua,
Bocardo. minore aũt affirmatiua, altera quidẽ vniuerſali, altera particulari,
Ferison. fiet vtiq; ſyllogiſmus. Nam ſi aliquod S nõ eſt P, & omne S eſt R,
Probat bocardo p impoſſibile. aliquod R non eſt P. Si enim omne R eſſet P, & omne S eſſet R,
omne S eſſet P, poſitũ aũt erat S alicui P non ineſſe. Monſtratur
etiã idem per expoſitionẽ, ſumpto aliquo ſingulari ſub S quod nõ
eſt P. Similiter ſi nullũ S eſt P, & aliquod S eſt R, aliquod R non
Exemplum pro ferison. eſt P. Conuerſa enim minore fiet ſyllogiſmus primæ figuræ. Quo-
cunq; autem alio modo termini diſponãtur, non erit Syllogiſmus.
Ambabus enim vniuerſalibus, maiore quidẽ affirmatiua, minore
De modis utilib. verò negatiua, termini in quibus oĩ ſunt, animal equus homo, In
quibus verò nulli, animal inanimatũ homo. Ambabus verò vni-
uerſalibus negatiuis, termini in quibus omni ſunt, aĩal equus ina-
Daro. nimatũ, In quibus nulli, homo equus inanimatũ. Maiore aũt vni-
uerſali affirmatiua, minore verò particulari negatiua, termini in
quibus oĩ ſunt, animatũ homo animal, Terminos verò in quibus
nulli tunc non contingit ſumere, quando minor & ſua ſubcontra-
ria in veritate conſentiũt. ex eadẽ nanq; maiore cum ſubcontraria
minoris, ſequeretur cõtradictoria vniuerſalis negatiuæ extremi de
extremo terminorũ in quibus nulli. Sed ex indefinito tunc eſt mõ-
ſtrãdum. Minore enim vniuerſali negatiua prius eſt oſtenſum nil
Improbat daro ex indefinito. ſequi, quare neq; minore particulari quicq; ſequet. Ambabus aũt
Fero. negatiuis, maiore quidẽ vniuerſali, minore verò particulari, termi
ni in quibus nulli ſunt, coruus nix album, In quibus verò omni nõ
eſt ſumere, quando minor & ſua ſubcontraria ſimul veræ ſunt. Ex
vniuerſali enim affirmatiua extremi de extremo, terminorũ in qui
bus omni, & ſubcõtraria minoris, ſequeretur contradictoria maio
ris. Ex indefinito aũt tunc monſtrandũ eſt. Maiore verò particula-
ri affirmatiua, & minore vniuerſali negatiua, termini in qbus om-
ni ſunt, aĩal homo ferum, In quibus verò nulli, aĩal ſcientia ferum.
Ambabus aũt negatiuis, maiore particulari, minore verò vniuer-
ſali, termini in quibus omni, aĩal homo lapis, In quibus nulli, ani-
mal ſcientia lapis. Ambabus autẽ particularibus, quocunq; modo
diſponãtur, termini in quibus omni ſunt, animal homo album, In
quibus nulli, animal inanimatum album. Manifeſtũ, eſt oẽs in hac
Corollariũ primum. figura ſyllogiſmos eſſe imperfectos, quibuſdã nãq; aſſumptis perfi
ciuntur. Inſuper & manifeſtum eſt, in hac figura nõ concludi vni-
uer-

uerſaliter, affirmatiue, aut negatiue.

Quarta pars continet quædam corollaria.

Primum corollarium. PAlam quoq; eſt ex dictis, in nulla figura ex vtriſq; parti
cularibus ſiue affirmatiuæ ſint, ſiue negatiuę, ex neceſ-
ſitate quicq; ſequi. Inſuper palam eſt in oĩ figura ex mi-
Secundum. nore vniuerſali negatiua & maiore affirmatiua, ſiue v-
niuerſalis ſit ſiue particularis, ſequi concluſionem minoris extre-
Tertium. mitatis de maiore. Semper enim per conuerſionẽ perficitur. Pre-
terea manifeſtum eſt, indefinitam pro particulari poſitam in om-
Quartum. ni figura eundem facere ſyllogiſmũ. Amplius, omnes imperfectos
ſyllogiſmos per primam quidem figuram, aut oſtenſiue, aut per im
poſſibile perfici. Oſtenſiue quidẽ per conuerſionem, per impoſſibi
le verò ex contradictorio concluſionis cum altera præmiſſarum.
Quintum. Contingit etiã omnes ſyllogiſmos ad ſyllogiſmos vniuerſales pri-
mæ figuræ reducere. Secundæ nanq; figuræ ſyllogiſmi vniuerſa-
les, conuerſa negatiua, particulares verò per impoſſibile reducun-
tur. Primę aũt figuræ particulares de ſe perfecti ſunt. Reducuntur
tamen per impoſſibile ad modos vniuerſales ſecundæ figuræ, qui
oſtenſiue perficiuntur per modos vniuerſales primę figuræ. Qua-
re & modi particulares primæ figuræ ad modos vniuerſales eiuſ-
dem reducuntur. Syllogiſmi autem tertiæ figuræ vniuerſales, ſta-
tim per vniuerſales primæ figuræ perficiuntur, Particulares verò
per particulares primæ, quos oſtenſum eſt reduci ad modos vni-
uerſales eiuſdem figuræ. Quare & modi particulares tertiæ figuræ
reducuntur ad modos vniuerſales primæ.

Secundum capitulum de ſyllogiſtione ex modalibus.

Prima pars de ſyllogiſmis ex puris de neceſſario.

SVoniam diuerſum eſt ineſſe, & ex neceſſitate ineſſe, &
contingenter ineſſe. Nam multa quidẽ inſunt, quę non
ex neceſſitate inſunt. Alia verò neq; ſimpliciter, neq; ex
neceſſitate inſunt, quę tamen contingit ineſſe, manife-
ſtum eſt, ex vnoquoq; iſtorum ſyllogiſmum eſſe diuerſum, neq; ter
minos ſimiliter ſeſe habere, ſed hic quidẽ eſt ex neceſſarijs, ille ve-
rò ex his quæ ſimpliciter inſunt, ille aũt ex contingentibus. Ex pro
poſitionibus de neceſſario ſimiliter fere fit & non fit ſyllogiſmus,
ſicut ex illis de ineſſe, verùm in hoc eſt differentia. Quia hic alterũ
ex neceſſitate ineſſe, vel non ineſſe denotatur. Nam & negatiua in
his ſimiliter conuertitur, & in toto eſſe, & de omni dici ſimiliter aſ-
ſignantur. Eodem ergo modo in alijs figuris a prima oſtendetur

per

per conuersionẽ conclusio sequi, quo in illis de inesse. In secũda verò figura maiore vniuersali affirmatiua, & minore particulari negatiua, Ac in tertia maiore particulari negatiua, minore verò vniuersali affirmatiua, nõ similiter ostẽdetur, sed necesse est vtrobiq; exponendo particularẽ, designare aliquid cui alterum non inest, & de illo facere syllogismum. Et quia de designato est necessarius, erit & necessarius de particulari, sub qua fit designatio, Nã designatũ sub particulari est. Fit autem vterq; syllogismus in propria figura.

Cap. 9m

De syllogismis mixtis in prima figura.

Secunda pars de syllogismis mixtis ex altera de necessario, & altera de inesse.

ACcidit autem quãdoq; in prima figura, altera de necessario sequi conclusionem de necessario, verũ nõ vtralibet, sed maiore, vt si omne b de necessitate est a vel non est a, & omne c est b, omne c de necessitate est a, vel non est a. c enim aliquid est eorum quæ sunt b. Minore verò de necessario, & maiore de inesse, non sequitur conclusio de necessario. Nam si sic, per primam aut tertiam figuram ex eadem conclusione sequeretur maiorem extremitatem medio particulariter est necessitate inesse, quod nõ oportet, quum tale contingat sumi medium, cui potest vniuersaliter maior extremitas non competere. Idem quoq; manifestũ est, quia non oportet si omne animal mouetur, & ois homo de necessitate est animal, q; omnis homo de necessitate mouetur. Eodẽ modo ostẽdetur non sequi, si maior sit negatiua de inesse. In particularibus autẽ syllogismis, si vniuersalis sit de necessario, erit & conclusio de necessario: si aũt particularis, non oportet. Sic enim dicẽdo, nihil euenit impossibile, quemadmodum nec in vniuersalibus. In secũda aũt figura, vniuersali quidem negatiua de necessario, & affirmatiua de inesse, sequitur conclusio de necessario, Vt omne b de necessitate non est a, omne c est a, ergo omne c de necessitate nõ est b. Conuersa enim prẽmissa negatiua, sequitur b de necessitate remoueri à c vniuersaliter. Nam c sub a sumptum est. Similiter, si omne b est a, & omne c de necessitate non est a, Oportet quòd omne c de necessitate non est b. Conuersa enim præmissa negatiua, & ea pro maiore posita, sequitur q; nullum b de necessitate est c, ad quam per conuersionẽ sequitur nullum c de necessitate est b. Ex vniuersali autem affirmatiua de necessario, non sequitur conclusio de necessario. Nam conuersa negatiua fit syllogismus primæ figuræ. Ostensum autem est, in prima figura non sequi conclusionem negatiuam de necessario, nisi maior sit negatiua de necessario, Præterea, si accideret conclusio

In secũda figura

Cap. 10m

Cæsare. Camestres.

Conclusio.

Conclusio.

Primo probat.

Secundo.

sio de necessario, ex conuertẽte illius cõclusionis pro maiore, & conuertente maioris pro minore, sequeretur minorem extremitatẽ de necessitate non inesse medio particulariter, quod non oportet. Potest enim tale sumi mediũ, cui vniuersaliter minor extremitas possit cõpetere. Amplius, idẽ manifestũ est in his terminis, aĩal homo album. Licet enim sequatur, ois homo de necessitate est animal, omne albũ non est aĩal, ergo omne albũ non est homo. Non tamẽ sequit, omne albũ de necessitate non est homo. In syllogismis autẽ particularibus similiter, vniuersali negatiua de necessario, sequit conclusio de necessario. Affirmatiua verò vel particulari negatiua de necessario, nõ oportet accidere conclusionẽ de necessario, qdẽ eodẽ modo quo prius, & in eisdẽ terminis demõstrari potest. In tertia figura ambabus vniuersalibus affirmatiuis, quæcunq; prẽmissarũ fuerit de necessario, sequitur cõclusio de necessario. Altera aũt vniuersali negatiua, & altera vniuersali affirmatiua, si negatiua fuerit de necessario, accidit cõclusio de necessario, quia altera prẽmissarum cõuersa, fit rursus syllogismus primę figurę, debita facta sub sumptione. Si verò affirmatiua fuerit de necessario, licet sequatur conclusio de inesse, non tamen de necessario. Nam reducendo ad primam figurã, non potest inferri conclusio de necessario. Idem ex his terminis patet, vigilare aĩal equus. Si aũt vna præmissarum sit vniuersalis, altera quidẽ particularis, & vtraq; affirmatiua, sequetur cõclusio de necessario, si vniuersalis est de necessario, quod ostẽdi potest vt prius. Conuertitur enim particularis affirmatiua, vt si necesse est omne c esse b, & quoddã a sub c sumptũ est, ergo necesse est aliquod a esse b. Si verò necesse est quoddã a esse b, & quoddam b esse a necesse est, fit enim conuersio. Si autẽ particularis sit de necessario, nõ sequetur conclusio de necessario. Conuersa nanq; particulari, habẽtur præmissę primæ figuræ, ex quibus non sequitur conclusio de necessario. Idem quoq; manifestũ in his terminis, vigilare bipes aĩal: per quos etiã ostendi posset nõ valere, si maior esset particularis de necessario. In modis negatiuis particularibus similiter nũq; sequetur cõclusio de necessario, nisi vniuersalis negatiua sit de necessario, vt nõ sequitur, quidã homo nõ est vigilãs, ois homo de necessitate est aĩal, ergo quoddã animal de necessitate nõ est vigilans. Quod autẽ particulari negatiua de necessario non sequitur, patet in his terminis, bipes moueri animal. Quod etiã particulari affirmatiua de necessario nõ accidit cõclusio de necessario manife

Tertio.

Conclusio.

In tertia figura. Conclusio pro darapti & felapton.

Conclusio. Disamis. Datisi.

Deductio p disamis in prima figura. Conclusio. Disamis. Datisi.

Conclusio. Bocardo. Ferison.

Dicit in bocardo minore de necesse nõ sequi cõclusionẽ nõ inesse.

manifestũ fit in his terminis, vigilare aĩal albũ. Non enim oportet si nullum album est vigilans, & quoddã albũ de necessitate est animal, quòd quoddã animal de necessitate non est vigilans. Manifestum ergo est, nõ esse syllogismum de ineſſe, nisi pręmissarũ vtraq; sit de ineſſe: de necessario verò est, altera solum existẽte de necessario. In omni quoq; syllogismo necesse est alteram pręmissarũ similem esse conclusioni. Præmissam autem similem dico conclusioni, si similiter sese habeat quo ad ineſſe, vel necesse ineſſe, quare non erit conclusio de ineſſe, nisi præmissarũ altera sit de ineſſe, neq; de necessario, nisi altera sit de necessario. De necessario ergo quomodo fit, & quã differentiã habeat ad ineſſe, sufficiẽter pene dictũ est.

Corollarium.

Corollarium.

Cap. 12.

Tertia pars de contingenti.

Def. contingen.

DE contingenti aũt post hęc dicemus, quando, & quomodo, & per quæ erit syllogismus. Contingẽs autẽ est, quo non existente necessario, posito autẽ ineſſe, nihil erit propter hoc impossibile. Nam necessarium æquiuoce contingens dicitur. Necessarium aũt dici contingens patet. Nam non contingens esse, & impossibile esse, & necesse non esse, vel eadem sunt, vel seinuicẽ sequuntur. Quare & ea quæ sunt opposita, contingit esse, non impossibile esse, & non necesse non esse. Cum ergo de quolibet sit affirmatio vel negatio vera, falsumq; sit necessariũ esse non contingens, cum sic ipsum esset impossibile esse, & necesse non esse: verum erit, necessarium esse contingẽs, q̃uis & non necessarium sit contingens, vt ex definitione patet. Accidit aũt omnes propositiones de cõtingenti non negato conuerti secundũ oppositã qualitatem, tam vniuersales q̃ particulares: quoniam contingens non est necessarium. Quod autẽ non est necessarium, possibile est non esse. Ergo si contingat hominem esse albũ, etiam continget hominem non esse albũ. Et si contingat omnem hominem esse album, etiã continget nullũ hominem, vel nõ omnẽ hominem esse album. Sunt autẽ huiusmodi propositiones affirmatiuæ, nã cõtingens se habet vt est in illis de ineſſe, vt dictũ est prius. Dicitur aũt duobus modis cõtingere, vno quidẽ modo quod plærunq; fit & non est necessarium, & vniuersaliter quod natũ est esse, vt canescẽre hominem, vel augeri, vel diminui. Hoc enim non semper necessariũ habet id cui adsit, eò q; homo nõ semper est, cũ tamen homo est, aut ex necessitate, aut vt plurimum ei ineſt. Alio autem modo dicit̃ cõtingens infinitum, quod & esse & nõ esse possibile est, vt animal ambulare, vel animali ambulãte

Dilucidatio obiectionis.

Acceptio cõtingentis.

terræ

terræ motũ fieri, & vniuersaliter quod casu fit. Tale enim non est magis natum sic fieri q̃ econtrario. Cõuertitur vtrunq; contingens in oppositã qualitatem, non tamẽ eodẽ modo, sed contingẽs natum in contingens quod nõ ex necessitate est: sic enim contingit non canescere hominem. Contingens verò infinitũ in cõtingens ad vtrũlibet. Ex contingenti aũt infinito non est disciplina vel demonstratio, eò quòd inordinatũ est medium. Ex contingenti verò nato, de quo fiunt orationes & cõsiderationes in disciplinis, possibile est fieri demonstrationẽ. Ex contingẽti autẽ infinito possibile est fieri syllogismum, Non tamen de illo solent fieri quęstiones, atq; hęc magis in sequentibus definientur. Nunc aũt dicemus quando, & quomodo, & quis erit syllogismus ex propositionibus de contingenti. Dupliciter aũt accipitur propositio de contingẽti. Vt b contingit esse a. Significat enim, & quod est b, contingere esse a: & quod contingit esse b, cõtingere esse a. Nihil aũt differt dicere, b cõtingit esse a, & omne b possibile est esse a. Primum ergo dicemus de secundo, vt si omne b contingit esse a, & omne c contingit esse b, quis & qualis erit syllogismus. Sic enim vtræq; propositiones sumuntur secundũ contingere. Quando aũt dicitur, quod est b contingit esse a, vna quidẽ pręmissarum est de contingenti, altera verò de ineſſe.

Notabile.

Quod propositio de cõtingenti duplicem habet sensum.

Cap. 13.

Quarta pars de syllogismis ex puris de contingenti.

IN prima figura ex ambabus de contingenti, qualitercunq; disponantur, ad conclusionem de contingenti, nisi maior sit particularis, erit syllogismus: perfectus quidẽ, nisi vtraq; vel minor sola sit negatiua, tunc aũt perficitur per conuersionem minoris in oppositam qualitatem. Nam si omne b cõtingat esse a, & omne c contingat esse b, omne c contingit esse a. Hoc enim ex definitione manifestum est. Nam contingere omni ineſſe sic dicebamus. Similiter si nullum b contingit esse a, & omne c contingit esse b, nullũ c contingit esse a. Nam sub b nihil contingentiũ dimittitur, à quo non denotetur, a contingenter remoueri. Quando aũt sic syllogisatur, omne b contingit esse a, nullum c contingit esse b, ergo nullum c contingit esse a, est syllogismus imperfectus. Conuersa autẽ minore in oppositam qualitatẽ, perficitur. Sequitur enim, nullum c contingit esse b, ergo omne c contingit esse b. Similiter aũt & in particularibus modis ostẽdetur. Quòd aũt non fiat syllogismus, si maior fit particularis, quocunq; modo præmissæ disponantur, patet. Quia contingit mediũ transcendere maiorẽ extremitatẽ & illud in

Conclusio.

Maiore particulari nõ constare

Syllogismũ ex propositionibus de cõtingenti.

quo transcendit sumere pro minore extremitate. Idẽ aũt ex terminis fit manifestum. Nam cõtingere primũ postremo omni aut nulli ex necessitate ineſſe. Termini cõmunes in quibus omni, aĩal album homo: in quibus nulli, animal albũ vestis. Manifestũ igitur, quoniam maiore particulari nullo modo fit syllogismus, quũ nec sequatur conclusio de ineſſe, nec de necessario, nec etiam de contingenti. Quia semper est assignare terminos instantiæ. Oportet aũt sumere contingens, non vt se ad necessarium extendat, sed secundũ datam definitionem. solet autem interdum hoc ipsum latere.

Cap. 14m. Quinta pars de syllogismis ex vna de ineſſe, & altera de contingenti in I. figura.

Cõclusio prima

IN prima figura ex maiore vniuersali de contingenti, & minore de ineſſe, siue vniuersalis sit, siue particularis, erit syllogismus perfectus conclusionis de cõtingenti prius definito, vt si contingat omne b esse a, & omne c sit b, omne c contingit esse a. quia c sub b sumitur. Similiter & maiore negatiua de contingẽti: Ex maiore verò de ineſſe, & minore de contingenti tam vniuersali q̃ particulari erit quidem syllogismus, Sed imperfectus cõclusionis de cõtingenti, non prius definito, sed pro possibili: quod per impossibile est demonstrandũ. Nam ex sumptis propositionibus non videtur necessarius, Prius aũt ostendẽdum est, si sequatur, a est, ergo b est: etiam

Secunda.

Suppositio p̃ p̃ batiõe cõclusiõis

sequi, a est possibile, ergo b est possibile. Si enim a est possibile, fiet: & si b est impossibile, nõ fiet. Continget ergo a fieri præter b, quare & esse præter b. Nam quod fit, est quando factum est. Accipitur hic quidẽ possibile nõ solũ pro eo quod potest fieri, sed & pro eo quod verũ est actu esse, & quomodocunq; aliter accipitur possibile, simi-

Regula generalis. Auctoritas.

R emot. obiecti.

liter & impossibile. Et cum diximus a est, ergo b est, nõ oportet opinari ex a tanq̃ vna propositione sequi b. Nihil enim syllogistice sequitur, nisi ad minus ex duabus propositionibus, vt si omne d est c, & omne e est d, oẽ e est c ex necessitate. Et si vtraq; sit possibilis, conclusio erit possibilis. Quemadmodum ergo si quis ponat a esse præmissas, & b cõclusionem, accidet nõ solum, si a est necessarium, b esse necessarium: sed etiam si a est possibile, b esse possibile. Item manifestum est, posito falso non impossibili, sequi falsum, non tamen impossibile. Si enim accideret impossibile, quum ex possibili semper accidit possibile, vt ostensum est, idem simul erit possibile & impossibile. His aũt determinatis, Si omne b est a, & omne c cõtingit esse b, omne b contingit esse a. Nam ex contradictorio conclusionis, & minore posita ineſſe, quę licet falsa sit fortassis, non tamen

men impossibilis, sequetur oppositũ maioris per tertiam figuram. Si enim non oẽ c contingit esse a, & omne c est b, quoddã b nõ contingit esse a. Poterit aũt hoc idẽ in prima figura per impossibile ostendi, ponendo c esse b. Nam si oẽ c est b, & omne b est a, omne c est a, quæ non potest stare cũ contradictoria cõclusionis, quę prius posita est sequi ex minore de contingenti. Eodem modo in particularibus est demonstrandũ. Oportet aũt in proposito accipere propositionem de ineſſe simpliciter, non de ineſſe vt nunc, aut in hoc tempore. Nam sumendo propositionẽ de ineſſe vt nunc, dãtur termini, in quibus cõtingit primũ postremo oĩ ex necessitate ineſſe, vt anima currens homo, Et in quibus nulli, vt equus currens homo. Similiter ostendendũ est, ex maiore vniuersali negatiua de ineſſe, & minore affirmatiua, siue vniuersali, siue particulari de contingẽti, sequi conclusionẽ de contingẽti. Si enim nullũ b est a, & oẽ c contingit esse b, omne c continget nõ esse a. Nam si aliquod c non cõtingit non esse a, sumatur hęc pro maiore, & ponatur minor ineſſe, erit syllogismus per tertiã figurã talis, Aliquod c necesse est esse a, & omne c est b, ergo aliquod b necesse est esse a, Hęc aũt conclusio repugnat maiori. In syllogismo ergo ex minore de contingenti, cõclusio est contingentis non prius definiti, sed vt se extendat ad necessarium. Sic enim conclusio syllogismi nunc facti cõtradicit huic hypothesi syllogismi ad impossibile, aliqd̃ c necesse est esse a, Syllogismus enim ad impossibile est oppositæ cõtradictionis. Idẽ quoque ex his terminis manifestũ est, coruus intelligẽs homo. Nã q̃is nullũ intelligens sit coruus, & omnis homo cõtingenter sit intelligẽs, tamẽ omnis homo ex necessitate nõ est coruus. Non ergo ex ilis præmissis sequitur cõclusio de contingenti specialiter dicto, sed nec semper de necessario. Non enim sequitur, nullum sciẽs est mouens, oĩs homo contingenter est sciens, ergo omnis homo de necessitate non est mouẽs. Nec enim nullũ hominẽ moueri, nec etiã aliquẽ, est necesse. Erit ergo cõclusio de contingẽti generaliter dicto. Sumendi aũt hic sunt melius termini, quia maior dicti syllogismi non erat de ineſſe simpliciter. In particularibus aũt eadem est demonstratio. Si aũt minor sit negatiua de contingenti, siue vniuersalis siue particularis, & maior de ineſſe, siue affirmatiua, siue negatiua, nullus erit syllogismus perfectus: sed conuersa minore secundum oppositam qualitatem, erit syllogismus, quẽadmodum dictũ est. Si aũt minor sit negatiua de ineſſe, siue vniuersalis sit, siue particula

Nota q̃ ex maiore de necessario & minore de inesse in bocardo, infert cõclusionẽ de necessario.

Secũd. pbat eãdẽ conclusionẽ.

Propositio de inesse debet esse de inesse simpliciter

Probat primo ex maiore uniuersali negatiua de inesse & minore de cõtingẽti seq conclusionẽ de contingenti.

Nota q̃ ex maiore de necesse, & minore de inesse infert cõclusionẽ de necessario in disamis.

Probat secũdo.

Annotatio.

Tertia cõclusio.

Quarta.

ticularis,& maior de contingenti, ſiue affirmatiua, ſiue negatiua, non erit ſyllogiſmus. Nã dantur termini de neceſſitate oĩ, vt albũ animal nix,& ex neceſſitate nulli ineſſe, vt albũ aĩal pix. Et minore particulari negatiua etiã ex indefinito mõſtrari poteſt. Vniuerſali enim particularis loco poſita non fit ſyllogiſmus. Maiore particulari, qualitercunq; præmiſſę diſponantur,& quæcunq; fuerit de ineſſe,aut de contingenti,nullo modo erit ſyllogiſmus:demonſtratio eadem quæ prius. Dantur enim termini in quibus omni ex neceſſitate ineſſe,vt animal album homo, Et ex neceſſitate nulli ineſſe, vt album animal tunica. Manifeſtum eſt igitur,ſi maior ſit vniuerſalis, fieri ſyllogiſmum,ſi verò minor,non fieri.

Quinta.

Cap. 15m

Concluſio generalis.

Sexta pars de ſyllogiſmis ex vna de neceſſario,& altera de contingenti.

QVando aũt altera propoſitionũ eſt de neceſſario affirmatiua vel negatiua,& altera de contingẽti:erit ſyllogiſmus eo modo ſe habentibus terminis,ſicut in præcedẽti mixtione. In prima quidem figura, maiore vniuerſali de cõtingenti affirmatiua vel negatiua,minore verò de neceſſario affirmatiua ſiue particulari ſiue vniuerſali,perfectus erit ſyllogiſmus concluſionis de cõtingenti prius definito:regulatur enim per dici de omni vel nullo. Non autem concluſionis de ineſſe,quia ex concluſionis oppoſito non contingit ad impoſſibile ducere. Maiore verò vniuerſali negatiua de neceſſario,& minore de contingenti vniuerſali vel particulari, imperfectus erit ſyllogiſmus. Et cõcluſionis negatiuæ de ineſſe, & de contingenti nõ ineſſe,quod valet non neceſſe ineſſe. Non ſequet' autẽ concluſio de neceſſe nõ eſſe. Aliud enim eſt ex neceſſitate non ineſſe,& nõ ex neceſſitate ineſſe. Quòd autẽ ſequat' cõcluſio de ineſſe, patet:quia ex cõtradictoria cõcluſionis pro minore, cũ conuertẽte maioris,ſequitur cõcluſio repugnãs minori. Et ſi de ineſſe,ergo & de cõtingẽti pro poſsibili. Manifeſtũ ergo eſt,ambabus vniuerſalibus affirmatiuis, maiore quidẽ de neceſsario,minore verò de cõtingenti, fieri ſyllogiſmũ imperfectũ cõcluſionis nõ de neceſsario, ſed de contingenti pro poſsibili,qd' eo modo oſtendi poteſt,quo in præcedenti mixtione oſtenſum eſt. Minore verò de cõtingẽti negatiua,& maiore de neceſsario, qualiſcunq; fuerit,fiet ſyllogiſmus per cõuerſionẽ minoris in oppoſitã qualitatẽ, quẽadmodũ in priorib9 dictũ eſt. Minore verò negatiua de neceſsario,qualiſcũq; fuerit maior,nullo modo erit ſyllogiſmus. Dãtur enim termini ex neceſsitate omni ineſe, vt albũ animal nix, & ex neceſsitate nulli ineſſe

Cõcluſio prima

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

eſſe,vt album aĩal pix. Maiore aũt particulari,qualitercunq; præmiſſæ diſponantur,nullo modo erit ſyllogiſmus. Dantur enim termini in quibus omni,& in quibus nulli ex neceſſitate ineſſe. Perſpicuum ergo eſt ex his quæ dicta ſunt,quoniã ſimiliter ſeſe habentibus terminis hic, vt in præcedenti mixtione fit, aut non fit ſyllogiſmus. Verùm tamen maiore negatiua de ineſſe,& minore de cõtingenti, erit ſyllogiſmus concluſionis de contingẽti pro poſſibili, non de ineſſe. Sed maiore negatiua de neceſſario,& minore de contingenti, erit ſyllogiſmus concluſionis & de contingenti pro poſſibili,& de ineſſe. Manifeſtũ eſt inſuper,omnes ſyllogiſmos eſſe imperfectos,quando maior eſt negatiua de neceſſario,aut de ineſſe.

Corollariũ.

Corollariũ.

Cap. 16m

Septima pars de ſyllogiſmis ex contingenti in ſecunda figura.

IN ſecũda aũt figura ex vtriſq; de cõtingẽti,quomodocũq; pmiſſæ diſponantur,non fit ſyllogiſmus. Quando aũt altera eſt de ineſſe,altera verò de contingenti,ſi affirmatiua ſit de ineſſe, nunquã erit ſyllogiſmus: negatiua verò vniuerſali exiſtente de ineſſe,ſemper. Eodem etiã modo altera exiſtente de neceſſario. Capitur autẽ contingens in concluſione pro poſſibili. Prius ergo oſtendendum eſt, vniuerſalem negatiuã de contingenti nõ conuerti in vniuerſalem negatiuã, vt nõ ſequitur, Omne b contingit nõ eſſe a,ergo oẽ a contingit non eſſe b. Nam ſi ſic,quum negatiuæ tam vniuerſales q̃ particulares conuertuntur ſecundũ oppoſitam qualitatẽ in affirmatiuas, vniuerſalis affirmatiua cõuerteret' in vniuerſalẽ affirmatiuam,Hoc aũt falſum eſt. Non enim oportet, ſi aliquod prædicatum contingat alicui ſubiecto omni, illud ſubiectũ contingere prædicato omni. Amplius,non ſequitur, Omnem hominẽ contingit non eſſe albũ,ergo omne album contingit non eſſe hominem. Aliquod enim albũ ex neceſſitate nõ eſt homo. Præterea nec per impoſſibile oſtendetur conuerti hoc modo. Si non ſequatur,omne b contingit non eſſe a,ergo omne a contingit nõ eſſe b, Ponatur antecedens verũ,& conſequens falſum. Oppoſitum conſequentis aliquod a non cõtingit non eſſe b,eſt verũ:ad quod ſequitur,aliquod a ex neceſſitate eſt b,quæ conuertitur in hãc, aliquod b ex neceſſitate eſt a. Hæc aũt eſt impoſſibilis antecedenti. Nam iſto modo nõ bene ad impoſſibile deductum eſt. Ad hãc,n. Aliquod a nõ contingit nõ eſſe b,non ſequitur,aliquod a neceſſe eſt eſſe b,Quia non cõtingere nullũ a eſſe b, dupliciter verificatur, Aut quia aliqd' a neceſſe eſt eſſe b,Aut qa aliquod a neceſſe eſt nõ eſſe b. Nam quod ex

Concluſio p ſyl. ex utraq; de cõtingẽti. Itẽ ex altera de cõtingẽti & altera de ineſſe

Pro declaratione dictorũ oſtendit uniuerſalẽ negatiuã de cõtingẽti nõ conuerti.

Prima ꝓbatio.

Secunda.

Tertia.

A ꝓpoſitionẽ habẽte plures cauſas ueritatis ad habẽtẽ pauciores non ualet conſequentia.

necessitate alicui a nõ ineſt, non vere dicitur cõtingere omni a nõ ineſse: quẽadmodum nec quod alicui a ex necessitate ineſt, dicitur omni a contingere ineſse. Si quis ergo inferat, Aliquod d nõ cõtingit esse c, ergo aliqd' d necesse est nõ esse c, falsum fortasis inferet. Cum antecedente enim stat, oẽ d esse c. Licet aũt inferre, aliquod a ex necessitate est b, ergo nõ omne a contingit esse b. Quare huic, omne a contingit esse b, Similiter & huic, oẽ a contingit non esse b, opponitur hæc, aliquod a ex necessitate est b: & hęc, aliquod a ex necessitate nõ est b. Insuper patet, Ad cõtingens & nõ contingens, prius definitũ, non solum sumendũ esse ex necessitate alicui ineſse, sed & ex necessitate alicui nõ ineſse, quo sumpto, ad impossibile minime deducetur. Manifestũ igitur est ex his, negatiuã de cõtingẽti non conuerti. Hoc aũt ostenso, facile mõstratur, ex puris de contingenti, quomodocũq; prẽmissę disponãtur, nõ fieri syllogismũ. Nõ enim sequitur, oẽ b contingit non esse a, omne c contingit esse a, ergo oẽ c non est b. Nam per conuersionẽ non erit syllogismus primæ figuræ, quum negatiua nõ cõuertatur, sed nec per impossibile ostẽdetur. Nã si ponatur, omne c est b pro minore, cum eadẽ maiore, nihil accidit repugnãs alteri præmissæ. Contingit enim oẽ c esse a, & omne c non esse a. Si ergo fuerit syllogismus, manifestũ est quòd erit cõclusionis de contingenti, siue affirmatiuæ, siue negatiuæ, quum neutra præmissarũ sit de ineſse, sed nõ affirmatiuę, quia dantur termini ex necessitate nulli ineſse, vt album hõ equus, Nec etiã negatiuæ, vt patet per eosdẽ terminos. Nã & si contingat nullum hoiem esse albũ, & contingat omnẽ equũ esse albũ, non oportet contingere, hominẽ esse equũ, aut nõ esse equũ: cum necessariũ sit oẽm hominẽ non esse equũ. Necessarium enim nõ est cõtingẽs. Per eosdẽ aũt terminos ostendetur, ex puris de cõtingenti non fieri syllogismũ conclusionis de cõtingenti, quomodocũq; prẽmissæ aliter disponãtur. Manifestũ ergo est, quoniã ex vtraq; de contingẽti in secũda figura nullus fit syllogismus. Si aũt altera sit de ineſse, altera quidẽ de contingenti, affirmatiua existente de ineſse, quomodocunq; præmissæ disponantur, siue vniuersaliter, siue particulariter, nõ erit syllogismus, quod per terminos demõstrari potest. Nam dantur termini ex necessitate omni ineſse, vt sanũ aĩal homo, & ex necessitate nulli, vt sanũ equus homo. Si verò negatiua fuerit vniuersalis de ineſse, & altera de contingenti affirmatiua, erit syllogismus conclusionis de contingenti pro possibili. Nam conuersa vniuersali

Corollarium.

Corollarium.

Conclusio.

Conclusio. Ex una de ineſse & altera de cõtingenti in secũda figura.

Cap. 17m

Conclusio.

uersali negatiua de ineſse, fit rursus syllogismus per primam figuram. Quòd si etiã altera sit negatiua de contingenti, ipsa conuersa secundum oppositam qualitatẽ fiet syllogismus. Si verò de ineſse sit particularis negatiua, & altera de contingenti, aut ambæ particulares, qualitercunq; prẽmissæ disponantur, non erit syllogismus quod per eosdẽ terminos ostendetur. Ex vna aũt de necessario, & altera de contingenti, si illa de necessario fuerit vniuersalis negatiua, erit syllogismus conclusionis & de contingenti pro possibili, & de ineſse. Conuersa enim negatiua fit syllogismus per primã figuram. Quòd aũt sequatur conclusio de ineſse, patet: quia ex contradictorio cõclusionis cum prẽmissa de necessario, infertur particularis negatiua de necessario repugnans præmissæ de contingenti. Si verò illa de necessario fuerit affirmatiua, qualitercunq; disponantur prẽmissę, nullius conclusionis erit syllogismus. Non contingẽtis quidẽ prius definiti, quia sic se habentibus terminis accidit primum postremo nulli ex necessitate ineſse, quod patet in his terminis, album hõ cygnus, Nec etiã syllogismus cõclusionis de necessario. Nã necessarium non sequitur, nisi ex vtraq; de necessario, aut saltẽ negatiua. Amplius sic se habẽtibus terminis contingit primũ postremo omni ineſse, quia cum his præmissis, omne aĩal contingẽter non mouetur, & omne vigilãs ex necessitate mouetur, stat hæc, omne vigilans est animal: & per idẽ manifestum est, quòd non erit conclusionis negatiuæ de ineſse. Si aũt ambæ præmissæ fuerint negatiuæ, cõuersa negatiua de contingenti secundum oppositã qualitatem fit syllogismus, qui rursus per conuersionẽ negatiuæ de necessario erit in prima figura. Quẽadmodum aũt fiunt syllogismi vniuersales, similiter fient & particulares, quod eodẽ modo ostendi potest. Si aũt vtræq; præmissæ particulares vel indefinitæ ponãtur, nullo modo erit syllogismus. Demõstratio autem eadem & per eosdem terminos. Manifestũ est ergo ex dictis, quòd ex vniuersali negatiua de necessario semper fit syllogismus, nõ solum conclusionis contingentis non ineſse, sed & negatiuæ de ineſse. Ex affirmatiua aũt de necessario nunq; erit syllogismus. Insuper manifestũ est, quod similiter fit & non fit syllogismus ex vna de necessario, & altera de contingenti, sicut ex vna de ineſse, & altera de contingenti. Palam etiam est, quoniam omnes huius figuræ syllogismi sunt imperfecti, & quòd per primam figuram perficiantur.

Baroco & alij modi inutiles secundæ figuræ.

Conclusio. Ex una de necessario altera de cõtingenti in secunda figura. Cesare. Camestres.

Conclusio pro modis particularibus secundæ figuræ.

Corollarium.

Corollarium.

Conclusio.

IN tertia aũt figura ex ambabus de contingenti, quomodocunq; præmissæ disponantur, erit syllogismus cõclusionis de contingẽti, nisi ambæ sint particulares, vel indefinitæ. Semper enim per cõuersionem minoris quidem vniuersalis in modis vniuersalibus, & præmissæ particularis in particularibus, fiet syllogismus primæ figuræ. Si aũt ambę sint negatiuæ, ex his quæ sumpta sunt nihil apparebit necessarium. Erit tamen syllogismus cõuersis propositionibus secundũ oppositã qualitatem, quemadmodũ in prioribus dictum est. Quando aũt ambę sunt particulares, vel indefinitæ, contingit primũ postremo omni ex necessitate inesse, vt in his terminis, aũal homo albũ, Et nulli inesse, vt equus homo albũ. Ex vna itidem de inesse, & altera de contingẽti, quomodocũq; præmissæ disponantur, modo nõ sint indefinitæ vel particulares, aut minor de inesse negatiua, erit syllogismus conclusionis nõ de inesse quidem, sed de contingẽti prius definito, (Si præmissa quæ in prima figura fiet maior sit de contingẽti) Si verò altera, erit de contingenti pro possibili. Conuersa enim altera præmissa, fit syllogismus primæ figuræ. Maiore tamen particulari negatiua, & minore vniuersali affirmatiua de inesse, ostẽdetur syllogismus conclusionis de contingẽti per impossibile esse bonus. Ex oppositio nanq; conclusionis cum eadẽ minore sequitur oppositũ maioris. Quando autẽ minor est negatiua de contingẽti, qualiscunq; fuerit maior, ex his quæ sumpta sunt nihil accidit necessarium. Ipsa tamen conuersa secundũ oppositam qualitatem erit syllogismus, veluti in prioribus. Ex vna aũt de necessario & altera de cõtingenti, quomodocunq; premissę disponantur, nisi sint ambę indefinitæ vel particulares, aut minor de necesario negatiua, erit syllogismus cõclusionis de cõtingẽti prius definito, Si quæ fiet maior in prima figura sit de contingẽti. Si verò quæ fiet maior in prima figura sit de necesario & affirmatiua, erit syllogismus cõclusionis de contingẽti pro posibili. Si aũt negatiua, erit cõclusionis & de inesse & de contingenti pro posibili, nõ aũt de necesario. Conuersa enim premissarum altera fit syllogismus primæ figuræ, quare necesse est, in hac eam quæ in illa accidere conclusionem. Si aũt minor sit negatiua de contingenti, qualiscunq; fuerit maior, non erit syllogismus per sumptos terminos. Minore tñ conuersa secundũ oppositã qualitatẽ, fit syllogismus vt in prioribus. Si verò minor sit negatiua de necesario, termini in quibus oĩ ex necesitate inesse, somnus equus dormiẽs homo, Termini verò

Ex ambabus de contingenti in tertia figura.

Cap. 20. Conclusio. Ex una de inesse & altera de cõtingenti.

Bocardo.

Cap. 21. Conclusio. Ex altera de cõtingenti & altera de necessario.

verò in quibus nulli ex necessitate, somnus equus vigilans hõ. Manifestũ est ergo in hac figura quãdo & qũo erit syllogismus, & quãdo cõclusionis de cõtingenti, & quãdo de inesse. Palam aũt & quoniã oẽs imperfecti sunt syllogismi, & q̃ p̃ficiunt̃ per primã figurã.

Cap. 22m. Tractatus tertius de præsuppositis. Primum cap. ostendit omnem syllogismum esse in aliqua trium figurarum.

OMnes igitur in dictis figuris syllogismos, per eos q̃ sunt in prima figura vniuersales perfici, & ad eos reduci, ex dictis est manifestũ. Qd̃ aũt omnis syllogismus simpliciter sic se habeat, palam erit, quũ ostensum fuerit, oẽm syllogismũ per aliquã harum figurarũ fieri. Necesse est autẽ, demonstrationẽ & oẽm syllogismũ ostendere aliquid inesse, aut non inesse vniuersaliter aut particulariter, & hoc ostensiue, aut ex hypothesi. Eius aũt qui est ex hypothesi, pars quidem est syllogismus per impossibile. Primũ igitur de ostensiuis dicemus. Ostenso nãq; q̃ tales fiant in aliqua triũ figurarum, manifestũ erit de syllogismo ad impossibile, & vniuersaliter de syllogismis ex hypothesi. Si ergo oporteat aliquid de aliquo syllogistice concludere affirmatiue aut negatiue, necesse est in antecedente aliquid de aliquo sumere, sed nõ sumitur cõclusionis vnũ extremũ de altero extremo. Nam sic id sumptũ esset, quod in principio propositum erat. Nec tantum vnũ ciusdẽ conclusiõis extremũ cũ aliquo tertio. Ex vna enim propositione nullus est syllogismus. Sumenda est ergo & altera propositio, illa aũt non sumetur copulãdo alterum extremum conclusionis nõ cũ tertio sumpto. Nec etiã sumetur copulando tertium sumptum non cũ altero extremorũ. Sic enim q̃uis interdum esset syllogismus, nunq̃ tamen per ea quæ sumpta sunt fieret syllogismus ad concludendum extremũ conclusionis propositę de extremo. Oĩno enim nunq̃ erit syllogismus alicuius de alio, nisi sumatur aliquod mediũ, quod ad extremũ in antecedente copulatur. Nam oĩs syllogismus est ex propositionibus. Syllogismus aũt determinatæ conclusionis est ex propositionibus ad talẽ conclusionẽ. Impossibile est aũt ad talẽ conclusionẽ sumere propositiones, nisi in vtraq; idẽ alteri extremorũ illius conclusionis vniatur. Quare sumendum est alicuius mediũ vtriq; extremorũ copulatũ. Cum ergo hoc tripliciter contingat, Aut enim mediũ vni extremorũ subijcitur, & de altero prædicat̃: Aut de vtroq; prædicatur: Aut vtriq; subijcit̃. & hę sunt tres dictæ figurę. Manifestũ erit, quòd omnẽ syllogismũ ostensiuũ

Præmittit aliqua ad ostẽdẽdũ oẽm syllogismũ esse in aliqua triũ figurarum.

Probat q̃ oĩs syllogismus ostẽsiuus sit in aliqua trium figurarũ.

necesse

Cap. 23. Item probat de syllogis. ad impossibile.

necesse est fieri per aliquã harum figurarum. Nam & si eadẽ conclusio per diuersa media syllogisetur, eadem erit figura. Quòd etiã syllogismus ad impossibile fiat per aliquam harum figurarum, palam erit per hæc. Omnes enim qui per impossibile probant, falsum syllogisant, & quod ab initio propositũ erat, ex hypothesi demonstrant, Quoniam aliquid accidit impossibile posita contradictione, vt q̃ diameter est alimeter, per impossibile monstratur. Nã si ponatur esse simeter, abundãtia erunt æqualia perfectis. Abundantia ergo esse æqualia perfectis, syllogistice concluditur, Diametrum aũt esse alimetrũ ex hypothesi demonstratur, quoniam propter contradictionẽ falsum accidit. Hoc enim fuit per impossibile syllogisare, concludere scilicet quippiã impossibile propter priorẽ hypothesim. Quare cũ in his quæ ad impossibile deducentur, falsus fiat syllogismus ostensiuus, & oĩs syllogismus ostensiuus fiat in aliqua figurarum, manifestum est, q̃ per impossibile syllogismi per has erunt figuras. Similiter aũt & omnes alij syllogismi ex hypothesi per aliquam harum figurarũ fiunt, in oĩbus enim his fit syllogismus in transsumptum. Quod aũt in principio erat, terminatur per confessionem, aut per aliquam aliam hypothesim. Ex his omnibus perspicuum est, omnẽ demonstrationem atq; syllogismũ fieri per tres prædictas figuras: quo ostenso, palã est, omnem syllogismũ per primã figurã perfici, & in vniuersales eius modos reduci.

Itẽ pbat de syllogis. ad trãsum.

Secunda pars, quòd cuiuslibet syllogismi aliqua præmissarum est affirmatiua, & aliqua vniuersalis.

Cap. 24. AMplius, in omni syllogismo aliquam prẽmissarum affirmatiuam, & aliquam esse vniuersalem est necesse. Sine vniuersali nanq; aut non erit syllogismus, aut non ad concludendum propositum, aut quod in principio est petet. Si quis enim intendens probare, musicam voluptatem est bonã, sumat voluptatem esse bonã non addendo omnem, non erit syllogismus. Si aũt sumat aliquam voluptatem esse bonam, si aliam quidem, non probabit intentum: si aũt eandem, quod in principio erat sumit. Magis aũt hoc manifestum erit in figuris, vt si proponantur ipsius æquicruri anguli ad basim esse æquales, sint a b lineæ per centrum ductę. Si igitur quispiam intendens probare a c angulũ æqualem esse angulo b d, non vniuersaliter posuerit, angulos semicirculorũ esse æquales, nõ syllogisat. Et rursum volens ostendere angulum c esse æqualem angulo d, non vniuersaliter assumens omnes angulos incisionis esse æqua

æquales, non syllogisat. Amplius si quis ad probãdum angulos ipsius æquicruri ad basim esse æquales, assumat ab æqualibus totis angulis, æqualibus demptis, reliquos esse æquales non vniuersaliter, minime syllogisabit. Et quoniã non concluditur vniuersaliter, nisi ambæ præmissæ sint vniuersales, Particulariter aũt & ex ambabus vniuersalibus, & altera tãtum: igitur si conclusio sit vniuersalis, præmissas esse vniuersales oportet. Si aũt præmissæ sint vniuersales, non necesse est conclusionẽ esse vniuersalem. Manifestum etiam est, in oĩ syllogismo conclusioni similẽ esse alteram præmissarum, non solũ quo ad affirmationem vel negationẽ, sed etiam quo ad hoc quod est de inesse esse, aut de necessario, aut contingenti. Similiter aũt & in alijs prædicatis. Manifestũ præterea, quando simpliciter erit & quãdo non erit syllogismus, & quando possibilis, & quando perfectus, & quomodo si est syllogismus, necesse est habere terminos secundum aliquem dictorum modorum.

Corollarium.

Corollarium.

Cap. 25. Tertia pars de numero terminorum & propositionum syllogismi.

Quòd syllogismus solũ constat extrib. terminis

PErspicuum aũt, omnem syllogismum tribus terminis & nõ plu ribus constare. Nam si plures sint termini q̃ tres, & eadem infertur conclusio, (Nihil enim prohibet plura esse media ad eandẽ conclusionẽ) plures erunt syllogismi. Aut si vtraq; præmissarum per syllogismũ ostendatur, aut altera quidẽ syllogismo, altera quidem inductione, plures erunt cõclusiones, quare & plures syllogismi. Si igitur vnus est syllogismus simpliciter & nõ plures, impossibile est plures esse terminos q̃ tres. Nam q̃uis per plura media contingat eandẽ cõclusionẽ cõcludi, vt e per a b c & d, nõ erit vnus syllogismus simpliciter. Si enim inferatur ex a b c & d propositiõibus vnus terminorũ illarũ propositionũ se ad aliũ, vt totũ ad partẽ, habebit. Ostensum enim est prius, in oĩ syllogismo aliquos sic se habere terminorũ. Habeat igitur sic se terminus ipsius a ad ipsius b terminũ, ex a & b propositionibus sequetur aliqua cõclusio: aut ergo e aut c, aut d, aut aliqua alia. Et si e habeat se terminus ipsius c, etiã ad terminũ ipsius d, vt totũ ad partẽ: ex ipsis etiã sequetur aliqua cõclusio. Siue aũt ponatur sequi e, siue a, siue b, siue alia quępiam: aut plures erũt syllogismi, aut eadem conclusio per diuersa media ostendetur. Si aũt c & d nõ sic se habeant vt faciant syllogismũ, vane quidẽ sumpta sunt, nisi inductionis, aut relationis, aut alicuius talium gratia. Non enim ad propositũ ostendendũ sumptæ sunt. Quare manifestũ est, si syllogismus sit simpliciter vnus, cõstabit ex

tribus

Quod oīs syllogismus solū ex duabus est propositionibus.

tribus terminis & non pluribus. Cum ergo tres termini duæ sint propositiones, manifestum est oēm syllogismum ex duabus & non pluribus propositionibus constare: nisi quicq̄ ad syllogismorū perfectionem assumatur. Omnis ergo oratio syllogistica, in qua propositiones, per quas fit principalis conclusio, non sunt pares: vtpote cum præmissarum altera prosyllogisatur: aut non est syllogistica, aut plura necessarijs sumpsit ad cōclusionē. Si igitur illę solæ quæ ad conclusionem sunt necessariæ sumantur, propositiones erūt quidem pares, termini verò impares. Vno enim plures erunt termini propositionibus, conclusiones aūt dimidietas propositionū. Quando autē per prosyllogismos concluditur, aut per plura media non continua, termini similiter vno superabunt propositiōes. aut enim additur terminus supra mediū, aut sub medio intercidēs scilicet inter medium & minorē extremitatē: addito aūt vtrobiq; simul termino, accidit interualla vno esse pauciora terminis, propositiones aūt æquales sunt interuallis. Non tamē propositiones semper sunt pares & termini impares, sed permutatim. Cū enim propositiones pares sunt, impares sunt termini. cum verò pares termini, impares erunt propositiones. Vno enim addito termino, vna additur propositio, vndecūq; addatur terminus. Conclusiones etiam nō eundē habebunt ordinem, neq; ad terminos, neq; ad propositiones. Vno enim termino addito, erūt conclusiones vno pauciores præexistentibus terminis. Ad solā enim minorem extremitatē addito termino non fit conclusio, ad alios aūt omnes addito termino conclusio fit. Quare plures tandē erūt cōclusiones & terminis & ꝓpositionibus.

Cap. 27.ᵐ Quarta pars, quæ propositiones faciliter, & quæ difficulter sunt syllogisabiles, ostendit.

QVoniam aūt ostensum est ex quibus terminis & qualibus propositionibus in vnaquaq; figura fiunt syllogismi, & quot modis, Manifestū est quæ propositio faciliter, & quę difficulter sit syllogisabilis. Nam quæ in pluribus figuris & per plures modos cōcluditur, facile syllogisabilis est: quæ autē in paucis, & per pauciores modos, difficilius. Affirmatiua igitur vniuersalis solum per primā figuram, & per hanc vno modo syllogisatur. Vniuersalis verò negatiua, & per primam, & per secundā. Per primam quidē vno modo, per secundā verò duobus. Particularis aūt affirmatiua, & per primā, & per tertiā. Vno modo per primam, & per tertiam tribus. Particularis negatiua in oībus figuris syllogisatur. In prima quidē vno

De uniuersali affirmatiua. Negatiua.

De particulari affirmatiua. Negatiua.

vno modo in secunda duobus, in tertia verò tribus. Manifestū igitur, ꝙ vniuersalem quidē affirmatiuā construere difficillimum est, destruere facillimū. Omnino aūt vniuersalis q̄ particularis facilius destruit̄. Vniuersalis nāq; affirmatiua destruitur & per vniuersalem negatiuā, quæ in duabus figuris syllogisatur, & per negatiuam, quæ in duabus figuris syllogisatur, & per negatiam particularem, quæ in omnibus. Vniuersalis negatiua per vniuersalem affirmatiuam interimitur, & particularē affirmatiuam, quę in duabus figuris syllogisatur. Particularis verò, nō nisi per vniuersalem oppositam interimitur. Construitur aūt particularis facilius q̄ vniuersalis. Nam in pluribus figuris & modis pluribus. Omnino aūt non latere oportet, vniuersalia per particularia destrui, & particularia, per vniuersalia: & non construi vniuersalia per particularia, q̄uis econuerso. Insuper manifestum est, quoniam destruere facilius est, q̄ construere. Quō ergo fit omnis syllogismus, & per quot termínos, & propositiones, & quomodo se habentes ad inuicem, Amplius aūt quæ propositio in vnaquaq; figura, & quæ in pluribus syllogisatur, & quæ in paucioribus, palam ex his quæ dicta sunt.

Auctoritas.

Epilogus.

Cap. 28.ᵐ Quartus tractatus de inuentione medij pro qualibet conclusione inferenda. Primum caput quædam prę̄ambula cōtinet pro medij inuētione.

QVomodo aūt idonei erimus semper propositum syllogisare, & quomodo mediū inueniemus ad cōclusionem quamlibet monstrādam, nunc dicemus. Non enim solum oportet scire syllogismorū formationē, sed & prōptitudinē habere syllogisandi. Eorū igitur quæ sunt, quædam de nullo alio & vere & vniuersaliter prædicāt̄, vt Cleō & Callias, & quodlibet singulare de nullo prædicatur, nisi secundū accidens, vt quum dicimus albū illud Socratē esse, & hoc veniens Calliam. Quędā de alijs prędicantur, & nulla de ipsis, nisi secundū opinionē: quia sursum ascendendo, tandem erit status, vt probabimus. Nunc aūt hoc prę̄suppositū sit. Quædā verò de alijs prędicantur, & alia de ipsis, vt intermedia, & pene rationes & cōsiderationes sunt maxime de his. Inuestigando aūt media, primò est respiciendū ad definitiones, & propria rei, Deinde ad consequētia, antecedentia, & extranea. Considerandum quoq; est, quòd consequentium quędam in eo quod quid est prædicantur, quædam vt propria, quędam vt accidentia, quędam secundum opinionē, quædam verò secundum veritatem. Quanto enim pluribus talibus

Primum præambulum.

In triplici differunt predicata.

nota quo modo medium possit predicari.

secundum.

quis abundat, tanto citius ad conclusionē inueniet mediū, Et quan
Tertium. to verioribus, tanto magis demōstrabit. Sumere autem oportet
consequens, quæ vniuersaliter cōsequuntur. Per vniuersales enim
Quartum. propositiones fit syllogismus. Cum autē antecedens indefinite su
mitur, incertum est an propositio vniuersaliter accipiatur, Cū ue
ro definite, manifestum est. Ideo sumendum est antecedens vniuer
saliter propter dictam causam, Consequens autem non vniuersali
Quintum. ter, quoniam sic propositio inutilis fit & impossibilis, vt homo est
omne animal, iustitia est omne bonum. Ad sumendū consequen
tia, vel extranea prædicati, seu continētis, non oportet sumere con
sequentia vel extranea subiecti vel contenti. Nam quando sumun
tur consequentia vel extranea prædicati, sumpta sunt consequētia
Sextum. vel extranea subiecti. Quæcunq; enim aīal sequuntur, & hominē
sequuntur: & quæcunq; non insunt animali, neq; homini insunt.

Quæcunq; autē vnicuiq; speciei sunt propria, pro extraneis sunt
sumenda. Sunt enim speciei quædam propria, cuilibet alteri spe
Septimum. ciei extranea, quum necesse sit diuersis speciebus propria quędam
inesse. Neq; eligendum est consequens ad ea quæ sequitur id quod
continetur, vt animā ad ea quæ sequitur homo. Necesse est enim
Octauum. si hominē sequatur animal, & ipsum sequi ad ea quæ sequitur ho
mo. Sed conuenientius sequentia ad hominē sumantur. Sumen
da etiam sunt consequentia, quæ plęrunq; sequuntur, & anteceden
Nonum. tia quę plęrunq; antecedunt. Nā ex talibus etiam fiunt syllogismi.

Amplius nō sunt sumenda consequentia, quæ ad oīa sequuntur.
Non enim erit ex eis syllogismus. Causa in sequentibus dicetur.

Cap. 29.m Secunda pars continens regulas ad inueniendum medium pro qualibet conclusione in qualibet figura, & quolibet modo.

Pro barbara, ex consequēte darij Secūda reg. p oīb. modis affi. tertiæ figuræ.

COncludere ergo volentibus vniuersalē affirmatiuam, sumen
dum est consequens subiecti, & antecedens prædicati. Ad con
cludendū autem particularem affirmatiuā, antecedens ad vtrunq;
extremorum sumendū est. Ad concludendum quoq; vniuersalem
negatiuam, sumetur consequens subiecti, & extraneum ad prædi
catum: aut consequens prædicati, & extraneum subiecti. Si autem
concludenda sit particularis negatiua, antecedens subiecti sumen
dum est, & extraneum prædicati. Magis autem manifestum erit
quod dictum est, si prædicatum conclusionis per a signetur, & con
sequens prædicati per b, antecedens eiusdem per c, & extraneū per
d. Et significetur subiectū cōclusionis per e, eius consequens per f,

Tertia reg. prima pars p celarēt, cesf. & ex cō se. ferio & festīo

Secūda pars p camestres & baroco.

Quarta reg. p modis negatiuis

antece-

antecedens per g, & extraneū per h. Si ergo idem sit c & f, necesse Fecana.
est omne e esse a, Nam omne e est f, & omne c est a, quare cū idem Probatio primæ regulæ.
est c & f, necesse est omne e esse a. Si autē idem sit c & g, necesse est Cageti.
aliquod e esse a, Nam omne c est a, & omne g est e, Si ergo idē sit Prob. secundæ.
c & g, necessario aliquod e erit a. Si verò idem sit f & d, necesse est Dafenes.
nullum e esse a, quia omne e est f, & quum negatiua conuertitur, Probatio primæ partis tertiæ regulæ.
nullum f est a. Rursus, si idem sit b & h, necesse est nullum e esse a, Hebare.
Quia omne a est b, & nullum e est b. Nam nullū e est h, B autem Secūdæ partis.
& h sunt idem. Si autē idem sit g & d, necesse est aliquod e non esse Gedaco.
a, Nam nullum g est a, quia nullū d est a, & omne g est e, quare ali Prob. quar. reg.
quod e non erit a. Si autem idem sit g & b, sequitur indirecte ali Gebali.
quod e esse a, Nam omne b est e, (b enim & g idem) & omne a est Quinta regula.
g, (quia omne a est b) Ergo sequitur, aliquod e esse a, & non omne Probat baralip. cum eius ꝓbat.
e esse a, quia vniuersalis affirmatiua in particularem conuertitur.

Tertia pars continens quædam corollaria.

EX dictis manifestum est, q; respiciendo ad antecedentia, conse Primum corollarium.
quentia, & extranea, tam subiecti q̄ prædicati, cuiuslibet syllo
gismi mediū inuenietur. Ad sumendum autē medium, quod conse Notabile pro inferenda uniuersali affirmatiua.
quens est ad subiectū, & antecedens ad prædicatum, oportet respi
cere ad maxime vniuersalia inter subiectū & prædicatum. Si enim
prædicatum insit magis vniuersalibus, etiā ineſt oībus minus vni
uersalibus. Et q̄uis aliquibus magis vniuersalibus non insit, possi
bile est tamen inesse minus vniuersalibus. Palam etiā, & per tres Secundum.
terminos, & per duas propositiones pręsentem esse considerationē,
& oēs syllogismos qui secundū eam fiunt in dictis esse figuris. Quā
do enim vniuersalis affirmatiua monstratur, sumitur mediū conse
quens ad subiectū, & ad prædicatū antecedens, & sic est prima figu
ra. Quando verò monstratur particularis affirmatiua, sumitur me
dium antecedens ad vtrunq; extremū, & fit tertia figura. Quando
aūt vniuersalis negatiua, sumitur mediū cōsequens ad subiectū &
extraneum ad prædicatū, & fit aut prima aut secunda figura, quia
vniuersalis negatiua cōuertitur. Quando verò particularis negati
ua monstratur, sumitur mediū antecedēs ad subiectū, & prædicato
extraneum, & sic est tertia figura. Quare manifestū est, in dictis fi Corollarium.
guris oēs esse syllogismos, qui secundū dictā artē fiunt. Manifestū Probat dictam artem esse sufficientem.
quoq; est, oēs præter dictas cōsiderationes esse inutiles. Nam si me Febas.
diū ad vtrunq; extremorū sit cōsequēs, nullus fit syllogismus. Nec
enim cōclusionis affirmatiuæ, nec negatiuę: in negatiuo enim opor

Secas. Ducas.

tet mediũ alteri extremorũ ineſſe, alteri verò non ineſſe. Contingeret etiã in ſecũda figura præmiſſarũ vtranq; eſſe affirmatiuã. Si verò mediũ ſit antecedẽs ad prædicatũ & ad ſubiectũ extraneũ, nõ fieret ſyllogiſmus, Cõtingeret nãq; in prima figura minorẽ eſſe negatiuam. Si autẽ mediũ vtriſq; ſit extraneũ, vtraſq; præmiſſas contingeret eſſe negatiuas, ſic aũt nullo mõ erit ſyllogiſmus. Perſpicuũ in ſup eſt, in hac arte ſumẽda eſſe eadẽ media, & nõ quę diuerſa ſunt, aut cõtraria. Primũ quidẽ igitur per hanc artem mediũ quærimus quod vnũ idemq; eſſe debet, & nõ diuerſum. Deinde & ſi ſumendo contraria, aut non cõtingentia eidẽ ineſſe, fieri ſyllogiſmũ contingat, hoc erit per prædictos modos. Vt ſi b & f ſint cõtraria, aut non contingẽtia eidem ineſſe, ex eis fit ſyllogiſmus concludẽs nullum e eſſe a, nõ quia cõtraria ſunt, ſed quia ſeſe ſecundũ dictã conſiderationem habent. Nam oẽ a eſt b, & nullum e eſt b, quare medium ſecundum dictã conſiderationẽ eſſe cõſequens ad prædicatum, & ſubiecto extraneũ oportet. Similiter aũt ſi g & b ſint contraria, cõcludetur aliquod non e eſſe a per ſecundã figurã. Nam oẽ a eſt b, & aliquod e non eſt b, quia nullũ g eſt b (ex quo g & b ſunt contraria) & etiã per tertiã figurã, quia ex quo nullum g eſt b, nullum g erit a, (nam non contingere b & g eidẽ ineſſe, idẽ eſt quod g eſſe d) & omne g eſt e. Manifeſtum eſt ergo, ſecundum hanc conſiderationẽ nullum fieri ſyllogiſmum, & ſi b & f ſint contraria. Idem erit b & h, & per hoc erit ſyllogiſmus ſecundum priorem artem.

Ostendit nõ eſſe ſumẽdã cõcluſionẽ negatiuam per media contraria.

In baroco.

In ſelapton.

Cap. 30m

Quarta pars oſtendit, per hanc artem ſumi medium in ſyllogiſmis ex hypotheſi & ex modalibus.

Pro ſyllogiſmo ad impoſſi. qui ex mẽdacij ſyllogiſmus dicitur.

EOdem autẽ modo per dictam artem ſumendum medium, pro ſyllogiſmis ad impoſſibile, quo in oſtenſiuis conſiderando antecedentia & conſequentia. Nã quod ſyllogiſatur oſtenſiue, etiam ſyllogiſatur per impoſſibile, & ecõtrario. Et per eoſdem terminos, vt nullũ eſſe a ſyllogiſatur per impoſſibile. Nam ponatur aliquod e eſſe a, & quum omne a eſt b, aliquod e erit b, quod eſt falſum, quoniam nullum e eſt b. Eadem etiam concluſio ſic per impoſſibile ſyllogiſata, oſtenſiue ſyllogiſatur ex his præmiſſis, omne a eſt b, nullum e eſt b, ex quibus ſequitur, nullum e eſt a. Et eadem oſtenſiue ſyllogiſata, rurſum per impoſſibile monſtrari poteſt, ſimiliter & in alijs erit. In omnibus enim ſyllogiſmis ad impoſſibile præter extrema principalis cõcluſionis probandæ, ſumitur tertius terminus cõmunis, ad quẽ erit mẽdacij ſyllogiſmus. Quare altera

Communis tam oſtenſiuo q̃ ei qui eſt ad impoſſibile.

tera præmiſſa manente eadem, & ſumpta contradictoria concluſionis ſyllogiſmi ad impoſſibile p̃ reliqua præmiſſa, erit ſyllogiſmus oſtenſiuus per eoſdẽ terminos. Differt aũt ſyllogiſmus oſtenſiuus ab eo qui ad impoſſibile eſt, quia in oſtenſiuo ambæ præmiſſæ ponuntur eſſe veræ, in eo aũt qui ad impoſſibile eſt, altera falſa: quod magis manifeſtum erit, cũ de ſyllogiſmo ad impoſſibile dicemus. Nunc autẽ tantum nobis ſit manifeſtum, quoniam ad hæc perſpiciendũ, & oſtenſiue volentibus ſyllogiſare, & ad impoſſibile deducere. In alijs quoq; ſyllogiſmis ex hypotheſi eodem modo inuenietur medium. In ſyllogiſmo quidem ad tranſſumptum non ad principalẽ concluſionem, ſed ad eam ad quã eſt tranſſumptio. In ſyllogiſmo verò ſecundũ ęqualitatem in ſubiectis per particularẽ inſpectionem concluditur vniuerſaliter ex hypotheſi. Si enim c & g eadem ſint, & e cõuertibiliter dicatur de g, omne e erit a. Et rurſum, ſi d & g ſint eadẽ, & e conuertibiliter dicatur de g, nullum e erit a. Eodem aũt modo & ſecundum eandem conſiderationẽ in modalibus ſumetur mediũ. In cõtingentibus tamen ſumetur quod ineſſe poſſit & ſi non inſit. Manifeſtum ergo ex prędictis, non ſolum per prædictam artem fieri oẽs ſyllogiſmos, ſed etiam quòd per aliam fieri nequeunt. Omnem nanq; ſyllogiſmum per aliquã trium figurarum fieri eſt oſtenſum, in quibus mediũ ſecundũ dictam conſiderationem ſumere oportet. Methodus ergo in omnibus eadem eſt, & circa philoſophiam, & circa quãlibet artẽ & diſciplinam. Oportet enim circa quãq; ſcientiam conſequentia & antecedentia colligere, & his q̃ plurimis abundare, aliter tamen conſtruere volentẽ, aliter verò deſtruere. Et in demonſtratiuis ea, quæ ſecundum veritatem inſunt: in dialecticis verò, quæ ſecundũ opinionem. Principia vtiq; ſyllogiſmorũ vniuerſaliter quidem dicta ſunt, & quomodo ſe habeant, & quomodo oporteat inquirere ea, vt non ad omnia quæ dicuntur aſpiciamus. Neq; ad eandem conſtruendo & deſtruendo vniuerſaliter aũt particulariter, ſed ad pauciora & determinata. Propria autem vniuſcuiuſq; ſunt plurima, quare cuiuſuis artis principiorũ notitia experimento creſcit, vt notitia principiorum Aſtrologiæ habetur per experiẽtias aſtrologicas. Sumptis .n. ſufficienter apparẽtibus, inuentę ſunt aſtrologicæ demõſtrationes: & ſimiliter circa quãlibet aliã artẽ & diſciplinã. Principijs ergo cuiuſlibet rei ſumptis, per hanc artẽ prõpti erimus facere demonſtrationes, ſi natæ ſunt fieri: ſi verò non, aliter probare. Vniuerſaliter

Per particularẽ inſpectionẽ id eſt, p̃ cõſiderationẽ ualẽtẽ ad cõcludẽdũ particulariter in tertia figura.

Pro ſyllogiſmo ſecũdũ æqualitatem in ſubiect.

Pro ſyllogiſmis ex modalibus.

Corollarium.

Epilogus.

Auctoritas.

ergo quomodo oportet propoſitiones eligere, pene dictũ eſt, per di
ligentiã aũt pertranſiuimus in eo negotio, quod circa dialecticam.

Cap. 32m

Secundum cap. continens reprobationem antiquorum circa inuentionẽ medij.

VOd aũt ſyllogiſmus diuiſiuus parũ ad medij inuentio
nem cõducat, facile eſt videre, Eſt enim velut infirmus
ſyllogiſmus. Nam in eo id quod oſtendere oportet non
oſtẽditur, ſed adhuc eius probatio deſideratur ſyllogiſa
tur verò aliquid cõmunius principali intento. Quòd quidẽ omnes
eo vtentes (qui ſuadere conati ſunt, definitionem poſſe mõſtrari de
finito) latuit. Quare neq; ſyllogiſmum diuiſiuum intellexerunt.
Cũ ergo in demonſtrationibus alterũ alteri ineſſe oporteat demon
ſtrare, Sumendũ eſt medium quod maiore extremitate nõ ſit com
munius, ſyllogiſmus verò diuiſiuus medium ſumit cõmunius, ve
lut ſi oẽ animal eſt mortale vel immortale, & omnis homo eſt aĩal,
omnẽ hominẽ mortalẽ vel immortalẽ eſſe neceſſe eſt, nõ autẽ om
nem hominẽ eſſe mortalẽ. Sed adhuc petitur, hoc tamen ſyllogiſa
re oportebat. Similiter ſi oẽ animal mortale eſt habens pedes vel
non habens pedes, & oĩs homo eſt animal mortale, omnẽ hominẽ
habere pedes vel non habere pedes eſt neceſſe, Non aũt omnẽ ho
minem pedes habere, quod oſtendere oportebat. Rurſus ſi omnis
longitudo eſt ſymmetros vel aſymmetros, & oĩs diameter eſt lõgi
tudo, diametrũ ſymmetrũ vel aſymmetrum eſſe oportet. Non aũt
diametrũ eſſe aſymmetrũ, quod erat ſyllogiſandũ. Manifeſtum eſt
igitur, ſyllogiſmum diuiſiuũ, neq; ad cuiuſuis medij inuentionem
congruere, neq; etiam eius ad quod maxime videtur cõuenire. Ex
quibus aũt demonſtrationes fiunt, & quomodo, & ad quæ perſpici
endũ ſecundũ vnamquãq; propoſitionem, manifeſtum ex dictis.

Corollarium.

Epilogus.

Tractatus quintus de reſolutione ſyllogiſmorum. Primum capitulum de reſolutione ſyllogiſmorum in propoſitiones & terminos, cuius pri
ma pars eſt de reſolutione ſyllogiſmorũ in propoſitiones.

Cap. 33.

QVomodo aũt reducemus ſyllogiſmos in prædictas fi
guras, dicendũ erit poſt hæc. Habita enim formatio
ne ſyllogiſmorũ & poteſtate inueniendi medium, &
reductione ſyllogiſmorum in prædictas figuras, fi
nẽ habebimus ꝓpoſiti. Accidet etiã, quæ prius dicta
ſunt manifeſtiora eſſe per ea quę nunc dicenda ſunt. Oportet enim
omne quod verũ eſt, ſibi ipſi conſentiens eſſe penitus. Primum er
go reſoluendi ſunt ſyllogiſmi in duas propoſitiones, Facilius enim
eſt in maiora diuidere, q̃ in minora. Maiora aũt cõpoſitiora, q̃ ea ex
quibus

Auctoritas.

Primum documentum.

Auctoritas.

Auctoritas.

quibus cõponantur. Deinde vtra vniuerſalis ſit, & vtra particula
ris conſiderare oportet, & ſi ambæ ſumptæ ſint, vtra deſit. Aliquo
tiens enim vniuerſalem proponentes, eam non ſumunt quę ſub il
la eſt. Aliquoties verò plures proponuntur propoſitiones, ſed non
per quas propoſitum concluditur. Præterea conſiderare opor
tet, ſi quid ſuperfluum ſumptũ ſit, & ſi quid neceſſarium omiſſum.
Nam omiſſa ſunt addẽda, ſuperflua verò reſecanda, donec veniat
quis ad duas propoſitiones, Sine his enim non ſyllogiſatur propo
ſitum. In aliquibus ergo facilius eſt videre quod deficit, In aliqui
bus verò latet, & videntur ſyllogiſmi, cò quòd de neceſſitate infe
runt conſequens, vt hic, Non ſubſtantia interempta non interimi
tur ſubſtantia, ſed partibus ſubſtãtię interemptis interimitur ſub
ſtantia, ex quibus de neceſſitate ſequitur, partẽ ſubſtantiæ eſſe ſub
ſtantiã: non tamen ſyllogiſtice, ſed deſunt propoſitiones. Rurſum
quum eſt homo neceſſe eſt aĩal eſſe, & quum eſt aĩal neceſſe eſt eſſe
ſubſtantiam, Ergo cum eſt homo neceſſe eſt eſſe ſubſtantiam, ſed
nondum ſyllogiſatũ eſt, Non enim ſe habẽt propoſitiones vt in ſyl
logiſmo. Fallimur aũt in talibus argumentationibus, credẽdo eas
ſyllogiſatas, eò quòd neceſſariò ſequitur conſequens ex poſitis pro
poſitionibus, quemadmodũ in ſyllogiſmo. In plus aũt ſe habet ne
ceſſarium, q̃ ſyllogiſmus. Nam omnis ſyllogiſmus neceſſariũ, non
omne aũt neceſſarium ſyllogiſmus. Quare non ſtatim tentandum
eſt reſoluere argumentationẽ in principia ſyllogiſtica, q̃is de ne
ceſſitate inferat conſequens ex poſitis, ſed primùm ſumendæ ſunt
propoſitiones debite diſpoſitæ ſecundum prædictas figuras.

Tertium.

Notabile. Fallimur credẽtes orationẽ eſſe ſyllogiſticã propter neceſſitatẽ conſequentiæ.

34.

Secunda pars de reſolutione ſyllogiſmorum in terminos.

DEinde reſoluendi ſunt ſyllogiſmi in tres terminos, quorum il
le qui in vtraq; præmiſſarum ponitur, eſt medium. Neceſſe
enim eſt mediũ in vtriſq; ꝓpoſitionibus eſſe in omni figura. Si au
tem medium affirmatiue aut negatiue ſubijciatur & prædicetur,
prima erit figura. Si autem prædicetur affirmatiue in vna, in alte
ra verò negatiue, media. Si verò in vtraq; ſubijciatur, erit poſtre
ma, etiam q̃is non vniuerſales ſint propoſitiones. Manifeſtum eſt
igitur, orationem in qua non bis ſumitur idem terminus, non eſſe
ſyllogiſmũ, nã in ea nullum eſt medium. Quoniam aũt ex dictis
perſpicuum eſt, quæ in vnaquaq; figura propoſitio concluditur, &
in qua vniuerſalis, & in qua particularis, Manifeſtũ eſt, quòd ad
concludendum aliquam propoſitionem non eſt ad oẽs figuras per

Documentum.

medij ſyllogiſmi

Corollarium.

Documentum.

ſpiciendum,ſed ad propriam. Si verò in pluribus concludatur me
dij poſitione,figuram in qua concluditur cognoſcamus. Frequẽter
Cap. 35. ergo falli nos accidit, credẽdo orationem eſſe ſyllogiſticã, eò quòd
de neceſſitate infertur conſequens, vt dictũ eſt prius. Aliquoties au
tem propter ſimilẽ poſitionem terminorũ, veluti ſi credamus has
oratiões eſſe ſyllogiſticas, Intelligibilis Ariſtomenes ſemper eſt, &
Ariſtomenes eſt intelligibilis Ariſtomenes, ergo Ariſtomenes ſem
per eſt. Et muſicus Micalus corrumpetur cras, Micalus eſt muſicus
Micalus, ergo Micalus corrumpetur cras: in quibus neq; ſyllogiſti
ce quicq; ſequitur, neq; ex neceſſitate. Præmiſſæ enim veræ ſunt &
conſequens falſum. Oportebit aũt vniuerſaliter ſumere, omnẽ in
telligibilem Ariſtomenẽ ſemper eſſe: & vniuerſaliter, muſicũ Mi
calũ corruptũ iri cras, quorũ vtrunq; falſum eſt. Hęc ergo fallacia
fit, eò q; paululũ & ferme nihil differre videtur, vt enim nihil diffe
Cap. 36. rens dicere hoc huic ineſſe, & hoc huic omni ineſſe, cõcedimus. Fre
quenter aũt male concludere continget, eò q; ſecundũ locutionem
Fallimur ꝓpter mutationẽ termini penes cõcretionẽ & abſtractionẽ. non bene ponantur termini, vt ſi oẽm ægritudinem non contingit
eſſe ſanitatẽ, & oĩs homo ſit ęger, videbitur ſequi oẽm hominẽ non
contingere eſſe ſanũ. Malæ aũt illationis cauſa eſt, mala termino
rum poſitio. Mutatis enim terminis qui ſunt ſecũdũ habitudines,
Intelligit hoc de ſyllog. exueris non erit ſyllogiſmus, vt ſi pro ſanitate ponatur ſanũ, & pro ægritu
dine ægrotũ. Non enim verũ eſt dicere, oẽm ægrũ non contingit
eſſe ſanũ. Contingenti aũt non negato non fit ſyllogiſmus, niſi con
tingentis, tunc aũt concluſio non erit impoſſibilis. Contingit enim
oẽm hominẽ non eſſe ſanũ. Rurſum in ſecunda figura per eoſdem
terminos male cõcludet. In tertia autem figura falſum ſequetur,
etiã maiore de contingenti, Vt oẽm hominẽ contingit eſſe ſanum,
oĩs homo eſt ægrotus, ergo ægritudinẽ cõtingit eſſe ſanitatẽ. Mani
feſtũ eſt igitur, quoniam in oĩbus his fit fallacia propter terminoꝝ
variationem, Non variatis enim terminis, bonus erit ſyllogiſmus.
Cap. 37. Non aũt ſemper oportet, pro terminis ſyllogiſmorũ ſimplicia no
mina ponere, Sunt enim ſæpe termini quibus non reſpondẽt ſim
plicia nomina impoſita, quare nimis difficile eſt, in terminos ſim
plices reſoluere huiuſmodi ſyllogiſmos. Aliquotiens etiã fallimur
ponentes ſimplicia noĩa loco orationum, vtpote quũ ex immedia
tis fit ſyllogiſmus. Quãuis enim habere tres angulos æquales duo
bus rectis æquicruro ineſt per ſimplex mediũ, quod eſt triãgulus:
triangulo tamen non per aliud ſimplex mediũ ineſt, Per ſe enim
triangu

triangulus habet tres angulos duobus rectis æquales. Quare non
erit eius medium ſimplex, q̃uis ſit demonſtrabilis. Inſuper manife
ſtum eſt, non ſemper ſumendum eſſe ſimplex medium, ſed aliquan
do orationem, quod & in prædicto exemplo accidit.

Secundum cap. de reſolutione ſyllogiſmorum in terminis obliquis.

NOn aũt ſemper in ſyllogiſmo ſumere oportet, maiorem
extremitatem ineſſe medio & mediũ minori, ſic q; de ſe
inuicem prædicẽtur affirmatiue vel negatiue. Sed quo
tiẽs aliquid vere dicetur de alio, totiens poteſt ſignifi
cari ineſſe, vt vna diſciplina contrarijs ineſt. Non q; contraria ſint *De ſyllogiſmis ex obliquis in prima figura.* *Maiore de recto & minore de obliquo ſequitur concluſio de obliquo nõ de recto. Maio. de obliquo & mi. de recto. concluſio de obliquo.* *Ex utraq; de obli. quandoq; concluſio de obliq. & quãdoq; nõ.*
vna diſciplina, ſed quoniã verũ eſt dicere, ipſorum eſſe vnã diſci
plinã. Accidit aũt quandoq; primum dici de medio, mediũ verò de
tertio non dici, vt ſi ſophia eſt diſciplina, boni aũt eſt ſophia, ſequi
tur boni eſt diſciplina: nõ autẽ bonum eſt diſciplina. Quandoq; au
tem medium de poſtremo dicitur, primũ verò de medio nõ dicit,
vt ſi oĩs qualis aut contrarij eſt diſciplina. & bonũ eſt quale & con
trarium, ſequitur, boni eſt diſciplina, & non ſecundũ rectum bonũ
eſt diſciplina. Contingit aũt quãdoq; neq; primum de medio, neq;
mediũ de poſtremo dici, primo quandoq; dicto de poſtremo, quan
doq; non dicto: vt ſi cuiuſcunq; eſt diſciplina illius eſt genus, & bo
ni eſt diſciplina, ſequitur boni eſt genus: vbi nullum de aliquo præ
dicatur, Sed ſi cuiuſcunq; eſt diſciplina illud eſt genus, & boni eſt
diſciplina, ſequitur bonum eſt genus: vbi primũ de extremo præ
dicatur, medium aũt & extremitates de ſeinuicẽ non dicuntur. Si
militer aũt & in negatiuis, nã hoc non ineſſe huic, nõ ſemper ſigni *De ſyll. ex obliquis in ſecunda figura.*
ficat hoc non eſſe hoc, ſed aliquando hoc non eſſe huius, aut hoc
huic non eſſe, vt ſi nullius motionis eſt motus nec generationis ge
neratio, voluptatis aũt eſt motus & generatio, ſequitur, ergo volu
ptas non eſt motio nec generatio. Rurſus ſi nullius ſigni eſt ſignũ,
& ipſius riſus eſt ſignum, ipſe riſus non eſt ſignum. Similiter aũt & *De ſyl. ex obliquis in tertia figura.*
in alijs, in quibus negatiue concluditur ex præmiſſis ſimilis gene
ris. Amplius, Deo non eſt tẽpus oportunum eò quòd nihil Deo ſit
proficiens, & Deo eſt æſtas, igitur æſtas non eſt tẽpus oportunum;
Termini aũt ponendi ſunt æſtas, tẽpus oportunum, & Deus. Pro
poſitiones verò ſecundũ caſus iſtorum noĩum ſumendę. & vniuer
ſaliter in omnibus termini ponendi ſunt ſecundum rectũ, vt ho
mo, bonũ, contraria: & nõ hominis, boni, aut contrariorũ. Propo
ſitiones verò ſecundum quemlibet caſum ſumendę, vt huius eſt du

Aliqui pro eſtate occaſionẽ ponunt, & dicunt exẽplum eſſe in ſecunda figura.

nota ꝓ obli Vris nomina

plum

plum,huic eſt ęquale, hunc eſt feriens,vel vidēs,aut hic eſt homo vel aīal, aut ſi aliquo modo aliter contingat caſum variari in propoſitione,& hoc ſiue termini ſimplices ſint ſiue complexi, conſideranda quidem ſunt hæc & diſcutienda melius.

Cap. 38. **Cap. Tertium de reſolutione ſyllogiſmorum ex reduplicatiuis.**

REduplicatio aūt in propoſitionibus ad maiorē extremitatem,non ad mediū ponenda eſt, vt boni eſt diſciplina quoniā bonū,iuſtitia eſt bonū,ergo iuſtitiæ eſt diſciplina quoniā bonum,vbi & maiorē extremitatē de medio verū eſt prędicari,& mediū de minore.Si aūt reduplicatio quoniā bonū ad medium ponatur, non erit ſyllogiſmus:nam minor, iuſtitia eſt bonū quoniā bonum,falſa erit & nō intelligibilis. Similiter & ſi ſalubre oſtendatur eſſe diſciplinatū in eo quod bonū, aut hircoceruus opinabilis in eo quod nō exiſtens, & hō corruptibilis in eo quod ſenſibilis.In oībus aūt prædictis reduplicatio ad maius extremū ponenda eſt.Non eſt aūt eadem poſitio terminorum,quādo

Documentum. ſimpliciter eſt aliquid ſyllogiſandū,& quādo cū adiuncto,vt quando oſtendendū eſt bonum eſſe diſciplinatū quoniā bonū. Si enim ſimpliciter ſit ſyllogiſandū,bonū eſſe diſciplinatū,mediū ponendū eſt ens,Si verò quoniā bonum,quid ens,Sit enim maior extremitas diſciplina ſumpta cū reduplicatiōe,& mediū quid ens,& minor extremitas bonū,ſic ſyllogiſabitur,Honeſti eſt diſciplina quoniam bonū, bonū eſt honeſtū, ergo boni eſt diſciplina quoniā bonum: erit enim quid ens proprię ſubſtantięq ſignū. Si autē diſciplina ſimpliciter & abſq; addito ſit maior extremitas,nō ſequitur quod boni

Corollarium. eſt diſciplina quoniā bonū, ſed q; boni eſt diſciplina. Manifeſtū eſt ergo,quoniā in particularibus ſyllogiſmis ſic ſumēdi ſunt termini.

Cap. 39. **Secunda pars continens quædam documenta.**

Primum documentum. IN formandis autē ſyllogiſmis nomina pro nominibus,quę idem valent accipere oportet,& orationes pro orationibus, & ſemper nomen pro oratione.Facilior enim eſt terminorum poſitio,vt ſi nihil differt dicere, ſuſpicabile non eſſe genus opinabilis,& opinabile non eſſe ſuſpicabile, pro priori oratione ſumenda eſt poſterior. Quoniā autē non eſt idem, voluptatē eſſe bonum, & voluptatem eſſe ipſum bonū, Non ſimiliter pro vtriuſq; ſyllogiſatione ponēdi

Secundum. & ipm bonū, ſūmū bonū intelligit. ſunt termini,nā pro prioris ſyllogiſatione maior extremitas ſumetur bonū,pro poſterioris verò ipſum bonū,& in alijs ſimiliter,Nō

Tertium. eſt autē idem dicere,cui ineſt medium, illi omni ineſt maior extremitas

mitas & cui omni ineſt medium, illi oī ineſt maior extremitas.Nihil enim prohibet mediū ineſſe minori extremitati & nō omni, vt ſit mediū pulchrum, & minor extremitas album, verū erit album eſſe pulchrum, ſed non oē fortaſſe. Si ergo maior extremitas prædicetur de medio,& non vniuerſaliter,nulla ſequetur concluſio,ſiue minor ſit vniuerſalis,ſiue particularis. Si aūt & maior extremitas de medio vniuerſaliter prædicetur,& medium vniuerſaliter de minore,ſequitē cōcluſio vniuerſalis. Quòd ſi medium particulari ter de minore prędicetur,ſequitur quidē concluſio,ſed non vniuerſalis.Non oportet aūt arbitrari,propter terminorū poſitionem ali Quartum. quod accidere inconueniens: nā poſitione vtimur,non q; ſic ſit,ſed quemadmodū Geometer hanc lineā rectam pedalē,& ſine longitudine eſſe dicit,quę nō eſt: verū non ſic vtitē his, tanq; ex ipſis vt ex veris ſyllogiſans.Ex propoſitionibus enim quarū termini non ha- Syllogiſmus ex ueris) p ſyllogiſmū hic itelligit aggregatum ex principali ſyll. & proſyllog. bent ſe vt totū ad partē,neq; ſit demōſtratio,neq; ſyllogiſmus. Vtimur aūt poſitione taliū,vt ſentiat qui diſcit,& non tanq; ſine his nō poſſibile ſit demōſtrare. Manifeſtū aūt ſit, non oēs concluſiones in eodē ſyllogiſmo per vnā eandēq; figurā ſyllogiſari,ſed hanc quidē per vnā,illam vero per aliā. Ergo & tunc palā eſt, reſolutiones per Quintum. Sextum. plures figuras eſſe faciēdas. Quoniā aūt non oē propoſitum in qua libet figura cōcludi poteſt, ſed in vnaquaq; figura aliquod, ex ipſo propoſito perſpicuum erit,in qua figura concludendum ſit.Et loco Septimum. definitionum, quæ propter aliquē terminū in eis poſitū ſunt diſputatæ,ponendus eſt ille terminus,& non tota definitio.Minus enim propter prolixitatē perturbari continget. vt ſi oſtēdatur aqua eſſe potus humidus,potus & aqua ponendi ſunt termini. Ampliùs aūt manifeſtū, ſyllogiſmos ex hypotheſi nō eſſe reſoluendos in aliquā figurarū. Nā principalis cōcluſio non propter pręmiſſas, ſed conceſſam hypotheſim ſequitur, vt poſito,ſi nō ſit eadē poteſtas cōtrariorū,nō vnā eſſe ipſorū diſciplinā.Deinde ſyllogiſatur ſic, ſanatiui & egrotatiui non eſt eadē poteſtas, (Simul enim idē eſſet ſanatiuū & ęgrotatiuū)ſanatiuū & ęgrotatiuū ſunt cōtraria,ergo nō omniū cōtrariorū eſt vna poteſtas:quo oſtenſo, nōdū oſtenſum eſt nō oīum contrariorū eandē eſſe diſciplinā, q̄uis cōfiteri ſit neceſſe, nō quidē ex ſyllogiſmo,ſed ex hypotheſi, quare neq; reſoluere contingit.Cōcluſio aūt minus principalis, quia ſyllogiſtice cōcluditur,reſoluitur.Similiter & ſyllogiſmos per impoſſibile nō cōtingit reſoluere. Licet enim proceſſus quo impoſſibile cōcluditur reſoluatur, cum

Per ipſum bonū, ſummū bonū intellig.

Hic ſolent quidā elicere, q; ad interimēdū defin. ſufficit unū terminorū interimere. Cap. 40. Octauum.

De ſyll. ad trāſ ſumptum.

De ſyl. ad imp.

Differētiæ syllogiſ. ad impoſſibile à ſyl. ad trā ſumptum.

cum ſit ſyllogiſmus, alterum tamen nō cōtingit, qui ex hypotheſi procedit. Differunt aūt ſyllogiſmi ad impoſſibile à ſyllogiſmis ad tranſſumptū. In his enim prius reſpondentē aliquid cōfiteri oportet, ſi debeat concedere intentū principale: in illis aūt nō, eò quòd concluſio ſyllogiſtice illata manifeſte ſit falſa. Plures autem & diuerſi ſunt ſyllogiſmi ex hypotheſi, quos ꝓſpicere oportet. Quę igitur horum differentiæ, & quotiens fiunt, poſtea dicemus.

Cap. 41.

Capitulum quartum de reductione figurarum ad ſeinuicem.

Concluſio.

SYllogimū concluſionē concludentē quæ & in altera figura concludi poteſt, in aliam figuram reducere cōtingit. Nam omnes ſyllogiſmi negatiui primæ figuræ in ſecundā figurā reducuntur, & omnes ſecundę in primā niſi minor ſit particularis negatiua. Cōuerſa nāq; vniuerſali negatiua, de prima figura fit ſecunda, & ecōuerſo. In ſecunda tamē figura, ſi minor ſit negatiua vniuerſalis, de minore extremitate faccre maiorem oportet. Si verò minor ſit negatiua particularis, non reducetur ad primam figuram. Conuerſa enim minore, ambæ ſunt particulares. Rurſum omnes ſyllogiſmi tertiæ figuræ in primam, niſi maior ſit particularis negatiua, reducuntur. Soli aūt partitulares primæ in tertiā. Conuerſa nanq; minore particulari, de prima figura fit tertia, & ediuerſo. Maiore autē particulari in tertia figura minor extremitas ponēda erit pro maiore. Ambabus verò vniuerſalibus affirmatiuis, per conuerſionē vtriuſlibet ſit prima figura. Si verò maior ſit negatiua & ambæ vniuerſales, per conuerſionem minoris. Maiore verò particulari negatiua, nō erit reductio. Conuerſa enim vniuerſali affirmatiua minore, vtræq; propoſitiones ſunt particulares. Modorū aūt particularium ſecundæ figuræ ille ſolum ad tertiam reducitur, cuius maior eſt vniuerſalis negatiua & minor particularis affirmatiua, per vtriuſq; conuerſionem. Minore enim particulari negatiua non fit reductio, cò ꝙ neutra propoſitionum ex conuerſione erit vniuerſalis. Syllogiſmi autem tertiæ figuræ, quorum maior eſt vniuerſalis negatiua, ad ſecundā reducuntur per conuerſionem vtriuſq; præmiſſarum. Si autē maior ſit particularis negatiua, non fit reſolutio, Particularis enim negatiua non ſuſcipit conuerſionē. Manifeſtum eſt ergo, quoniam hi ſyllogiſmi non reſoluuntur in his figuris, qui in primam figurā reſolui non poſſunt: & alijs in primam figuram reſolutis, hiſolum per impoſſibile reducuntur.

Cameſtres.
Baroco. Concluſio.
Darij. Datiſi. Ferio. Ferijon.
Diſamis. Darapti. Felapton.
Concluſio. Feſtino.
Baroco. Concluſio. Felapton. Ferijon. Bocardo.
Corollarium.

Quin

Quintum capitulum de reſolutione ſyllogiſmorum ex terminis infinitis.
Prima pars oſtendit affirmatiuam de prædicato infinito, & negatiuam de prædicato finito non æquiualere.

Cap. 42

Nō æqualēt affirmatio de prædicato infinito & negatio de prædicato finito.

NOn aūt idem ſignificat non eſſe hoc, & eſſe non hoc, vt non eſſe albū, & eſſe non albū. Nec negatio huius, eſſe albū, eſt hęc, eſſe nō albū, ſed hæc, nō eſſe albū. Nam ſicut ſe habet poſſibile eſt ambulare, ad poſſibile eſt non ambulare, & ſcit bonū, ad ſcit nō bonū: ita ſe habet eſt albū, ad eſt non albū. Cum ergo idē ſignificant, ſcit bonū, & eſt ſciens bonū, & poteſt ambulare, & eſt potēs ambulare: etiā eorū oppoſita, non ſcit bonū, & non eſt ſciens bonū: & non poteſt ambulare, & nō eſt potēs ambulare: ſi idē ſignificet, eſt potēs nō ambulare cū hac, nō eſt potēs ambulare, ipſa oppoſita quę ſunt, eſt potēs ambulare, & non eſt potēs ambulare, ſimul inerunt eidē. Nam idē poteſt ambulare & non ambulare, & eſt ſciens bonū & nō bonū. Oppoſita aūt eidem ineſſe non poſſunt. Quēadmodū ergo nō eſt idē, non ſcire bonum, & ſcire non bonū: ita nec eſſe nō bonū, & non eſſe bonū idem erit. Nam de proportionabilibus idē eſt iudiciū. Prętera non eſt idem eſſe non ęquale, & non eſſe ęquale. Huic enim eſt non ęquale ſubiacet aliquid, vtpote inęquale, alteri verò nihil: eò ꝙ non omne eſt ęquale vel inæquale, Acquale aūt vel non ęquale oē eſt. Amplius, non eſt idē, eſt lignum nō albū, & non eſt albū lignū: quia ſi eſt lignū non album, oportet eſſe lignū: quod nō oportet, ſi nō eſt lignū album. Manifeſtum eſt ergo, quod huius, eſt bonū, non eſt hæc negatio, eſt non bonū. Quòd ſi ipſa non ſit negatio, erit aliquo modo affirmatio, Quia de oī vno, vel affirmatio, vel negatio vera eſt. Et ſi eſt affirmatio, eius erit hæc negatio, non eſt non bonū, quia omnis affirmationis negatio eſt. Habent autem prædictæ propoſitiones hunc ordinē ad inuicē, Signetur quidem eſt bonum per a, non eſt bonum per b, eſt non bonum per c, & ponatur ſub b, & non eſt non bonum per d ſub a. Ad c autē ſequitur, quia omni ineſt a vel b, ſed de c non dicitur a, quia impoſſibile eſt idem eſſe albū & eſſe non album, & eſſe lignum album, & eſſe lignum non album, ergo ad c ſequitur b, non aūt econtrario ad b ſequitur c, nam quod omnino non eſt lignum, neq; eſt lignum album, neq; non album. Rurſus ad a ſequitur d, quia omni ineſt c, vel d, ſed a nō ineſt c, ꝙa impoſſibile eſt idē eſſe album, & eſſe nō album, Ergo ad a ſequitur d, non aūt econtrario ad d ſequitur a: quia quod omnino non eſt lignum, nō eſt albū lignum. Palā ergo quod a & c nulli eidē inſunt,

Prima ratio.
Auctoritas.
Secunda ratio.
Tertia ratio.
Auctoritas.
Ad affirmatiuā de prædicato īfi. ſequitur negatiua de prædicato fini. nō econtrario.
Ad affirmatiuā de prædicato finito, ſequitur negatiua de prædi

H quis

cato infinito & nõ econtra.

quis b & d contingat alicui eidem ineſſe. Similiter aũt ordinandæ ſunt priuationes ad ꝓpoſitiones de prędicatis poſitiuis, vt eſt æquale ſignetur per a, & non eſt æquale per b, & eſt inęquale per c, & nõ eſt inęquale per d. Quando vniuerſalis propoſitionis prædicatum ineſt aliquibus ſuppoſitis ſubiecti, & aliquibus nõ, negatio eius vera eſt: vt quòd non omnia ſunt alba, aut non vnumquodq; eſt album, aut quòd vnũquodq; eſt non albũ, aut quòd oĩa ſunt non alba, falſum. Et ſimiliter eius quę eſt, omne animal eſt albũ, negatio non eſt hęc, omne aĩal eſt nõ albũ, ſimul enim falſę ſunt, ſed ea quæ eſt, non omne aĩal eſt album, quæ & vera eſt. Quoniam non idem ſignificant, eſt non albũ & nõ eſt album: ſed illa eſt affirmatio, hæc verò negatio. Manifeſtũ eſt non eodem modo vtrunq; ſyllogiſari, vt q̃ omne aĩal non eſt albũ, vel q̃ omne animal contingit non eſſe album, & q̃ omne aĩal verũ eſt eſſe non albũ, quæ eadẽ eſt iſti, omne animal eſt non album. Sic ſimiliter ſyllogiſatur, quod omne aĩal verũ eſt eſſe non albũ, & quòd oẽ animal verum eſt eſſe albũ, ambæ enim oſtenduntur affirmatiuę per primã figuram. Nam verum ipſi eſt, ſimiliter ordinatur. Huius enim verum eſt eſſe albũ, negatio non eſt hæc, verum eſt eſſe non album, ſed hæc, nõ verum eſt eſſe album. Ad oſtendendum aũt quòd omnem hominem verum eſt eſſe muſicum, aut non muſicum, ſumendum eſt, omne animal eſſe muſicũ, aut non muſicum. Hæc autem, omnis homo non eſt muſicus, negatiue monſtratur per tres modos.

Corollarium. Per priuationes intelligit ꝓpoſitiones de prædicat. priuatiuis.

Quod non ſunt eędẽ uniuerſalis de prædicato finito negato & uniuerſ. de prædicato infinito.

Quod non eodẽ mõ ſyllogiſatur affirmatiua de prædicato infinito & negatiua de prædi. finito.

Quod affirmatiua de prædic. infinito ſimiliter ſyllogiſ. affirmatiuis de prædicato finito.

Secunda pars de regulis conſequentiarum.

Prima regula. Secunda. Tertia. Quarta.

QVando ſic ſe habent conſequens & ſuũ oppoſitũ, quod eidem ſimul ineſſe nõ poſſunt, ſed cuilibet ipſorum alterum, & ſimiliter ſeſe habet antecedens & ſuum oppoſitũ: tunc ſi antecedens ſequitur conſequens, & non econtrariò: ad oppoſitum conſequentis ſequitur oppoſitũ antecedentis, & non econtrariò: & conſequens ad oppoſitũ antecedentis eidẽ ſimul continget ineſſe, antecedẽs autem & oppoſitũ conſequentis minime. Primum ergo, quòd ad oppoſitum conſequentis ſequitur oppoſitũ antecedentis, ex hoc manifeſtum eſt, quia cuilibet ex neceſſitate ineſt antecedens, vel eius oppoſitum, ſed cui ineſt oppoſitum conſequentis, non ineſt antecedens, quũ antecedens inferat conſequens, quod repugnat ſuo oppoſito, Ergo oppoſitum antecedentis ſequitur ad oppoſitũ conſequẽtis. Rurſus quia ad conſequens non ſequitur antecedens, & neceſſe eſt cuilibet antecedens aut ſuum oppoſitũ ineſſe, cõtinget & conſequens

Probatio primæ

Probatio tertiæ.

ſequẽs & oppoſitũ antecedentis eidẽ ineſſe, Sed impoſſibile eſt antecedens & oppoſitũ conſequentis eidẽ ineſſe, Quia quũ ad antecedens ſequitur conſequens, ipſum & ſuũ oppoſitũ ſimul eidem ineſſent. Oppoſitũ verò antecedẽtis non infert oppoſitũ conſequentis, quia poteſt ſimul cũ conſequente eidem ineſſe. Contingit aũt aliquotiẽs falli, eò q̃ non recte aſſignantur oppoſita, veluti ſi ſignetur conſequens a, & ſuum oppoſitum b: antecedens c, & ſuum oppoſitum d. Si ergo ad c ſequitur a, contingit falli opinando ſic, ad d ſequi b. Sumatur enim negatio conſequentis, & eius oppoſiti, & ſit f: deinde negatio antecedentis & eius oppoſiti, & ſit g: tunc ſi ad c ſequitur a, ad f ſequitur g: & rurſus ſi ad f ſequitur g, ad d ſequitur b, quod falſum eſt, Nã dictũ eſt prius ecõtrario ſequi. Manifeſtũ ergo eſt, aliquotiens fieri deceptionem eò quòd non recte aſſignantẽ oppoſita, nã f nõ eſt negatio ipſius a, nec ipſius b. Negatio enim boni eſt, non bonum, Non bonum autem non eſt idem ei, quod eſt neque bonum neq; non eſt bonum. Similiter nec g eſt negatio ipſius c, & d, Nam d & g ſunt diſtinctæ negationes.

Prob. quartæ.

Probatio ſecũdæ Remouet obiectũ onẽ quæ poteſt fieri cõtra ſecũdã regulam.

Finis primi libri Priorum Ariſtotelis.

SECVNDVS LIBER PRIORVM CONTINENS TRACTATVS TRES. PRIMVS eſt de poteſtatibus ſyllogiſmorum. capur primum de poteſtate plura concludendi.

Cap.1m

IN quantis ergo figuris, & per quales, & quot propoſitiones, & quando, & qũo fit ſyllogiſmus, Amplius aũt ad quæ perſpiciendũ eſt conſtruenti & deſtruẽti, & qũo oporteat quærere de propoſito ſecundum vnamquamq; artẽ, Amplius aũt & per quam viã ſumemus quæ in ſingulis ſunt principia, iã pertrãſiuimus. Quoniam aũt alij ſyllogiſmorum ſunt vniuerſales, alij particulares. Vniuerſales quidem oẽs ſemper plura ſyllogiſant, Similiter & particulares affirmatiui, negatiui verò minime. Nam & vniuerſales propoſitiones & particulares affirmatiuæ conuertuntur. Particulares verò negatiuæ non. Conuertens aũt alia eſt à cõuerſa. Poſſint autem & vniuerſales ſyllogiſmi alio modo plura cõcludere. Oĩum enim quæ ſub medio aut concluſionis ſubiecto ſunt, idẽ erit ſyllogiſmus, Si hæc quidẽ ſub ſubiecto cõcluſionis, illa verò ponantur ſub me-

ſyllogiſmi duplices vtiq; et particulares

Secunda ꝑ mõ diſuniuerſalibus primæ figuræ.

Tertia ꝓ modis uniuerſalibus ſecundæ figuræ.

dio. Vt ſi oẽ c eſt a, & omne b eſt c, omne b eſt a. Quęcunq; aut ſub b, aut ſub c ſunt, neceſſe eſt de oĩbus his dici a. Similiter & in ſyllogiſmo negatiuo. In ſecunda aũt figura, ſolũ qđ ſub cõcluſionis ſubiecto eſt contingit ſyllogiſare, Vt ſi nullũ b eſt a, & oẽ c eſt a, nullũ c eſt b, Quòd ergo b nõ ineſt his quę ſub cõcluſionis ſubiecto ſunt, per ſyllogiſmũ palam eſt, Non aũt ꝙ non inſit his quæ ſub medio ſunt, cũ illud per qđ ſyllogiſaretur b nõ ineſſe his quę ſub a ſunt,

Quarta ꝓ particularibus.

ſit indemonſtratũ. In particularibus aũt, cuiuſcũq; figuræ fuerint, non fit ſyllogiſmus, quę ſub cõcluſionis ſubiecto ſunt. Sic enim maior eſſet particularis. Eorum aũt omnium quę ſub medio ſunt, erit. Non tamen propter priorẽ ſyllogiſmum, eò quòd & in vniuerſalibus, quæ ſub medio ſunt ex demonſtrata propoſitione oſtendebantur, quare & in particularibus, vel non erit in vniuerſalibus.

Cap. 2m

Secundum cap. quod ex falſis verum ſyllogiſatur oſtendens.

Concluſio.

Contingit & aliquando ex veris ꝓpoſitionibus fieri ſyllogiſmũ, & aliquãdo ex falſis, aliquãdo aũt ex altera vera & altera falſa: & quę ex neceſſitate ſequit̃ cõcluſionẽ, modo verã eſſe, modo falſam. Ex veris ergo nõ cõtingit falſum ſyllogiſare, ex falſis aũt verum, non tamẽ propter quid, ſed quia. Nam cõcluſio nõ eſt vera propter pręmiſſarũ falſitatẽ, cuius cauſa poſtea dicetur. Quòd aũt ex veris ſyllogiſari falſum non eſt poſſibile, hinc eſt manifeſtũ, Si enim ſequatur, a eſt, ergo b eſt, etiã ſequetur, b non eſt, ergo a non eſt, Si igitur a ſit verũ, & b eſſe verũ neceſſe eſt, alioquin a ſimul eſt & non eſt, quod eſt impoſſibile.

ex veris nõ falſũ ſi ex falſis verũ fit.

Probat pri. par.

Non aũt ob hoc quod antecedẽs per a vnũ terminũ ſignatum eſt, opinandũ eſt aliquid ſyllogiſtice ex vna ꝓpoſitione ſequi. Fit enim omnis ſyllogiſmus ex tribus terminis, & propoſitionibus duabus. Per a enim, q̃uis vnicus ſit terminus, duas propoſitiões intelligere oportet. In omni aũt figura ex ambabus, ſiue in toto, ſiue in parte falſis, aut altera tantum, verum contingit ſyllogiſari, niſi in modis vniuerſalibus primæ figuræ maior in toto ſit falſa, & minor vera, vt ſi in modo vniuerſali affirmatiuo maior in toto ſit falſa, & minor vera, impoſſibile eſt cõcluſionẽ verã eſſe, quia ex cõtraria maioris quæ erit vera, cum minore eadẽ, ſequitur cõtraria concluſio nis. Similiter & in modo vniuerſali negatiuo. Dico aũt in toto falſam propoſitionẽ, quæ cõtraria eſt verę, vt ſi quod nulli ineſt ſumatur omni ineſſe, aut ſi quod oĩ ineſt, nulli ſumatur ineſſe. Manifeſtum eſt ergo, ſi cõcluſio ſit falſa, vtrãq; propoſitionẽ, aut alterã falſam

Diff. propoſitionis in toto falſæ.

Corollarium.

ſam eſſe, Si aũt vera, vtrãq; verã eſſe, aut alterã nõ oportet. Cõtingit enim quũ vtraq; pręmiſſa ſit falſa, concluſionẽ eſſe verã, non tamen ex neceſſitate. Cauſa aũt eſt, quia qñ duo ſic ſe habẽt, quòd altero exiſtente, neceſſe eſt alterũ eſſe: & ſi poſterius nõ ſit, neceſſe eſt prius nõ eſſe: ſed ſi poſterius ſit, nõ eſt neceſſe prius eſſe. Impoſſibile eſt, eodẽ & exiſtẽte & nõ exiſtẽte, ex neceſſitate eſſe idẽ. Vt cũ a ſit albũ, b eſſe magnũ ex neceſſitate, & cũ a nõ ſit albũ, b eſſe magnũ ex neceſſitate. Si enim ex antecedẽte ſequitur cõſequens, & ex illo aliud cõſequens, ex primo antecedẽte ſequitur vltimũ conſequẽs. Et quando duo ſic ſe habẽt, ꝙ altero exiſtẽte, neceſſe eſt alterũ eſſe, tũc ſi poſterius nõ ſit, neceſſe eſt prius nõ eſſe, Quare ſi b nõ eſt magnũ, a nõ eſt album. Si ergo quũ a nõ eſt albũ, b eſt magnũ, ſequit̃ ex neceſſitate, ſi b nõ eſt magnũ, b eſt magnũ, qđ eſt impoſſibile.

oſtẽdit ex falſis nõ ſequi uerum propter quid.

Conſequẽtia de primo ad ultimum bona.

Cap. 3m

Tertium caput de ſyllogiſatione circulari.

Quid circulariter ſyllogiſare.

Circulo aũt & ex ſe inuicẽ oſtendere eſt, per concluſionẽ, & conuertentẽ alterius pręmiſſarũ, reliquã prioris ſyllogiſmi pręmiſſarũ concludere, nec eſt poſſibile circulo aliter oſtẽdere. Nõ enim ſumendo terminũ aliũ pro medio à terminis prius aſſumptis. Sic enim nulla ꝓpoſitionũ eſſet eadẽ: neq; per ambas præmiſſas prioris ſyllogiſmi, Sic enim eadẽ ſequeretur cõcluſio. At oportet in circulari ſyllogiſatione cõcluſionẽ eſſe diuerſam. Quando igitur termini nõ ſunt cõuertibiles, nõ põt fieri ſyllogiſatio circularis, Nã ex altera propoſitione indemõſtrabili fieret ſyllogiſmus. Cum aũt termini cõuertibiles ſunt, oĩa circulo oſtendi per ſeinuicẽ poterũt, nõ modo præmiſſę, ſed & earum & concluſionis cõuertens, ſi fiat ſyllogiſmus, omne b eſt a, oẽ c eſt b, ergo omne c eſt a. Primo quidẽ ex cõcluſione & conuertente minoris oſtendetur maior. Et rurſus ex eadẽ concluſione cũ maioris conuertente minor, quæ ſi hoc modo oſtendatur, duæ aſſumptę erunt propoſitiones indemõſtratæ, in priori quidẽ ſyllogiſmo minor quę ex cõcluſione eiuſdẽ ſyllogiſmi & conuertente maioris oſtenditur, in poſteriori verò maior, quę ex cõcluſione eiuſdẽ ſyllogiſmi & cõuertente minoris ſyllogiſatur: quibus oſtenſis omnia oſtenſa ſunt, præter minorẽ vltimi ſyllogiſmi, quæ oſtenditur ex concluſione & conuertẽte minoris, & ſic omnia oſtenſa erũt. Accidit aũt in his, eo quod demonſtratur vti ad demonſtrationem. In omni ergo modo, cuiuſcũq; figurę fuerit, vtralibet pręmiſſa ſimilis qualitatis & quãtitatis cũ concluſione, circulo oſtẽditur, ex concluſione & alterius

In ſyllo. circu. termini cõuertibiles erunt.

In barbarã.

Cõcluſio ꝓ omnibus figuris. Ceſare.

Datisi. præmiſſę conuertẽte, præter maiorẽ negatiuã modi vniuerſalis ſecundæ figuræ, & minorem particularẽ modi affirmatiui tertię figurę. Hęc enim non ſic demonſtrantur, ſed earũ conuertẽtes per primam figurã. Pręmiſſa verò ſimilis quantitatis cum cõcluſione, diuerſæ verò qualitatis, nõ ſimiliter circulo oſtenditur. Contingeret enim ex puris negatiuis ſyllogiſari, ſed in ſecũda figura ipſa vniuerſalis negatiua, in prima verò & tertia eius conuertẽs eſt reſoluẽda: in modis quidẽ vniuerſalibus hoc modo, cuicunq; hoc nulli ineſt, illi alterũ oĩ ineſt: in particularibus verò hoc modo, Cuicunq; alicui hoc nõ ineſt, illi alicui alterũ ineſt. In tertia aũt figura maiore vniuerſali negatiua, & minore particulari affirmatiua, minoris cõuertens oſtenditur. Præmiſſa verò diſſimilis qualitatis à concluſione, omnino circulo non eſt oſtendere, eſt enim ſemper vniuerſalis, concluſio verò particularis: vniuerſalis aũt non poteſt niſi ex vtraque vniuerſali ſyllogiſari. Manifeſtũ igitur, in prima quidẽ figura circularem oſtentionem & per primam & tertiam fieri. Nam cum concluſio eſt affirmatiua, per primam: cum verò negatiua, etiam per tertiam. Sumitur enim cuicunq; hoc nulli ineſt, alterum omni ineſſe. In ſecũda aũt cum vniuerſalis eſt ſyllogiſmus, & per ipſam, & per primam, & per tertiam. Cum aũt particularis & per ſecundam, & per poſtremam. In tertia verò per ipſam oẽs. Manifeſtum etiam eſt, quoniam & in tertia, & in ſecunda figuris, qui non per ipſas fiunt ſyllogiſmi, aut non ſunt circulares, aut imperfecti.

Cõcluſio ſecũda

Ferison.

Tertia cõcluſio.

Corollarium.

Corollarium.

Cap. 5m

Quartum caput de ſyllogiſmo conuerſiuo.

Definit cõuerſiue ſyllogiſare.

COnuerſiue ſyllogiſare, eſt ex oppoſito, aut cõtrario concluſionis, cũ altera pręmiſſarũ interimere reliquã. Neceſſe eſt enim, cõcluſione in oppoſitũ vel cõtrariũ conuerſa, altera remanẽte ꝓpoſitionũ, interimi reliquã, quę ſi vera ſit, cõcluſio quoq; vera eſt. Multũ aũt intereſt, concluſionẽ in oppoſitũ aut contrariũ cõuertere. Nã nõ fit idẽ ſyllogiſmus ſumẽdo oppoſitũ aut cõtrariũ. Dico aũt opponi, oĩ ineſſe & nõ omni, alicui ineſſe & nulli. Contrarium aũt oĩ & nulli, alicui & alicui nõ. In ſolis aũt modis vniuerſalẽ concludentibus minor primæ quidẽ figuræ per ſecundã, ſecundę verò per primã per ſuum contrarium ex cõcluſiõis cõtradictorio, maiore manente eadẽ, interimitur. Maior verò nõ ſic, ſed per oppoſitã. Ex contrario enim cõcluſionis primę aut ſecundæ figuræ cũ minore eadem fiunt præmiſſæ tertiæ figuræ, in qua non vniuerſaliter concluditur, ſed particulariter. In quolibet

Quæ oppoſitæ. Quæ contrariæ Concluſio.

Concluſio.

quolibet modo, cuiuſcunq; figurę fuerit, pręmiſſarũm vtralibet ex cõcluſionis oppoſito interimi poteſt, aut per contrariũ, vt in modis tertiæ figuræ qui ex vniuerſalibus procedunt, aut per oppoſitũ, vt in oĩbus aliis. Modorum aũt particulariter cõcludentium neutra præmiſſarũ ex concluſionis cõtrario interimi poteſt: vel enim fieret manente pręmiſſa vniuerſali, & ſic aut nihil concluderetur, vt in tertia figura: aut particularis quæ nõ interimit ſuã contrariam, vt in prima & ſecunda: vel manente particulari, & ſic ambę habebunt pręmiſſæ particulares, ex particularibus aũt nihil ſequitur. Vnde maior primæ figuræ per tertiã interimitur, ex eadẽ minore & oppoſito, vel contrario cõcluſionis pro maiore, minor verò per ſecundam ex eadem maiore. Maior aũt ſecundę figurę per tertiã, minore poſita pro maiore, minor verò eiuſdẽ figuræ per primam manente eadẽ maiore. Maior aũt tertię figuræ per primam manẽte minore eadem, & minor per ſecundam ſumpta maiore pro minore. Quid ergo eſt conuerſiue ſyllogiſare, & quomodo in vnaquaque figura, & quis fit ſyllogiſmus, per dicta manifeſtum eſt.

Nota

Cap. 11m

Quintum capitulum de ſyllogiſmo per impoſſibile.

Quid p impoſſ. oſtendere.

PEr impoſſibile aũt oſtenditur ſyllogiſmus, quando contradictoria concluſionis ponitur, & aſſumitur alia propoſitio. Fit aũt in omnibus figuris. Similis enim eſt cõuerſiuo. Nam ex ijſdem terminis vterq; procedit, itidẽ & propoſitionibus: & in quacunq; figura fit per impoſſibile ſyllogiſmus, in eadem & conuerſiuus. Differunt tamen, nam conuerſiuus fit prius facto ſyllogiſmo, & vtriſq; ſumptis propoſitionibus. Ad impoſſibile verò deducitur non ſyllogiſato prius, ſed alicuius ſumpto oppoſito cum manifeſte vero. In omni ergo figura quælibet propoſitio per impoſſibile poteſt oſtendi ex oppoſiti poſitione, aſſumpta propoſitione manifeſte vera: præter vniuerſalẽ affirmatiuam, quã in prima hoc modo non cõtingit oſtendere. In ea enim eius oppoſitum, neq; maior neq; minor poteſt eſſe. Ex contrarij verò poſitione nulla propoſitio oſtendi poteſt: non quidem vniuerſalis: quis enim ex contrario eius, coaſſumpto manifeſte vero, falſum accidit, ex quo interimitur hypotheſis contrarij: non tamen oſtenditur propoſitũ. Non enim ſi vna cõtrariarũ ſit falſa, reliquã oportet eſſe veram, Nec particularis, contingit enim particularem & ſuum contrarium ſimul eſſe vera: tunc aũt ex contrario particularis, coaſſumpto aliquo vero, infertur quidem concluſio, quę ſi falſa eſſet

Conuenientia ſyllogiſmi per impoſſi. & cõuer. Differentia.

Concluſio.

Per contrarium nulla ꝓpoſitio ꝑ ipoſſi. oſtenditur

Non per ſubcõ.

esset ostenderetur contradictoriũ hypothesis, quo ostẽso interimeretur hypothesis, quę simul cum contraria sua particulari vera ponebatur. Amplius iam nõ propter hypothesim falsum sequitur, sic enim hypothesis falsa esset. Siquidem ex veris non est falsum syllogisare, nunc autem posita est esse vera. Manifestum ergo, quoniam non contrarium, sed oppositum pro hypothesi ponendum est in omnib. syllogismis. Sic enim necessariũ erit & axioma ꝓbabile. Nam cũ de quolibet necesse est vel affirmationẽ vel negationẽ verã esse, ostenso ꝙ affirmatio falsa est, negatio vera erit, & econuerso quod in cõtrarijs minime est necessariũ. Differt aũt ad impossibile syllogismus ab ostensiuo, quia syllogismus ad impossibile qđ vult interimere supponit, deducens ad manifeste falsum. Ostensiuus verò ex ꝓpositionibus manifeste veris & indubitabilibus procedit. Sumit igit vterq; duas propositiones confessas, hic quidem veras, ille verò alterã verã, alterã falsam. Insuper & in syllogismo ostensiuo nõ necesse est conclusionẽ notam esse, neq; prius opinari verã aut falsam. In syllogismo verò ad ĩpossibile necesse est prius opinari esse falsam, neq; quicq̃ refert in vtrisq;, an conclusio affirmatiua sit, an negatiua. Quicquid enim ostensiue syllogisatur, per impossibile syllogisari contingit, & econtrariò per eosdem terminos, non autem in eisdem figuris. Nam quod per impossibile in prima ostenditur, hoc ostensiue in secunda mõstratur, aut postrema. Negatiua quidem vera in media, affirmatiua autem in postrema. Quod autem per impossibile in media figura demonstratur, ostensiue syllogisatur in prima in oĩbus ꝓpositionibus. Et quod in postrema in prima, & in media. Affirmatiua quidem vera in prima, negatiua autem in media. Similiter autem quod ostensiue in aliqua figura monstratum fuerit, per eosdem terminos in alia ex opposito cõclusionis ostensiue syllogisatur. Palam ergo, omnem ꝓpositionẽ & ostensiue & per impossibile ostendi posse, & quicquid ostensiue contingit ostendi, etiam & per impossibile, & econuerso.

ex veris nõ syllogizat falsum. — Corollarium. — Axioma, dignitas, seu princip. — Differẽtia syllogismi ad impossibile ab ostensi. — Cõueniẽtia eorũ dem. — Altera differen. — Corollarium.

Caput Sextum de syllogismo ex oppositis.

IN qua autem figura ex oppositis cõtingit syllogisare, & in qua non, sic erit manifestũ. Dico autẽ oppositas esse propositiones secundũ locutionẽ quidẽ quatuor, vt omni, nulli. Omni, & nõ omni: alicui & nulli: Et alicui, & alicui nõ inesse. Secũdũ veritatẽ autẽ tres, quarũ vniuersales sunt cõtrariæ, vt omni & nulli inesse Aliæ. verò

verò oppositę. Alicui aũt & non alicui secundum locutionem opponuntur solũ. in prima ergo figura non est ex oppositis syllogismus, non quidem affirmatiuus, eò quòd ex vtrisq; est propositioni bus affirmatiuis, Oppositę aũt sunt affirmatio & negatio. Neq; negatiuus, In oppositis enim idẽ de eodẽ affirmatur & negatur. Medium aũt in prima figura non dicitur de vtrisq;, sed de eo aliquid in vna negatur, & ipsum de alio in altera affirmatur, Quæ autẽ sic se habent propositiones, nõ opponuntur. In secunda aũt figura & ex oppositis, & contrarijs contingit fieri syllogismum, vt omnis disciplina est studiosa, & nulla disciplina est studiosa, ergo nulla disciplina est disciplina. Similiter si omnis disciplina est studiosa, & nulla medicina est studiosa, aliquam medicinam oportet non esse disciplinam. Itidem & si transponantur præmissæ. Eodẽ etiam modo si altera non sit vniuersalis. Per oppositа ergo cõtingit syllogisare, verùm non semper, sed cũ extrema quę sub medio sunt, vel eadem sunt, vel vnũ ad alterum superius. Aliter aũt est impossibile. Non enim erunt propositiones vllo modo neq; contrariæ, neq; oppositæ. In tertia autem figura non erit ex oppositis affirmatiuus syllogismus propter causam dictam in prima. Negatiuus autẽ erit & ex vniuersalibus, & non vniuersalibus, vt omnis medicina est disciplina, nulla medicina est disciplina, ergo aliqua disciplina non est disciplina. Et similiter si altera nõ sit vniuersalis. Si aũt præmissę sint vniuersales, cõtrariæ sunt: si verò altera particularis, oppositę. Scire aũt oportet, quòd oppositа contingit sumere sicut iam dictũ est, tunc autem altera propositio per reliquas inquisitiones syllogisanda est, & quemadmodũ dictum est in Topicis, sumenda. Quoniam autẽ affirmationum oppositiones sunt tres, vna contraria, & duæ contradictoriæ, sex modis ex oppositis continget syllogisare: tribus quidem maiore affirmatiua, & minore negatiua, & totidem transpositis præmissis, & hoc tam in secunda q̃ in tertia figura. Ex quibus manifestum est, quotiẽs, & in quibus figuris per oppositas propositiones contingit fieri syllogismum. Præterea ex falsis verũ potest syllogisari, non autem ex oppositis. Semper enim fit syllogismus contrarius rei, eò quòd ex contradictione & extrema aut eadem sunt, aut sicut totum & pars. Palam & insuper est, in huiusmodi paralogismis hypotheseos concludi posse contradictionẽ, vt impar non est impar, si suppositum sit eius contradictorium, Nam ex oppositis præmissis procedit. Considerare etiam oportet, quod non contin-

Cap. 16 — Conclusio. — Cõclusio secũda — Cap. 17m — Tertia cõclusio. — Primũ docum. — Secundum. — Tertium. — ex falsis verũ — Quartum. — Quintum.

contingit contraria ex vno syllogismo colligere, vt quod bonũ nõ est bonum, nisi huiusmodi sumat maior, Omne aial est album & non album, omnis homo est animal, sed aut contradictoriã cõcessi assumere oportet, vt concesso quòd nulla medicina est opinio, omnem disciplinã esse opinionem, & medicinã esse disciplinam, ex quibus colligit medicinam esse opinionem, quemadmodum in argumentis quibus redarguimus, fieri solet. At ex duobus syllogismis, alio aũt modo, non est contraria secundum veritatem colligere.

Cap. 18m

Secundus tractatus. Caput primum de petitione principij.

Quid petere principium. Multipliciter nõ ostẽditur prop.

PEtere quod in principio, (vt in generali describamus) est non ostendere propositũ. Hoc aũt multipliciter contingit, & quando oĩno non syllogisatur, & quando syllogisatur, sed per ignotiora, aut eque ignota, aut posteriora, quod prius est. Demonstratio, n. ex prioribus & notioribus est. Horum ergo nullũ est petere quod in principio est, sed quia hęc quidẽ nata sunt per se cognosci vt principia, illa verò per alia, vt quę per principia cognoscuntur: quando quis per se conatur ostendere qd̃ non est per se notum, petit quod in principio est. Hoc aũt cõtingit & quando quis statim sumit quod propositũ est: & quando ad aliquid probandum se transfert ad alia, quæ per ipsum nata sunt ostẽdi. Vt si a ostẽdatur per b, & b per c, c aũt natum sit per a ostendi. Accidet enim sic a per seipsum demonstrari: quod quidem his euenit, qui lineas conantur demõstrare esse paralellas per aliqua, per quę non sunt nata demonstrari, cum ob hoc nõ sunt paralellę. quare sic syllogisantibus accidet dicere, vnumquodq; esse, si vnũquodque est: & sic quodlibet per seipsum notum erit, quod est impossibile. Si quis ergo, maiore assumpta dubia, conclusionem dubiam ostẽdere conetur, nondũ manifestum est, si id quod in principio est petat, q̃uis ipsum non demonstrare sit manifestum. Non enim principium est demonstrationis, quod similiter est incertum. Si aũt medium & minor extremitas, aut sint idem, aut palam sit quod cõuertantur, manifeste petitur principium. Nam maior ex conclusione, & minoris cõuertente monstrabitur. Similiter si minor dubia sit, si cut & cõclusio, nõdum petit id quod in principio est, sed nec demõstrat quidem. Si aũt maior extremitas & mediũ idem sint, aut conuertũtur, quod est ex principio petet, propter causam iam dictam. Si ergo petere quod est in principio, est ostendere per se, quod non est

Duplex petitio principij.

Corollarium.

In oĩbus figuris utroq; modo & circa maiorẽ & minorẽ fit petitio prin. in codẽ

est per se manifestum, hoc autem est quãdo conclusio & altera præmissarum sunt æque dubiæ, & reliqua ex terminis eisdem, aut conuertibilibus constat. In media etiam, & tertia figura vtroq; modo continget petere quod in principio est. Verùm in modo negatiuo non similiter circa vtramq; præmissam fiet principij petitio. Ex cõclusione enim & conuertente negatiuæ non syllogisatur affirmatiua. In demonstrationibus autem petitur principium, quando assumitur propositio æque dubia secundum veritatẽ, In dialecticis verò, quando secundum opinionem.

mõ ist in barbara vel in diuersis ut in ..is

Differenter petitur prin. ī demõstratiuis & dial.

Cap. 19m

Secundum capitulum de non propter hoc accidere falsum.

Quòd nõ ꝓpter hoc accidere falsum reperitur in syll. ad impossi.

NOn propter hoc accidere fallum, (quo læpe in disputationibus vti solemus) primũ qdẽ in his est syllogismis, q ad impossibile nũcupant, cũ cõclusionis verę cõtradictoria interimit ex falsitate conclusionis, Nã qui nõ interimit cõtradictionẽ alicuius, nõ dicit falsum ob id accidere ꝓpter quod non accidit, sed is qui falsum assumit. Neq; in syllogismo ostẽ

Quòd nõ ī ostẽ siuo syllogismo

siuo accidit, non propter hoc, Non enim alicuius contradictorium assumit. Amplius quando aliquid ostensiue interimitur, non est verum dicere, non propter hoc falsum accidere. Nam id tunc contingere dicimus, quando hoc ablato nihilominus cõpletus est syllogismus, quod non accidit in ostensiuis. Vna enim ꝓpositione ablata non manet syllogismus. Manifestũ ergo, non propter hoc accidere falsum, esse in syllogismis ad impossibile, quando quidem siue apposita sit hypothesis, siue ablata, nihilominus accidit impossibile. Manifestissimus ergo modus est, nõ propter hypothesim cõclusionem esse falsam, quando syllogismus ad impossibile, quoad terminos ex quibus est, incõiunctus est ab hypothesi, quod in Topicis dictum. Hoc enim est nõ causam vt causam ponere, vt si quis volens ostendere diametrum incommensurabilẽ esse, assumat oẽm diametrũ cõmensurabilẽ esse, cum ratione Zenonis hoc modo. Omnis diameter est cõmensurabilis costæ, nullum infinitũ potest pertransiri, oẽ spaciũ est infinitum, ergo nullũ spaciũ potest pertransiri, hic enim falsum conclusum nullo modo continuũ est hypothesi assumptæ. Alius aũt modus est, si falsum conclusum cõtinuũ sit hypothesi, propter quã tamen non accidit. Hoc enim cõtingit fieri, & supra prædicatũ sumẽdo, & sub subiecto. Sub subiecto quidẽ sic, Oẽ b est a, omne c est b, omne d est c, ergo oẽ d est b, sit aũt hęc cõclusio falsa, non erit falsa propter hypothesim assumptã. Nam ea ablata nihilomi-

Quando nõ ꝓpter hoc accidere falsum euenit

Primus modus.

Secundus. In barbara. Per primã regulã anteprædicamẽtalem.

Cõtingit falsum conclusum esse cõiũctũ hypothesi dupliciter.

Ostēdit quomodo contingit falsum propter hypothesim.

hilominus erit falsa. Supra prædicatū autē, Omne b est a, omne a est e, omne e est f, ergo omne a est f. Sit aūt conclusio falsa, non accidit eius falsitas ꝓpter hypothesim sumptam. Si autem impossibile conclusum ad terminos hypothesis copulatur, propter ipsum falsum accidit, sub subiecto quidē sumendo, si ad hypotheseos prædicatū copuletur. Vt inferendo ex pręmissis dictis, Omne d est a, quę si falsa sit, propter hypothesim id eueniet. Ablata enim hypothesi falsa non erit. Supra prædicatū verò sumendo, si ad subiectum hypothesis fiat copulatio, vt in posteriori processu inferendo, Omne b est f, quę si falsa sit, propter hypothesim falsa erit. Ipsa enim ablata, non accidet falsum. Sed cuipiā fortasse videbitur, nō semper ob hypothesim falsum accidere, q̄uis dicto modo ad hypothesim falsum copuletur, ablata nāq; hypothesi, & alia loco eius posita, sequitur idem falsum. Verum non bene, tunc enim non propter hoc accidere falsum dicimus, quando ablata hypothesi si per reliquas ꝓpositiones, non addita alia, idem euenit impossibile. Non enim inconueniens est, per plures hypotheses idem falsum accidere, vt paralelas concurrere per has, angulus interior maior est exteriori, & triangulus habet angulos rectos plures duobus. Fit autem falsa cōclusio propter falsum prius positum. Est enim oīs syllogismus aut ex duabus propositionibus, aut ex pluribus, velut quū propositiones prosyllogisantur, & semper necesse est superiorum aliquid esse falsum, propter quod conclusio falsa accidit. Vt aūt non catasyllogisetur quis, obseruandū est, ne interrogatus admittat ꝓpositiones, in quibusidem bis ponitur. Sine talibus enim non fit syllogismus, quia medium bis debet poni, quomodo aūt oportet pro vnaquaq; conclusiōe obseruare mediū, manifestum est ex eo, quod scitur qualis in vnaquaq; figura ostenditur conclusio, quo cognito, facile impediemus catasyllogismū. Oportet aūt ipsos opponētes laborare, vt lateat quod velint inferre, (quod obseruare pręcipimus respondentes) quod accidet, & quum non prius inferunt conclusionem q̄ habeant pręmissas necessario inferentes confessas, & quum nō propinqua interrogant, sed q̄ longissime media. Et si sit solū vnum medium pro conclusione, ab illo incipere, maxime enim sic latebit respondentem. Quoniam ergo iam habemus, quādo & quomodo se habentibus terminis, fit syllogismus, manifestum est quādo erit, & quando non erit elenchus. Nam ex ambabus præmissis affirmatiuis vel altera tantū, contingit fieri elenchum, ex talibus enim erit

Dictis de primo exemplo.

Obiectio.

Solutio.

Documētū ꝓ respondente.

Catasyllogisatur quis, cū ꝓpositiones admittit ꝓ respō ex qb. sequitur id qd' noluit admittere.

Documentū pro opponente.

syllogis

syllogismus. Quare si quod positum est, contrarium sit cōclusioni, necesse est fieri elenchum. Nam elenchus syllogismus contradictionis est. Si verò neutra præmissarum sit affirmatiua, non erit syllogismus, quare nec elenchus. Nam si elenchus est, necesse est esse syllogismum, non autem econtra. Similiter si neutra sit vniuersalis, Nam eadem erit definitio, & syllogismi, & elenchi.

De elencho.

Tertium caput de fallacia secundum opinionem.

Ostēdit qūo fallimur secundū opinionem.

ACcidit aūt quandoq; secundū opinionem fieri fallaciam quemadmodū in positione terminorū fallebamur, vt si cōtingat idem principaliter pluribus ineſſe, & quis hoc vni vniuersaliter nō ineſſe putet, alteri verò vniuersaliter ineſſe sciat, vt si insit corpus aīali & albo, & illa duo cygno insint vniuersaliter. Si quis ergo putet, oē aīal esse corpus, & omnem cygnum esse aīal, nullum aūt album esse corpus, & oēm cygnum esse album, eiusdē secundum idē habebit scientiam & ignorantiam. Rursum si quis fallatur circa media eiusdē coniugationis: vt si corpus insit aīali, & animal bruto, & brutum cygno: opinetur autem aliquis, omne aīal corpus, & nullum brutū esse corpus, simul enim sciet aliquo modo (sicut particulare scitur in vniuersali) omnem cygnum esse corpus, & oīno existimabit nullum cygnū esse corpus, quod est impossibile. In his aūt quę dicta sunt, & si nō ex eadem cōiugatione sint media, non contingit vtriusq; syllogismi ambas prę missas simul opinari, vt omne aīal esse corpus, & omnem cygnum esse aīal, & simul nullum albū esse corpus, & omnem cygnum esse album. Sic enim accideret simul opinari maiorē & eius cōtrariam vel cōtradictoriā, simul enim opinabitur vtriusq; cōclusionē, & ex minore prioris syllogismi, & posterioris conclusione simul opinabitur cōtrariam aut cōtradictoriam maioris prioris syllogismi. Ergo impossibile est vtriusq; syllogismi simul ambas pręmissas opinari. Contingit aūt vtriusq; alterā præmissam aut vnius ambas cū vna alterius simul opinari. Nam sic fiet fallacia, quēadmodū cū aliquid scimus in vniuersali, & idem ignoramus in particulari, veluti cum scimus omnē triangulum habere tres angulos duobus rectis æquales, & ignoramus sensibilem triāgulū habere tres angulos. Quare simul scire & ignorare idem contingit. Nam scire omnē triangulū habere tres æquales duobus rectis, nō est simpliciter & ꝓprie scire hunc triangulum sensibilem habere tres, sed est illius vniuersalem scientiam habere. Proprie autem scire hunc sensibilem triāgulum

Quomodo non contingit syllogizare opinari præmissas diuersorum syll. concludentium contingēs.

Quomodo contingit.

Per sensibilē triāgulū intelligit singularē triāgulū.

Quid scire in vniuersali.

Quid proprie scire.

I lum

lum habere tres, est ipsius singularem habere sciẽtiam, quare scire in vniuersali, & idem ignorare in particulari non sunt contraria. Similiter autẽ ex his solui potest ratio Platonis in Memnone, ostẽdens omnem scientiam esse reminiscentiã. Cognoscendo enim maiorem, nõ statim simul accidit prescire propria cognitiõe quod singulare est. Cognito autem quod singulare sub medio est, eius propriam notitiam accipimus, veluti reminiscẽtes, Isochelem enim habere tres angulos statim proprie cognoscimus, cũ scimus q̃ est triangulus, Similiter & in alijs. Ergo in vniuersali quidẽ speculamur particularia, propria cognitione nondũ ea scientes, quare contingit falli circa ea, verũ non cõtrarie, sed scire quidẽ in vniuersali, decipi autem in particulari. Non enim contraria est deceptio secundum vnum mediũ scientiæ, quæ secundum syllogismum est. Nihil nanq̃ prohibet, eũ qui scit oẽm mulam esse sterilem, & insuper hãc esse mulam, putare hanc esse fœtam. Nescit enim hanc mulam esse sterilem, non considerans vtrunq̃, & oẽm mulam esse sterilem, & hanc esse mulam. Quare manifestum est, si nouit omnem mulam esse sterilem, & hanc esse sterilem nõ nouerit, falletur: quemadmodum accidit cum vniuersale scimus, particulare ignorantes. Nullum enim sensibilium, cum extra sensum est, scimus: quòd si, cũ extra sensum sit, sciuerimus: solũ in vniuersali sciemus & in proprio habitu, non autem in actu. Nam scire tripliciter dicitur, aut vt vniuersali scientia, aut vt propria, aut vt ea quę in actu est: quare & totidem modis decipi contingit. Nihil enim prohibet scire, & deceptum esse circa idem: verùm non contrario modo, quod accidit ei, qui omnem mulam esse sterilem nouit, & hanc esse mulam, & non pertractauit prius maiorem simul cum minore. Hãc enim mulam opinans esse fœtam, non habet scientiam secundum actum, neq̃ tamen propter huiusmodi opinionem habet fallaciam scientiæ contrariam. Qui autem opinatur bonum malũ esse, opinabitur quod idem sit bonum & malum, nam opinabitur bonum esse malum, & malum esse bonum, quare opinabitur & bonũ esse bonum. Quemadmodum enim, si premissę sint verę, necesse est conclusionem esse veram, sic & ipsis opinatis, necesse est conclusionem esse opinatam. Quare opinabitur quòd idem scilicet bonum sit bonum & malũ, si opinetur bonum esse malum. Sed fortasse non contingit opinari malum esse bonum, nisi secundũ accidẽs. Multipliciter enim contingit hoc opinari, sed id diligentius est inquirendum.

Auctoritas.

Scire tribus modis dicitur, similiter & decipi.

Quomodo non contingit opinari contraria, ex parte terminor.

Tertius

Tertius tractatus est de speciebus argumentationis alijs à syllogismo. Primum caput de conuersionibus terminorum.

Cap. 22.

QVando conuertuntur extrema intra se, & medium cum vtraq̃ necesse est cõuerti. Nam in syllogismo affirmati uo vniuersali ex conuertẽte conclusionis cũ eadem minore posita pro maiore, sequitur conuertens maioris: & rursus ex conuertẽte eiusdẽ conclusionis cum maiore pro minore, sequitur minoris conuertẽs. Similiter & in vniuersali negatiuo, vt hoc facto syllogismo, nullum b est a, omne c est b, ergo nullũ c est a. Si mediũ conuertatur cũ extremis, necesse est extrema inter se cõuerti. Nam ex conuertẽte maioris cũ minore pro maiore, sequitur conuertens conclusionis, & ex conuertẽte minoris sequitur eadem conuertens conclusionis. Quod aũt mediũ cũ maiore extremo cõuerti sit necesse, si extrema conuertantur, patet. Nam ex conclusionis conuertente cũ conuertente minoris pro maiore, sequitur conuertens maioris. Hic nouissimus modus solum à cõclusione cæpit, alij verò non, sed dissimiliter à syllogismis affirmatiuis. Rursus si quatuor terminorũ duo primi conuertunt̃, vt ingenitum & incorruptibile, similiter & duo postremi, vt genitum & corruptibile: tũc si omni, aut primũ, aut tertiũ inesse sit necesse, & nulli simul itidẽ: & necesse erit omni, aut secundũ, aut quartũ inesse, & nulli simul. Nam duo constituuntur syllogismi, qui id̃ probant. Insuper si quatuor terminorũ cuilibet primus vel secundus (vt genitũ vel ingenitum) ineſt, & nõ eidẽ simul similiter & tertius & quartus, (vt corruptibile & incorruptibile) tunc si primus & tertius conuertantur, itidem secundus & quartus conuertentur. Nam si aliquid est incorruptibile, quod non est ingenitũ, illud erit genitum, Si aũt sit genitũ, erit & corruptibile, quare idẽ corruptibile & icorruptibile erit, quod est impossibile. Si de duobus subiectis idẽ dicatur prędicatũ, & de nullo alio: tunc si primum subiectũ vniuersaliter dicitur de secundo, necesse est prædicatum cum primo subiecto conuerti, Nam de solis illis subiectis dicitur, & primũ subiectũ de secundo vniuersaliter: quare manifestũ est, de quibuscũq̃ prędicatũ dicitur, & primum subiectũ de illis dici. Rursum si duo prædicata vniuersaliter dicuntur de vno subiecto, & subiectũ conuertatur cũ secundo prædicato, necesse est primũ prædicatum vniuersaliter de secũdo dici, Nam primum prędicatũ vniuersaliter dicitur de subiecto, & subiectũ vniuersaliter de secundo prędicato, eò q̃ conuertũtur, ergo primum

Prima regula.

In barbara.

Celarent.

Priusq̃ regulam declarat in celarẽt, ꝓbat extrema inter se conuerti si medium cõuertatur cum extremis.

Primus syllogismus si aliqd est genitũ & ingenitũ, est corruptibile & incorruptibile, sed nihil est idẽ corruptibile & incorruptibile, ergo nihil est genitũ & ingenitum.

Secunda regula.

Secundus syllogismus oẽ genitũ uel ingenitum est corruptibile uel incorruptib.

Tertia regula.

Oẽ ens est genitũ uel ingenitũ, ergo oẽ ens est corruptibile uel incorruptibile.

Quarta regula.

Animal & hõ subiecta, prædicatum sensibile.

Quinta regula.

Regula moralis

mũ prędicatũ vniuersaliter de secundo dicitur. Amplius aũt si duo sint opposita ex vna parte, quorũ vnum quidẽ eligẽdũ est, & sit a, alterũ verò fugiendũ, & sit b, Et iterũ duo opposita ex altera parte, quorũ vnũ quidem eligendũ est, & sit d, alterum verò fugiendũ, & sit c: tunc si a & c simul magis sint eligenda q̃ b & d, a magis est eligendũ q̃ d. Similiter enim a est eligendũ, & b fugiendũ, quia opposita. itidẽ & c & d propter eandẽ causam. Si ergo a ęqualiter eligendũ ponitur cum d, b ęqualiter erit fugiendũ cũ c: Aequaliter enim eligendo æqualiter fugiendũ opponitur. Quare & a & c æqualiter erunt eligenda cũ b & d, quod non est possibile, cum posita sint magis esse eligenda. Si verò minus ponatur a eligendum q̃ d, & b q̃ c minus erit fugiendum. Nam minus fugiendũ minus eligendo opponitur, & cligibilius est magis bonum & minus malum, q̃ magis malum & minus bonũ, igitur b & d simul sumpta magis eligenda erunt, q̃ a c, quod est contra hypothesim. Est igitur a magis eligendũ q̃ d, & ergo c minus fugiendũ q̃ b. Si ergo apud amantem sit a velle concedere, c verò non cõcedere, d aũt cõcedere, & b nolle concedere, & magis eligat a & c. Manifestum quoniã magis est eligendum a q̃ d. Ergo diligi secũdum amorem magis eligendũ est q̃ conuentio: & magis amor in amicitia est, q̃ conuentione. Si aũt in amicitia maxime consistit, illa huius finis est: congrediẽdum igitur, aut omnino non est, aut diligendi gratia. Nam & aliæ artes, & concupiscentiæ sic fiunt. Quomodo ergo se habẽt termini secundũ conuertibilitatẽ, & in eo quod magis eligẽdũ vel fugiendũ, sit manifestũ.

Suppoſi. pro re. Probat a nõ esse æqualiter eligẽdum cum d. Auctoritas. Probat a nõ esse minus eligẽdum q̃ d.

Auctoritas.

Cap. 23.

Secundum caput de inductione.

QVod aũt non solum dialectici & demonstratiui syllogismi p prędictas fiunt figuras, sed & rhetorici, & vniuersaliter quæcunq; argumẽtationes in quauis arte aliquam faciunt fidem, nunc est dicẽdum. Omnia enim aut syllogismo, aut inductione credimus. Si ergo inductio est, & ex inductiõe fiat syllogismus, alterã extremitatũ de medio per reliquã ostendens, per prędictas fiet figuras, vt si longęuũ de non habente cholerã ostendatur, per singularia longęua, quæ sunt hõ equus & mulus, inductio quidem erit, cõcludẽs omne aũal non habens cholerã esse longęuũ, in qua quia mediũ cum minore conuertitur extremitate, syllogistice inferri poterit, Omne nõ habẽs cholerã longęuũ esse. Prius enim ostensum est, si duo prędicata vniuersaliter eidẽ insunt, quod cũ altero prædicatorũ conuertitur

Auctoritas.

Quid tertium in inductiõe seu minor extremitas.

titur, oportere reliquũ de illo cũ quo cõuertitur vniuersaliter dici. Oportet aũt per minorẽ extremitatẽ seu tertiũ ex oĩbus singularibus intelligere disiunctũ, Nam inductio per omnia fit singularia. Syllogismus aũt huiusmodi primę & immediatę est propositionis. quarum enim propositionũ est medium, syllogistice per ipsum concluduntur: quarũ verò nõ, per inductionẽ. Et quodammodo opponitur inductio syllogismo. nã syllogismus quidem extremũ de tertio per medium ostendit: inductio verò extremũ de medio per tertium. Ergo natura quidẽ prior & euidentior est qui per mediũ concludit syllogismus, nobis autem manifestior qui ex inductione.

Boetius. Oportet aũt tertium è singularibus oĩb. cõpositũ esse intelligere.

Differẽtia inter syllogismum & inductionem.

Cap. 24.

Caput tertium de exemplo.

EXemplum aũt est, quando medio extremũ ineſſe ostenditur, per id quod est simile tertio. Oportet aũt & medium tertio, & primũ simili euidẽtius ineſſe, q̃ primũ tertio. Vt si volumus ostendere, Athenienses contra Thebanos pugnare malũ esse: prius ex simili, velut Thebanos pugnare contra Phocenses malũ est, mõstrare oportet, Affines pugnare contra affines malum esse: huius enim fides ex similibus est. Quoniam ergo affines pugnare contra affines malum est, & Athenienses pugnare contra Thebanos, est affines pugnare contra affines, manifestum erit, quoniã & Athenienses contra Thebanos pugnare malũ est. Palam enim est, & tertiũ, & simile sub medio esse. Nã vtrũq; est affines pugnare contra affines. Palã etiã est. Thebanos contra Phocenses pugnare malum esse, per quod ostensum est, omnes affines malum esse pugnare contra affines. Eodem aũt modo per plura similia extremũ de medio ostendetur. Manifestũ ergo est, quoniã exemplum est, neq; vt pars ad totũ, neq; totũ ad partẽ, sed vt pars ad partem, quandoquidem ambo sunt sub eodẽ, euidẽs aũt alterum: & differt ab inductione, quoniã hæc quidẽ ex omnibus indiuiduis extremũ ostendit ineſſe medio, & ad extremũ non copulabat syllogismum. Exemplũ aũt & copulat, & non ex omnibus ostendit.

Desi. exempli.

Corollarium.

Diffe. exẽpli ab inductione.

Cap. 25.

Quartum capitulum de deductione.

DEductio est, quãdo maior est manifesta, & minor dubia, æque tamen aut magis credibilis conclusione. Amplius aũt, si paucioribus medijs indigeat ad sui ostensionem, tunc enim propinquior est scientiæ, vt omnis disciplina est docibilis, iustitia est disciplina, ergo iustitia est docibilis. Si hic minor sit æque, aut magis credibilis cum cõclusione, deductio est,

Quid deductio.

Duo modi deductionis.

Exemplum primi modi.

propinquior enim est scientiæ, eò q; eam assumpserint ad probatio
nem conclusionis nondum scitę. Aut rursum si paucioribus medijs
Secundi. ad sui ostensionē minor indigeat. Nam & sic propinquior est scien
tiæ, vt oē æquale rectilineo potest quadrari, sed circulus ęqualis est
rectilineo, ergo circulus potest quadrari, sed hic minoris vnicū sit
medium, scilicet per lunares figuras æqualem fieri rectilineo circu
lum, propinquior erit scientiæ. Quando aūt neq; credibilior conclu
sione est minor, neq; ipsius pauciora sint media, non est tunc dedu
ctio, neq; si ipsa immediata sit, tūc enim est disciplinę syllogismus.

Cap. 26m

Quintum caput de instantia.

Defi. instantiæ. Differētia instātiæ à propositio ne contra quam instatur.

INstantia aūt est propositio propositioni contraria, Differt autem à propositione contra quā ipsa fertur, quia instantiam cōtingit esse particularē, propositio nem verò aut omnino nō contingit esse particularē, aut saltem non in vniuersalibus syllogismis. Fit aūt instantia duobus modis, quoniam aut vniuersalis, aut particularis est omnis instātia, & per duas figuras. Omnis enim instātia propo
Duo modi instā tiæ. sitioni est oppositа. Oppositа aūt solum in prima, aut tertia conclu ditur. Nam contra vniuersalem affirmatiuam instamus quidem & per vniuersalem negatiuam, & hoc in prima: & particularē negati uam, & hoc in tertia: vt quū quis omnium contrariorū prætendit eandē esse disciplinā, sic instamus, Nullorum oppositorū est eadem disciplina, omnia cōtraria sunt oppositа, ergo nullorum contrario
rum eadē est disciplina, & id in prima figura. Aut sic, Noti & igno
ti non est eadem disciplina, notum & ignotum sunt contraria, ergo contrariorum nō est eadem disciplina, & id in tertia. Rursum simi liter contra negatiuas instantia fieri potest, vniuersalis quidem in
Documentum. prima figura, particularis verò in tertia. Simpliciter autē in omni bus, ad vniuersaliter instandum necesse est maiorē assumere oppo sitam propositioni de subiecto vniuersaliori, q̄ sit ꝓpositio, contra quā fertur instantia: velut si quis non eādem contrariorū prætēn
dat esse disciplinā, assumere oportet omniū oppositorū eandem es
se, Sic aūt erit prima figura. mediū enim vniuersalius est subiecto conclusionis. Ad particulariter aūt instādum, sumendum est aliqd sub subiecto vniuersalis, contra quā instatur, vt si quis dicat oīum contrariorum esse disciplinam eādem, sub subiecto assumere opor tet, vt noti ignoti non esse eandem disciplinam, & sic fit tertia figu
ra: medium enim particulariter sumptum est sub subiecto. Nā ex quibus

quibuscunq; contrariū syllogisare contingit, & ex his instantiā pos sumus dicere. Quare solum in prima & tertia figura instantiā feri
mus. In his enim solum oppositi fiunt syllogismi, namq; per mediā Oppositi. i. op positæ qualitat. non fiunt affirmatiue. Amplius & si negatiue feratur in secunda fi
gura, longa probatione indiget. At non oportet instantiam ad alia Probat in secun da figura nō fer ri instantiam. conuerti, sed manifestam habere alteram propositionem. Quapro pter & in hac figura nō proceditur ex signo. Considerare aūt opor tet & ad alias instantias, vt quæ sunt ex contrario, vel simili, aut se
cundum opinionem, & si per primam particularē, & per secundam negatiuam instantiam ferre possumus.

Cap. 27m

Sextum capitulum de enthymemate.

Quid Icos.

ICos aūt & signum non idem est, sed icos quidem est pro positio probabilis. Quod enim in pluribus cōstat sic fa
ctum, vel non factū, aut esse, vel nō esse, hoc est icos, vt quod homines odiant inuidentes, & diligāt amantes. Si
Quid signum. gnum aūt est propositio demōstratiua, vel necessaria, vel probabi
lis. Nam id quo existente, vel quo facto prius, vel quo posterius fu turo, res est, Signum est, vel esse, vel fuisse, vel fore. Enthymema er
Quid enthyme. go est syllogismus ex icotibus & signis. Accipitur aūt signum tripli
Tripliciter se ha bet signum in en thymemate. citer, quoties & medium in figuris. Nam quoddā est signum vt me dium primæ figurę se habens, vt si mulier ex eo peperisse ostenda
tur, quod lac habet. Mediū enim est lac habere, maior extremitas parere, minor verò mulier. Aliud verò vt mediū tertiæ, vt si sapiē tes ex eo studiosi ostendātur, quòd Pictacus est studiosus. Maior ex tremitas studiosum, minor sapiētes, mediū verò Pictacus. Verum ergo est, & maiorem extremitatē & minorem de medio prædicari, sed Pictacū esse sapientem, non assumunt, eò quòd palam est: Picta
Propō quæ manifesta est in enthy memate omitti. cum aūt esse studiosum, sumūt. Aliud verò signū sese habet vt me
diū secundæ, vt si mulier peperisse ostēdatur, quia pallida est. quo
niam enim parientes sunt pallidæ, & mulier est pallida, ostēsum ar bitrātur, quoniā mulier peperit. Si vna igitur sumatur propositio quę signum est, enthimema fit, vt omnes ambitiosi sunt liberales, ergo Pictacus est liberalis. Si verò addit & altera, vt Pictacus est ambitiosus, syllogismus erit. Verùm syllogismus primę figuræ, ad
Addita præmissa, enthymema reducitur ad syl logismum. Notabile. quem enthymema reducitur, insolubilis est. Si ex veris ꝓcedat vni uersalis enim est: qui verò per postremā, solubilis est, & si cōclusio uera sit, eò quòd non vniuersalis est, neq; ad rem syllogismus. Nō enim si Pictacus est studiosus, ob hoc alios sapientes studiosos esse

oportet. Qui verò per mediam figurã, ſemper & omnino ſolubilis
Diuiſio ſignorũ eſt, nunq̃ enim fit ſyllogiſmus ſic ſe habentibus terminis. Signorũ
igitur quoddã eſt mediũ, quod & prodigiũ eſſe dicitur. Nam id pro-
Quid prodigũ digium eſſe volunt, quod ſcire facit, tale autem maxime medium.
Probabiliſſimum enim & maxime verum eſt, quod per primã figu
ram eſt. Alia verò quę extra extremitates ſunt, ſigna dicenda ſunt.

Cap. 28.m

De ſignis naturalium paſſionum.

NAturales autẽ paſſiones cognoſcere poterimus, ſi quis
Suppoſitio. cõcedat quaſcunq; naturales paſſiones, & corpus, & ani
mam ſimul tranſmutare. Naturales aũt dico, velut iras
& concupiſcentias. Diſcẽs enim muſicam, ſecundũ quid
Suppoſit. altera. fortaſſis tranſmutatur, vtpote ſecundum animam, ſed muſica non
eſt naturalis paſſio. Si inſuper concedat vnius paſſionis vnum eſſe
ſignum, & poſſumus ſumere propriã vniuſcuiuſq; ſpeciei paſſionẽ
Indiuiduum genus ſpecies ſpe- & ſignum, naturales poterimus cognoſcere paſſiones. Quare ſi ali-
cialiſſima. qua paſſio alicui indiuiduo generi propria ſit, vt leoni fortitudo, ne
Documẽtum ad ceſſe eſt & illius paſſionis aliquod eſſe ſignũ. Poſitũ enim eſt & cor
inuentẽdum paſ pus, & animam ſimul tranſmutari à naturalibus paſſionibus, & ſit
ſiones naturales hoc ſignũ Magnas ſummitates habere, quod & alijs generibus, nõ
tamen pro omnibus ſingularibus, cõpetit. Nam hoc ſignum ſic leo
nota ſ. ſingu nibus eſt proprium, quemadmodũ paſſionẽ aliquam ſolemus pro-
lis generũ. priã dicere, quia omni & nõ ſoli competit. Cum ergo in alijs in qui
bus reperitur fortitudo, reperiatur & hoc ſignum, colligere poteri
mus, hoc eſſe ſignũ in his quę tãtum vnam habent propriã paſſio-
Secundum docu nem. Si verò aliquod genus duas paſſiones habeat, vt leo fortitudi
mentum. nem & liberalitatem, & duo ſigna propria illarum paſſionũ, vtrũ
vtrius ſignum ſit cognoſcimus, conſiderãdo ad illa quibus diuiſim
competunt, & nõ ſimul. Nam ſigna paſſionum in illis, etiam ſigna
Notabile. erunt in his in quibus coniunctim reperiuntur. Poſſumus ergo na
turales paſſiones cognoſcere in prima quidẽ figura, eò q; medium
cum extremitate conuertitur maiore, minorem verò tranſcẽdit, &
cum ea non cõuertit. Vt ſit maior extremitas fortitudo, me
dium magnas ſummitates habere, minor verò leo. Ma
gnas ergo ſummitates habere omni leoni compe
tit, ſed nõ ſoli, Fortitudo aũt omni magnas
ſummitates habenti conuenit, & cum
eo conuertitur, alioquin nõ eſſet
vnum vnius ſignum.

FINIS ſecundi libri Priorum, LIBER.

Liber Primus Posteriorum Aristotelis.

Primum capitulum eſt proœmiale.

OMnis doctrina, & omnis diſciplina intellectiua ex præexiſtẽti fit cognitione, quod in omnibus ſcientijs manifeſtũ eſt, Mathematicæ enim ſciẽtię per hunc modũ fiunt, & aliarũ vnaquęq; artium. Similiter contingit circa orationes ſyllogiſticas & inductiuas. Vtręq; enim per prius no
Auctoritas. ta faciunt doctrinã. Illæ quidẽ præmiſſas ſumunt tanq̃ à notis pro-
cedentes, Hę verò quę inductiuę ſunt, vniuerſale monſtrãt per id,
Alius pro eſſe quod manifeſtum eſt ſingulare. Similiter & rhetoricæ perſuadent,
quia eſt. aut enim per exemplũ, quod eſt inductio, aut per enthymema, qd'
De præcognit. quidem eſt ſyllogiſmus. Dupliciter aũt neceſſarium eſt præcogno-
ſcere, Quædã enim eſſe, quædã quid ſignificẽt, quædã verò vtroq;
modo præcognoſcamus oportet. Vt de hac oratione, De quolibet
affirmatio dicit' vel negatio, oportet pręcognoſcere quòd eſt vera.
De triangulo aũt, quid ſignificet: de vnitate, & quid ſignificet, &
quòd eſt, Non enim horũ ſimiliter vnumquodq; manifeſtũ eſt no-
bis. Contingit aũt cogniturum concluſionẽ aliquid prius cognoſce
re, aliquorũ verò ſimul notitiã accipere, vt coę quę ſub vniuerſali
ſunt cuius habetur cognitio. Quòd enim omnis triangulus habet
tres angulos duobus rectis ęquales, pręſciuit. Id verò quod in ſemi
circulo eſt, triãgulum eſſe ſimul inducens cognouit. Quorundam
Maior prius, mi enim (vt ſingularium quæ de nullo ſubiecto dicuntur) hoc modo
nor autẽ ſimul diſciplina eſt, & non per mediũ vltimum cognoſcit'. Anteaq̃ indu-
cum cõcluſione ctio aut ſyllogiſmus fiat, quodam modo fortaſſis ſcitur cõcluſio, &
cognoſcitur. quodãmodo neſcitur. Quod enim ſimpliciter neſcitur, ſi ſit, quodã
Concluſio par- modo ſcitur, duobus rectis æquales habere vniuerſaliter quidẽ ſci
tim ſciur, par- tur, ſimpliciter verò neſcitur. Nam niſi ſic, Mennonis cõtinget am
tim ignoratur biguitas. Aut enim nihil quicq̃ diſcet, aut ea quæ ſciuit. Non enim
ante demonſtra eo modo hanc enitendũ eſt ſoluere, quo multi conantur, qui inter-
tionem. rogati, an oẽm dualitatem ſciant eſſe parem, an non, annuunt, ob-
Ratio Mennonis lata dualitate quam non putabant eſſe. Quare nec parem eſſe, re-
Solutio antiquo- ſpon
rum.

Reprobat solut. ſpondēt, non oēm ſe ſcire dualitatem parem eſſe, ſed eā quam dua
litatem eſſe ſciunt. Verum enimuero id ſciunt, cuius approbationē
demōſtrationemq; aut habent, aut acceperūt. Acceperunt autem
non omnis eius quod ſciunt eſſe triangulū aut numerum, ſed ſim-
pliciter de omni numero, atq; triangulo demonſtrationem. Neq;
enim aliqua huiuſmodi propoſitio ſumitur, quē tu ſcis numerum,
aut quam noſti rectilineam, ſed abſolute de omni. Nihil autem (vt
Solutio. opinor) phibet quin ea, quę prius diſcit, partim ſcire, partim igno-
rare poſſit. Inconueniens enim nōn eſt, id quod addiſcitur quodā
modo ſciri, ſed eo modo ſciri quo addiſcitur, abſurdum.

Capitulum ſecundum de ſyllogiſmo demonſtratiuo.

Definitio ſcire. SCire aūt opinamur vnumquodq; ſimpliciter (ſed non ſo
phiſtico modo, qui eſt ſecundū accidens) cū cauſam ar-
bitramur cognoſcere, propter quam res eſt, quoniam il
lius eſt cauſa, & non eſt contingere hoc aliter ſe habere.
Probatio defin. Profecto ſcire tale quid eſſe, eſt manifeſtum. Nam & ſcientes, & nō
ſcientes ita ſeſe habere putant. Scientes verò etiam ſeſe ſic habent.
Quare cuius ſimpliciter eſt ſcientia, hoc impoſſibile eſt aliter ſe ha
bere. Si igitur & alius ſit ſciendi modus, poſterius explicabitur. Di
Definitio demō ſtrationis. cimus aūt & ſcire, per demonſtrationē intelligere. Demonſtratio-
nem aūt dico, ſyllogiſmum ſcientificū. Scientificum ſyllogiſmum
verò, ſecundū quē (ipſum habendo) ſcimus. Si igitur ipſum ſcire ta
le eſt quale poſuimus, neceſſe eſt & demonſtratiuā ſcientiā ex veris
eſſe, & primis, & immediatis, & notioribus, & priorib⁹, cauſiſq; cō-
cluſionis. Sic enim principia erunt propria eius quod demonſtra-
tur, Nam ſyllogiſmus quidē erit & ſine his, demōſtratio verò non
Quòd ex ueris parītur ſcientia erit, abſq; talibus enim nō faceret ſcientiā. Vera igitur eſſe oportet
ex quibus eſt ſcientia. Quod enim nō eſt, ſciri nō poteſt, veluti dia-
metrum cōmenſurabilem eſſe. Ex primis aūt & indemōſtrabilibus
eſt. Ex indemonſtrabilibus enim nō ſciet, nō habens ipſorū demon
Quòd demōſtra tio eſt ex primis & indemonſtra bilibus. ſtrationem. At qui hoc pacto nō ſimpliciter ſciet. Scire enim ſimpli
citer, ea quorū eſt demonſtratio, eſt nō ſecundū accidens ipſorū ha
bere demonſtrationē. Cauſas quoq;, & notiora, & priora eſſe opor-
tet. Cauſas quidē, quia tūc ſcimus, cū cauſam cognoſcimus. Priora
Quòd ex cauſis & notiorib. & prioribus. ſiquidem cauſę ſunt. Notiora verò nō ſolum notione quid indicent
nomina, ſed etiā quòd ſint. Dupliciter autē ſunt priora & notiora.
Duplicia priora & notiora. Non enim idē eſt prius natura, & quo ad nos, Neq; notius natura
& nobis notius, Atq; quo ad nos priora notioraue dico, quæ ſenſui
ſunt

ſunt ꝓpinquiora. Ea verò ſimpliciter notiora & priora, quæ à ſenſu *Vniuerſalia naturæ notiora.*
longius diſtant. Remotiſſima quidē ea quæ maxime ſunt vniuerſa *Singular. nobis.*
lia. Proxima aūt ſingularia. Atq; hęc inter ſe opponūtur. Ex primis
aūt eſſe nihil aliud eſt, q̄ ex propriis principijs eſſe. Idē enim primū
atq; principiū dico. Eſt aūt demōſtrationis principiū propoſitio im- *Quid ꝓpoſitio immediata.*
mediata. Immediata verò, qua non eſt alia prior. Propoſitio altera *Quid ꝓpoſitio*
pars enūciationis eſt vnū de vno cōplectens. Dialectica quidē quæ *Dialectica ꝓp.*
ſimiliter vtrāuis accipit. Demonſtratiua autē, quæ determinate al *Demonſtratiua.*
terū quod verū eſt. Enūciatio aūt cōtradictionis quælibet pars. Cō- *Enunciatio.*
tradictio verò oppoſitio, cuius nō eſt mediū ſecūdū ſe. Pars autē cō- *Contradictio.*
tradictionis, quæ alicuius de aliquo eſt, affirmatio: quæ verò alicu *Affirmatio.*
ius ab aliquo, negatio. Immediatorū autē principiorū, poſitionem *Negatio.*
quidem dico, quam nō eſt monſtrare, neq; docendū habere neceſſe *Poſitio.*
eſt. Dignitatē verò, quam quemlibet docēdum neceſſe eſt habere, *Dignitas.*
Sunt enim talia quædam, quibus vel maxime dignitatis nomen
tribuere conſueuimus. Rurſum poſitionū, quę vtrāuis enunciatio *Suppoſitio.*
nis accipit partē, Eſſe inquā quippiā aut nō eſſe, ſuppoſitio dicitur,
Quæ verò neutram, neq; eſſe, neq; non eſſe, definitio eſt. Definitio *Definitio*
namq; poſitio quędam eſt. Ponit enim Arithmeticus, vnitatē quan
titate eſſe indiuiſibilem, ſed ſuppoſitio ſane nō eſt. Nā quid eſt vni-
tas, & vnitatē eſſe, non eadem ſunt.

Secunda pars quòd plus præmiſſis credi q̄ concluſioni oportet.

QVoniam autē concluſionē ſcimus, ea ex quibus eſt demōſtra
tio cognoſcendo. Nō ſolum principia prius cognoſcere opor *Concluſio.*
tet, aut oīa, aut aliqua, ſed etiam magis concluſione. Semper enim *Auctoritas.*
oportet, propter qd vnūquodq; eſt, illud magis eſt, Vt propter qd
amamus, illud magis amicum. Quare ſiquidem propter principia
ſcimus & credimus, illa ſcimus & credimus magis. Fieri aūt nequit
vt ea quiſq; magis credat quę neſcit, & circa quę non eſt melius diſ-
poſitus, q̄ ſi ſcierit, q̄ ea quæ cognoſcit. At id eueniet, ſi non prius
principia q̄ cōcluſionē cognouerit. Magis enim principijs aut om- *Auctoritas.*
nibus, aut quibuſdam, q̄ concluſioni credere neceſſe eſt. Atque ei
qui ſcientiā eſt habiturus, nō ſolum principia ipſa magis nota ſint
oportet cōcluſione, ſed & oppoſitis principiorum, ex quibus eſt ſyl-
logiſmus cōtrariæ deceptionis, cum eum qui ſimpliciter ſcientiam
eſt conſecutus, nunq̄ ab ea perſuaſione vlla dimoueri oporteat.

Caput tertium de erroribus quorundam antiquorum.

Sunt

Primus error. Secund. error.

VNt autem quibus nihil videtur posse sciri, ob id quòd principia scire oportet. Quibusdã verò omnium videtur esse demonstratio, quorũ neutrum verum est. Quia namq; scientiam non esse omnino ponunt, hij censent

Motiuum primi erroris.

ascẽdendum esse in infinitum: propterea quòd posteriora nõ sciũt, ob ea priora quorũ principia non sunt. In quo quidem recte dicũt. Fieri enim non potest, vt infinita quisq; pertranseat. Quòd si ad prima deueniatur, incognita erunt, cum ipsorũ non sit demonstratio, sine qua nihil dicunt sciri. Si autẽ prima nõ sunt scita, neq; illa quæ ex primis sequũtur, simpliciter & proprie scire cõtinget, sed ex suppositione duntaxat si illa sint. At secundi de modo quidẽ sciẽdi consentiunt, per demonstrationẽ enim solum scientiã esse dicũt. verum

Motiuũ eorũ q sunt de secundo errore.

omniũ esse demonstrationẽ nihil inquiũt phibere. Cõtingit enim circulariter omnia demonstrare. Nos aũt non omnem scientiã per demonstrationẽ esse dicimus, sed eam quæ immediatorũ est absq; demõstratione esse. Quod quidem necessariũ esse manifestum est, si enim necesse est illa ex qbus demonstratio est sciri, Et est aliquãdo in immediatis status, quæ quidẽ indemonstrabilia esse oportet.

Excluso errorũ

Necesse est non solum principiorũ esse sciẽtiã, sed & ipsa principiũ esse scientiæ dicimus, in quantũ terminos cognoscimus. Quod autẽ

Nõ cõtingit circulariter demõstrare simpliciter.

circulo simpliciter demonstrare sit impossibile, manifestum est. Si quidem vere ex prioribus notioribusq; demonstrationẽ esse oportet. Impossibile enim est eadẽ priora simul & posteriora esse eisdẽ, nisi alio & alio modo. Vt hæc quidem quo ad nos, illa verò simpliciter, quæ inductione nobis innotescunt. Quòd si eadem dicto modo priora sint simul & posteriora, non recte determinatum est scire simpliciter, sed sane dupliciter est definiendum. Aut ea quæ ex nobis notioribus est, non simpliciter demonstratio censenda est.

Probat idem.

Accidit autem circulo demonstrari posse dicẽtibus, non solũ quod nunc dictum est, sed & nihil aliud dicere q̃ hoc est si hoc est. Sic aũt facile esset omnia demonstrare. Manifestũ autẽ est, hoc positis tribus terminis accidere, siue enim per multos, siue per paucos, etiam duos fiat regressus, nihil interest. Nam cũ ad a esse sequitur b esse, & ad b esse c esse, ad a esse sequitur c esse. Si igitur ad a esse sequitẽ b esse, & ad b esse a esse. Quod oportet si circulo ita cõtingat demõstrare, ponatur a loco c. Dicere igitur ad a esse sequi c esse, nihil aliud est, q̃ ad a esse, sequi a esse. Hoc autẽ pacto omnia facile est demonstrare. At verò circulo demonstrare, non nisi in conuertibilibus

Tertio probat idem.

libus contingit, & syllogistice non ex paucioribus q̃ duobus. Vno enim posito siue termino, siue propositione, nihil sequitẽ syllogistice. Si ergo termini sint conuertibiles, sic quidem contingit omnia ex seinuicem monstrare in prima figura, vt in libro Priorum ostẽsum est, in quo etiam patuit, in ceteris figuris aut non fieri syllogismum, aut non ex his quæ sumpta sunt. Quæ aũt conuertibilia non sunt, nequaq̃ circulo demonstrare contingit. Quare cum in demonstrationibus pauca talia sint, vanum esse constat dicere, quòd cõtingit circulariter demonstrare, atq; ob id oĩm esse demonstrationem.

Secundus tractatus complectens conditionem eorum quæ demonstrationem ingrediuntur. Primum capitulum, quid de omni.

Cap. 4m.

QVoniam aũt impossibile est, vt id aliter se habeat cuius est sciẽtia simpliciter, id ꝓfecto necessariũ est qđ demonstratiua sciẽtia scitur. Atq; ea est sciẽtia demõstratiua, quã habemus per demonstrationẽ. Est itaq; demonstratio syllogismus ex necessarijs. Ostendendum igitur est, ex quibus & qualibus demõstrationes sunt. Primũ quidẽ quid dicimus de oĩ, & quid per se, & quid vniuersale. De oĩ dico, quod vtiq; est nõ in quodã quidẽ, in quodã aũt nõ, neq; quod aliquando quidẽ, aliquando verò non, vt aĩal de omni homine dicitur, si sequatur hoc est homo, ergo hoc est animal, & si nũc est homo, ergo nunc est animal. Similiter in omni linea punctum est, huius aũt signũ est, nam interroganti de omni, instantiã ferimus atq; negamus, aut si de aliquo non dicatur, aut interdum non insit.

Quid de omnẽ.

Probatio definitionis à signo.

Secundum caput continens modos per se.

PEr se autem sunt, quæ in ratione sunt quid est dicẽte, vt triangulo linea, & lineæ punctũ inest, ex his enim ipsorum substantia constat, & hęc ipsa in ratione quid est dicente insunt. Et item ea per se insunt subiectis, in quorum definitionibus, quod quid est monstrantibus, subiecta collocãtur, vt rectum inest lineæ & circulare. Par & impar numero, primum & compositum, & Isopleuron, & altera parte longius. In horum quidem definitione, numerus: in illorum autem, linea. Similiter & in alijs huiusmodi. Quęcunq; verò neutro horum modorum insunt, vt accidentia insunt, veluti musicum, aut album animali. Amplius per se dico, quod nõ de subiecto alio dicitur, Velut dicuntur ambulans & album, cum aliquid sit ambulans & album. Sed substãtia, & quęcunq; hoc aliquid significant, non per alterũ sunt,

Primus modus per se.

Secundus.

Tertius.

Quartus modus

quod vere ſunt. Quęcunq; igitur de nullo ſubiecto dicuntur, per ſe dico: quę verò de ſubiecto, accidentia. Inſuper alio modo id per ſe dicimus, quod propter ipſum ineſt, Quod verò nō ꝓpter ipſum in eſt, accidens eſt, veluti ſi quopiā ambulāte coruſcauit, Non enim propter id quòd ambulat coruſcauit, ſed id dicimus per accidēs eue niſſe. Si verò propter ipſum, per ſe, Vt ſi interfectū interierit ſecun dum interfectionē, propter hoc enim quòd interficiebaꝫ, interijt, & non per accidēs. Quæ ergo ſimpliciter ſcibilibus competunt, ſic ſunt per ſe, aut ſicut prædicatis inſunt ſubiecta, aut ſicut ſubiectis prędicata, atq; ea ipſa ex neceſſitate inſunt, Nā quæ talia ſunt, non contingit non ineſſe, aut ſine adiuncto, aut cum oppoſiti adiunctio ne, vt lineæ rectum vel obliquū, Et numero, par vel impar. Cōtra rium enim priuatio, aut contradictio eiuſdem generis ſunt, vt par numerus eſt id quod eſt nō impar. Quare ſi neceſſe eſt aut affirma re, aut negare, neceſſe eſt ea quæ per ſe ſunt ineſſe. De omni quidē igitur quid ſit, & quid per ſe, determinatum ſit hoc modo.

Quibus modis ꝑ ſe utimur in de= mōſtratione.

Eiuſdē generis ſunt .i. ſimiliter ſe habet reſpe= ctu eiuſdē ſubie= cti, quoad affir= mationē uel ne= gationem.

Caput tertium de vniuerſali

Quid uniuerſal.

VNiuerſale aūt dico, quod quū de omni ſit, & per ſe eſt, & ſecundum quod ipſum eſt. Patet igitur, ea neceſſariò rebus ineſſe, quæ ipſis vniuerſaliter competunt. Per ſe aūt, & ſecundum quod ipſum idē eſt, vt per ſe lineæ in= eſt punctū & rectitudo. Ea nanq; ratione, qua linea eſt, & triāgulo tres anguli competunt æquales duobus rectis, eo quo triangulus eſt, per ſe enim triangulus duobus rectis æquales habet. Tunc au= tem aliquid vniuerſaliter ineſt, cum de quolibet & primò oſtendi= tur. Vt æquales duobus rectis habere non ineſt vniuerſaliter figu ræ, & tamen de figura oſtenditur, ſed non de qualibet. Quadran gulus enim figura eſt, non tamē habet tres angulos duobus rectis æquales, Iſoſceles quidem omnis duobus rectis ęquales habet, non autem primùm, ſed triāgulus prius, aut quoduis aliud proprium. Quodcunq; igitur primùm oſtenditur duobus rectis ęquales habe re, illi primò ineſt vniuerſale, & demōſtratio per ſe illius vniuerſa liter eſt. Cæterorum autem quodammodo & non per ſe, neq; Iſoſce li vniuerſaliter eſt cum ad plura ſe extendit.

Quod uniuerſa le eſt per ſe.

Oſtendit q; uni= uerſale illi pri= mò debet com= petere, cui eſt u= niuerſale.

Cap. 3m

Secunda pars de erroribus circa aſſignationem vniuerſalis.

Primus error.

OPortet autem non latere errorē perſæpe fieri, & non eſſe quod demonſtratur primum vniuerſale, quemadmodum eſſe vide tur. Decipimur autem, quando aut præter ſingulare, vel ſingula= ria

ria, nihil eſt qđ accipiatur ſuperius. Aut eſt quidem, ſed nomine ca ret in rebus ſpecie differentibus, Aut eſt vt pars totū id de quo de= monſtratur. Parti nanq; demōſtratio cōpetit, & de omni erit, Nō ta men de ea erit tanq̄ de primo vniuerſali, vt ſi quiſpiā oſtenderit du as lineas rectas nō concurrere, inter quas in eadē parte ſunt anguli recti ex linea recta ſecante illas cauſati, videbitur proprie demon= ſtraſſe, quia ſic eſt in oībus talibus lineis. Verū nō proprie demon= ſtrauerit, cū non ſolū tales, ſed oēs illæ concurrant, inter quas in ea dē parte ſunt anguli ęquales duobus rectis, cauſati ex linea recta ſe cante illas. Et ſi nullus alius eſſet triangulus q̄ Iſoſceles, videri poſ= ſet habere tres angulos duobus rectis ęquales, ipſi cōuenire & vni uerſale. & cōmutatim proportionari cōpetere videtur numeris vt numeri ſunt, lineis vt lineę, ſolidis vt ſolida, tēporibus deniq; vt tē pora. Quēadmodū olim demonſtrabatur ſeorſum, quod tamen de oībus vna demōſtratione demōſtrari pōt. Sed quia nō eſt ſuperius aliquod noīatum, ſecundū quod hæc omnia, numeri inq̄, longitu= dines, ſolida, & tēpora vnum ſint, & ſpecie differāt, ideo ſeorſum fu mebantur. Nunc aūt vniuerſale mōſtratur, Nam cōmutatim pro portionari non inerat lineis, ſecundū quod lineæ ſunt, neq; nume= ris ſecundum quod numeri ſunt, ſed ſecundū hoc quod vniuerſali ter his ineſſe cūctis ſupponiꝫ. Et propter eandē cauſam, ſi quis vnū quemq; triangulum, Iſopleurum inq̄, Iſoſcelem, & Scalenon, aut vna, aut diuerſis demonſtrationibus tres ęquales duobus rectis ha bere oſtendit, nondū profecto triangulū ſcit duobus rectis ęquales habere, niſi ſophiſtico modo, Neq; de triāgulo id vniuerſaliter ſcit, q̄uis nullus præter iſtos triangulus ſit. Nam non ſecundum quod triangulus agnouit, nec omni triangulo ratione formę, ſed ratione numeri ineſſe agnouit. Quāuis nullus eſt triangulus quē ipſe non ſcit duobus rectis æquales habere. Quando igitur nō ſcit vniuerſa liter, & quando vniuerſaliter ſcit, manifeſtū eſt. Quoniā ſi eadē fue rit ratio triāguli & Iſopleuri, aut cuiuſlibet alterius, aut oīum, vni uerſaliter ſcit. Si verò nō eadē eſt, ſed diuerſa, atq; habere tres ęqua les duobus rectis, cōpetit vnicuiq; ſecundum quod triangulus eſt, non vniuerſaliter ſcit. Patebit aūt vtrum id cōpetit alicui ſecūdum quod triangulus, vel ſecundum quod Iſoſceles, & an illi de quo de monſtratur primò & vniuerſaliter cōpetat, Nam illi primò & vni uerſaliter cōpetit, Quo poſito, ponitur: & quo ablato, primò auferꝫ tur, vt habere tres, neq; æquicruro, neq; figurę, ſed triāgulo primo

Secundus error Tertius.

Exemplum ter= tij erroris.

Exemplum pri= mi erroris.

Exemplum ſecū di erroris.

Documētum ad cognoſcēdū ter= minū cui primū paſsio cōpetat.

& vniuerſaliter ineſt, Nam & huius eſt vniuerſalis demõſtratio.

Tertius tractatus ex quibus & qualibus eſt demonſtratio.

Primum capitulum, quòd demonſtratio eſt ex propoſitionibus neceſſarijs, & per ſe.

Cap. 6m

Quòd demõſtratio ex his ẽ quæ ſunt per ſe. Vt rectũ uel curuum, par uel impar, aut alia paſſio ex oppoſitis complexa.

Quòd demõſtr. eſt ex neceſſarijs Ratio.

SIcut igitur demonſtratiua ſcientia eſt ex principijs neceſſarijs. Quod enim ſcitur, non poteſt aliter ſe habere, ea autem quę per ſe inſunt, neceſſariò inſunt. Nam quædam inſunt in eorũ ratione quibus competũt, quædam verò in ſua ratione habẽt ea quibus inſunt, velut oppoſita quorum alterum ineſſe neceſſe eſt. Patet, ex huiuſmodi per ſe demonſtratio nẽ conſtare. Omne nanq; quod ineſt, aut per ſe ineſt, aut per accidens, Accidentia verò nõ neceſſario inſunt. Aut igitur tanq̃ principium ſupponatur, ex neceſſarijs eſſe demonſtrationẽ, aut vt dictũ eſt oſtendatur. Si enim quod demonſtratur aliter ſeſe habere non poteſt, ex neceſſarijs demonſtrationẽ cõſtare oportet. Porrò ex veris, vel non demonſtrationẽ cõſtituere ſyllogiſmum contingit, ſed ex neceſſarijs nullũ, niſi demonſtrationẽ, Idipſum enim demonſtrationis proprium. Signo quoq; idem patet, quoniam contra eos qui demonſtrare putant inſtantiam ferimus, aut diſputationis cauſa cõtendentes, aut omnino opinantes eos nõ ex neceſſarijs ſyllogiſare. Ex quibus etiã patet, eos profecto ſtultos eſſe, qui principia bene ſumere putãt, ſi probabiles ſcitum ſint propoſitiones atq; veræ, vti ſophiſtæ dicentes ſcire eſſe ſcientiã habere. Non aũt ideo propoſitio principiũ eſt, quia probabilis, aut non probabilis, ſed quia prima eſt in eo genere circa quod verſatur demonſtratio, modo nõ oẽ verum eſt primũ & propriũ. Atq; demonſtrationẽ ex neceſſarijs eſſe ex his patet, nã ſi quis non ſcit propter quid eius cuius eſt demonſtratio, minime eſt ſciens. At ſi quis ex non neceſſarijs ad neceſſarium ſyllogiſmũ extruat, non ſcit propter quid, cum non ſciat illud ob ipſum mediũ, Nã mediũ ipſum poteſt non eſſe, concluſio aũt eſt neceſſaria. Præterea ſi quis nunc neſcit, rationẽ habens, & ſaluus, re ſalua, neq; rei oblitus, is neq; prius ſciebat. Corrũpetur aũt mediũ niſi ſit neceſſariũ, quo corrupto rationẽ habẽs eandẽ, ſaluus, re ſalua, neq; rei oblitus, concluſionẽ neſciet, quare neq; prius ſciuit. Cõtingit igitur concluſionẽ neceſſariam per mediũ non neceſſarium ſyllogiſari, ſicut verũ ex non veris. Cum aũt mediũ eſt neceſſariũ, concluſionẽ neceſſariã eſſe oportet, Sicut ſi mediũ verũ ſit, cõcluſionẽ eſſe veram. Cum igitur quod demõſtratiue quiſpiam ſcit, neceſſariũ oportet eſſe, conſtat & per medium neceſſariũ demõſtrationẽ illius

Antiqua habet quoniam & ſcire ſcitũ eſt habere.

Alia ratio.

Epilogus.

illius haberi, aut nõ ſciet, Neq; enim propter quid ſciet, neq; quia, ſed aut arbitratur ſe ſcire, neſciens tamẽ, ſi vt neceſſarium putauerit quod non eſt neceſſarium, aut nec arbitrabitur quidem ſe ſcire. Similiter autem medium neceſſariũ eſſe oportet, ſiue quia eſt per mediata, ſiue propter quid per immediata quis ſciuerit.

Secunda pars, quòd demonſtratio non ex his quæ ſunt per accidens, aut ex extraneis.

ACcidentium aũt eorum quæ per ſe non inſunt, quẽadmodum per ſe definiuimus, non eſt ſcientia demõſtratiua. Non enim ex neceſſarijs contingit monſtrare concluſionem. Nam accidẽs, de quo modò loquimur, poteſt nõ ĩeſſe. At dubitabit fortaſſe aliquis, quare de his interrogare oportet, ſi nõ eſt neceſſe cõcluſionẽ eſſe ex ipſis. Nihil enim refert, ſi quis interrogatus contingẽtia concedat, & poſtea concluſionẽ, cum ex contingentibus non monſtretur concluſio. Interrogantur aũt contingentia, Non vt eis conceſſis cõcluſio demonſtratiue ſciatur, ſed quia ipſis conceſſis neceſſe eſt concluſionem concedere, & verã dicere, ſi illa vera ſint. Quoniam aũt ea

Cap. 7m

quę per ſe inſunt, ex neceſſitate inſunt, & ſecũdum quod ipſum, manifeſtum demonſtrationẽ ex his quæ per ſe inſunt, & nõ ſecundum accidens conſtitui. Accidentia nanq; non ſunt neceſſaria, quare ex eis non ſcietur cõcluſio propter quid. Neq; ſi ſemper ſint, nõ enim per ſe ſunt, cuius rei indiciũ ſunt, qui ex ſignis procedũt ſyllogiſmi. Ex huiuſmodi enim non ſcitur cõcluſio per ſe, & propter quid. Propter quid enim ſcire, eſt per cauſam ſcire. Per ſe ergo medium tertio, & primum medio ineſſe oportet. Non igitur fieri poteſt, vt ex alio genere in aliud genus deſcendens quiſq̃ demonſtret, vt ex Geometria in Arithmeticã. Tria enim ſunt in demonſtrationibus. Primum quidẽ id quod demõſtratur ineſſe per ſe alicui generi. Secundum dignitates, ex quibus eſt demõſtratio. Tertiũ eſt genus ipſum ſubiectum, cuius paſſiones & per ſe accidentia demonſtratio oſtẽdit. Contingit igitur per eadem in pluribus ſcientijs demonſtrare. Non aũt in his quorũ genus diuerſum eſt, vt Arithmetica & Geometria. Non enim cõtingit Arithmetica demõſtratione de magnitudinibus quicq̃ demõſtrare, niſi & ipſæ magnitudines ſint numeri. Quo aũt modo per eadẽ contingit in pluribus ſcientijs demonſtrare, poſterius explicabitur. Arithmetica autem demonſtratio, & vnaquęq; cæterarũ ſemper habet genus propriũ, circa quod verſatur. Quocirca ſi quis aliquo pacto debeat deſcendere de genere in

Obiectio.

Quòd demonſtratio nõ eſt ex his quæ ſunt per accidens.

Quòd demonſtratio nõ eſt ex extraneis. Tria ad demonſtrationem concurrunt.

In quibus contingit de genere in genus deſcendere

genus, necesse ē genus aut simpliciter idē esse, aut aliquo modo, Ex eodē enim genere extrema & media necesse est esse, alioqui accidē tia erunt. Quapropter non est Geometriæ demonstrare, contrario *Corollarium.* rū eandē esse scientiā, aut duos cubos esse vnū cubum, aut cuiusq; alterius, id quod ad aliam pertinet, nisi sic se habeāt ad inuicem, vt altera sub altera collocetur, vt Musica sub Arithmetica. Neq; est Geometriæ demonstrare, lineis ineſſe ea accidentia, quæ eis non cō petunt vt lineæ, & ratione propriorū principiorū, veluti quòd pul cherrima linearum est recta, aut quòd contrario modo se habet ad lineam circularē. Non enim hæc ratione proprij generis ipsarum, sed cuiusdam communis competunt.

Tertia pars, quòd demōstratio est perpetuorum, ingenerabilium, & incorruptibilium, & ex proprijs.

Auctoritas. MAnifestum autem est, si demonstratio ex vniuersalibus sit, conclusionem demonstrationis perpetuam esse. Non est igitur corruptibilium demonstratio neque scientia simpliciter, sed tanq; per accidens, eò quòd ipsorum solum est demonstratio & scientia aliquando & quodammodo. Cum autem sic sit, necesse est præmissarum alteram nō vniuersalem esse, sed corruptibilem. Similiter & sic se habet in definitionibus. Incorruptibilium enim sunt, cum definitio principium sit demonstrationis, aut demonstra tio positione differens, aut quædam demonstrationis conclusio. Eorum quoq; quæ sæpe fiunt, demonstrationes sunt & scientiæ, vt defectionis lunæ. Ideo manifestum est, ea secundum quod ipso rum est scientia vel demonstratio, semper esse. In quantum au tem non semper sunt, particularia sunt. Et sicut est in defectione lu næ, ita est in alijs. Quoniam nō potest fieri demonstratio eius quod *Quòd demon- stratio nō erit ex simplicibus.* alicui competit secundum quod ipsum, nisi ex proprijs principijs. Ideo non oportet scientiam esse, & si ex veris, & indemonstrabili bus ac immediatis demonstretur. Contingeret enim sic quippiam ostendere, perinde ac Brisso quadraturam circuli demonstrabat p communia quædam, quæ ad alterius generis res accōmodari pos sunt. Quare per huiusmodi communia res, non vt ipsa est, sed per accidens, scietur. Quando enim res vt ipsa est scitur, non potest de monstratio ad aliquid alterius generis accōmodari. Si ergo per se quippiam alicui cōpetat, necesse est medium in eadem proximitate esse cū extremis. Quòd si mediū huiusmodi nō sit, sed sicut cū mu sica demonstrat per arithmeticæ principia & machinatiua & pro spectiua

spectiua. Per principia geometriæ demonstratio quidem erit, nō ta men propter quid, sed quia. Nam quia est ostendere ad aliam sci entiam attinet, cuius subiectum genus diuersum est. Ipsum autē p pter quid ostēdere, superioris est, cuius per se sunt passiones & affe ctus. Ex dictis manifestum est, quòd nullius est scientiæ sua propria *Nulla scientiæ demōstrāt suæ principia.* principia demonstrare. Quāuis enim propria principia aliqua cō munia habeāt, illa erunt principia scientię, quæ domina est omniū *Metaphysica domina omniū scientiarum.* scientiarum & maxime scientia. Procedit enim ex prioribus causis, & quę non sunt aliquorum effectus. Magis autē scit, qui ex superio ribus causis scit. Difficile autē est cognoscere, an quis sciat, nec ne. Arduum enim est intelligere, an ex proprijs quis sciat, an cōmuni bus. Putamus aūt sæpenumero scire, cū ex veris & primis rationē habemus, qđ tamen nō est ita, quū principia esse propria oporteat.

Cap. 8.m Secundum caput de principijs communibus & proprijs.

Definitio princi piorum. DIco autem principia in vnoquoque genere, quæ quòd sint non contingit demonstrare. Quid igitur principia significent, & ea quæ ex ipsis colliguntur, præsupponen dum, Vt quid vnitas, quid magnitudo, quid rectum, & quid triangulus, Et principia ipsa esse pręcognoscere oportet, Vt vnitatem vel magnitudinem esse, Ea verò quæ ex principijs dedu cuntur, demonstrare. Eorum aūt quibus in demonstratiuis scientijs *Diuisio princi piorum.* vtimur, alia quidem propria principia, vt lineam esse longitudinē Alia verò communia, & his vtimur secūdum quòd cuiusq; scientiæ subiecto congruūt, vt si ab æqualibus æqualia demas, remanētia æqualia esse, quo geometer pro quāto magnitudinibus, arithmeti cus verò quatenus numeris cōpetit, vtitur. Sunt & ea propria quę præsupponuntur esse, & quibus vnaquæq; scientia demonstrat pas siones pprias inesse, vt arithmetica vnitates, geometria verò pun cta & lineas præsupponit esse, & quid nomina significēt. De passio nibus autem horū præsupponunt quidem quid significēt, vt arith metica quid par, quid impar, quid quadratū, quid cubus: & geome tria qd irrationabile, aut īflecti, aut cōcurrere. Quòd aūt īsint ex *Circa tria ver- satur scientia de- monstratiua.* communibus & proprijs, demonstrant. Omnis enim demonstrati ua scientia circa tria versatur, quæ quidem sunt subiectum de quo passiones demonstrātur: dignitates communes, ex quibus tanq; ex primis fit demōstratio: & passiones, de quarū vnaquaq; quid signi ficet præsupponitur. Quædā tamen scientiæ nō præsupponūt sub iecta esse, eò quòd notum sit ea esse. Nō enim similiter manifestum

est, quod numerus sit, & quod calidũ sit aut frigidũ. De quibusdã autem passionibus non præsupponere oportet quid significent, si hoc sit manifestum, sicut nec de principijs cõmunibus. Verũtamẽ prædicta secundũ naturã tria in qualibet scientia sunt. Non est aũt suppositio, nec postulatio dignitas, quã & propter se esse, & videri necesse est. Nam si exteriori oratione, non tamẽ interiore, cõtra eã instare contingit, Demonstratio autẽ non ad extremam loquutionem, sed ad internam intellectualemq; pertinet, quẽadmodum & syllogismus. Quæcunq; igitur propositio demonstrabilis non demonstrata accipitur, si discenti videatur, suppositio est, non absolute quidem, sed ad ipsum. Si verò ei nõ videatur, aut contrariũ opinetur, petitio dicetur seu postulatio. Hòcq; inter suppositionem & postulationem interest. Est enim postulatio, quod est contrariũ opinioni discentis: aut quodcunq; demonstrabile, quo non demonstrato quis vtitur. Definitiones igitur, cũ neq; affirmationes sint, neq; negationes, nõ esse suppositiones patet. Suppositiones nãq; propositiones sunt. Præterea definitiones intelligere solum oportet, sed id nõ est suppositio, nisi & audire quis suppositionẽ dixerit. Non sunt enim suppositiones, quibus nullus assentit: sed quibus positis, cò q posita sunt, sequitẽ cõclusio. Neq; Geometra falsa supponit, vt quidam affirmant, dicentes demonstrãtem nõ fallis posse vti suppositionibus, Geometrã verò falsa supponere, designatã lineã nũc pedalem nunc rectã esse dicentẽ, quæ tamen neq; recta neq; pedalis est. Nam Geometra nihil ex hac linea posita concludit, sed ex illa quæ per eã significatur. Insuper omnis postulatio & suppositio aut vniuersalis est aut particularis. Definitio aũt nec vniuersalis nec particularis. Nõ necesse est aũt ad demonstrationẽ, speciẽ esse quid vnũ extra multa, q̃uis necesse sit esse vnũ qd̃ vere natũ sit de multis dici. Nisi enim hoc esset, nõ esset vniuersale: sed si vniuersale non sit, non erit mediũ, quare nec demonstratio. Oportet itaq; aliquid esse vnum & idem, non æquiuocum, de multis prædicabile.

Quid dignitas. Dignitas nõ est suppositio aut postulatio.

Quid suppositio.

Quid petitio seu postulatio.

Differẽtia inter suppõnẽ & petitionem.

Quòd definitio nõ est suppositio. i def. correspõdet intellectui simplici. Demonstrator nõ utitur falsis suppositionibus.

Reijcit Ideas à singu. abiũctas.

Secunda pars ostendit quomodo demonstrator vtitur principijs communibus.

NVlla demonstratio vna sumit id principium, Non contingit idem simul affirmare & negare, nisi opus sit vt cõclusio hoc etiam modo demonstretur. Quod quidem erit, quando maior extremitas affirmatur de medio, & eius oppositum negatur ab eodẽ. Et nõ refert siue sumatur pro medio aliquid affirmatum atq; negatum

significat aliqd alicui inesse & eius oppos. cidẽ non inesse.

tum, siue etiam minor extremitas. Cuius causa est, quia maior extremitas non solum de medio dicitur, sed & de alio. Quare nihil ad conclusionem refert, siue medium & affirmatum & non affirmatũ ponatur. Hoc aũt principiũ, de vnoquoq; aut affirmatio aut negatio vera, sumit ea demõstratio, qua deducitur ad impossibile. Nec tamen semper in sua communitate, sed quoad satis est generi circa quod demonstrationes asseruntur, vt prius dictũ est. Communicãt aũt oẽs scientię in principijs cõmunibus. Communia autem sunt, q̃ bus vtuntur tanq̃ ex ipsis demonstrantes, & non de quibus, neque quę demonstrant. Et dialectica quidẽ oĩbus conuenit, & si qua alia scientia vniuersaliter ostendere etiam nitatur. Velut omne necesse est aut affirmare aut negare: vel ab q̃qualibus demptis q̃qualibus, æqualia esse ea quæ restant. Sed dialectica non est sic quorundam determinatorum, neq; alicuius generis determinati, nõ enim interrogaret. Demonstranti enim non opus est interrogare propter id quod ex oppositis idem monstrari nõ potest. Si idem est interrogatio syllogistica, & propositio contradictionis, Propositiones autem vnicuiq; scientiæ propriæ sunt, ex quibus propria cuiusq; cõficitur ratiocinatio, necesse est in vnaquaq; scientia proprias esse interrogationes. Patet ergo, non oẽm interrogationem Geometricã esse, neq; medicinalem: pari modo in cæteris sciẽtijs. Sed ea est Geometrica, ex qua aliquid eorum, quorum est Geometria, demõstratur: aut quę ex his demonstratur, ex quibus Geometria demonstrat, vt ea quæ in Perspectiua ostenditur, & in cæteris scientijs similiter, & de hac sumenda est ratio ex Geometricis principijs & conclusionibus. Sed Geometer, secundũ quod Geometer, de suis principijs nõ habet rationem reddere, neq; quicunq; artifex alius. Nec igitur ad artificem quemq; quæuis interrogare, nec ad interrogationem omnem respondere, Sed ad ea duntaxat, quæ in scientia sua determinata sunt. Quare si quispiam cũ Geometra, secundum quod Geometra, ex his quæ sunt Geometriæ disputauerit, bene disputat, Si verò non, non bene: neq; redarguet Geometram, nisi per accidẽs. Quamobrem inter ignaros Geometriæ, de Geometria minime est differendum. Latebit enim is qui male disputauerit, & in cæteris sciẽtijs similiter. Cũ aũt sint quædam interrogationes Geometriæ, sunt ne & aliquę non Geometricę? Et interrogationes quę sunt secundum Geometriæ ignorantiã, sunt ne Geometricæ? & in qualibet scientia similiter. Et vter dicendus est syllogismus ignorantiæ? an

De principijs in quibus oẽs scientiæ conueniunt. Dialectica & metaphysica cõmunes.

Cap. 9.

Quælibet scientia habet suas p̃prias interrogationes.

Corollarium.

Auctoritas.

Corollarium.

Corollarium.

Corollarium.

Prima quæstio.

Secunda.

Tertia.

Solutio quæſti. an qui ex oppoſitis ſit principiorũ, an qui eſt paralogiſmus. At non Geometricæ interrogationes ſunt, aut ex Geometria, aut ex alia arte. Nam muſica quidem interrogatio non Geometrica eſt. Opinari verò parallelas concurrere, quodãmodo Geometrica, quodammodo nõ. Dupliciter enim dicitur nõ geometricũ, ſicut arythmõ. Vno modo, quia nihil habet ex Geometria, Altero quidẽ modo, quia aliquid ex ea praue habet, ſiue cõplectitur. Atq; hæc ignorantia, quę eſt ex Geometrię principijs prauę habitis, cõtraria eſt Geometriæ. In mathematicis aũt non ſimiliter fit paralogiſmus, vt in dialecticis. Nam medium ſemper bis ſumitur, Etenim alterũ extremorum de ipſo vniuerſaliter, & ipſum de reliquo prædicatur, atq; prædicatum non dicitur omne. Hæc autem in mathematicis q̃ facillime intellectu perſpiciũtur, In dialecticis autẽ rationibus latet, vtrum omnis circulus eſt figura, ſed ſi mẽte deſignet circulus, manifeſtum erit. Quòd ſi vltra interroget, ſunt ne carmina circulus manifeſtum erit quoniam non ſunt. Atq; in mathematicis non contingit ferre inſtantiam, quæ ſit propoſitio inductiua. Sicut enim in mathematicis non eſt præmiſſa niſi vniuerſalis, ita nec inſtantia. Nam inſtantia poteſt fieri præmiſſa, ſiue in demonſtratiuis, ſiue in dialecticis. Cõtingit autem, vt quidam vitioſe ſyllogiſent, eò quòd medium ſumitur conſequens ad vtrunq; extremorum, vt Cæneus concludens, ignem multiplicata ratione gigni, ex his: quod multiplicata ratione gignitur, celerrime gignitur, & ignis celerrime gignitur, verũ hoc modo vitioſus eſt ſyllogiſmus. Sed ſi omne quod celerrime gignitur, multiplicata ratione gignitur, & ignis celerrime gignitur, ſequetur ignem multiplicata gigni ratione. Aliquando igitur ex præmiſſis ſumptis non contingit ſyllogiſare, aliquando verò contingit, ſed non videtur. Quòd ſi impoſſibile eſſet ex falſis verum oſtendere, facile eſſet concluſionem reſoluere in præmiſſas, ex quibus monſtrari poſſet. Neceſſariò enim conuerteretur cũ præmiſſis in veritate. Quare ſi concluſio aliqua, vt a ſit vera, & illa uera erunt, quæ noui præmiſſas ad a, ex quibus concluſio ipſa mõſtrari poterit. Sed cum in Mathematicis magis concluſio conuertitur cum prẽmiſſis, eò quòd definitiones aſſumũtur, & non accidentia, illic facilior reſolutio erit, & in hoc quoq; à dialecticis differũt. Augentur autem demonſtrationes non per media, ſed in poſt ſumendo, & hoc vſq; ad indiuidua, quæ infinita ſunt, & etiam in latus, Vt ſit a, id eſt, maior extremitas finitum vel infinitum, b verò id eſt

Dupliciter accipitur nõ geometricum.

Arythmon dicitur qđ aut nullã, aut prauã habet conſonantiã

Differẽtia inter mathematica & dialectica.

Alia differentia inductiua uideli cet particular.

Notabile.

Corollarium.

Tertia differẽt.

Quarta differẽ.

id eſt, medium numerus quantus, c, i, minor extremitas numerus impar, Concludetur ergo a de c per b. Et rurſus ſit d idem medium numerus quantus, & e minor extremitas numerus, Cõcludetur ergo a de e per d.

Cap. 10m Quartus tractatus de demõſtratione propter quid & quia.

Differẽtia demõſtrationis ꝓpter quid à demõſtratione quia.

Differt autem ſcire quia eſt, & propter quid eſt. Primõ quidem in eâdem ſcientia dupliciter. Vno modo, ſi per cauſas, ſed non immediatas, fiat demõſtratio. Scire enim propter quid, eſt cognoſcere per primã cauſam. Alio autem modo, ſi per immediata demonſtratio fiat, non tamen per cauſas, ſed per conuertibilia notiora. Nihil enim prohibet eorũ quæ conuertuntur, notius interdũ eſſe id, qđ non eſt cauſa, Quare per id demonſtratio erit, vt in hac demonſtratione. Quæcunq; non ſcintillant prope ſunt, planetæ ſunt quæ non ſcintillant, planetæ igitur prope ſunt. Hęc enim demõſtratio (cuius maior aut ſenſu, aut inductiõe cognoſcitur) nõ propter quid eſt, ſed quia. Nam non ex eo, quia non ſcintillant, prope ſunt, ſed quia prope ſunt non ſcintillant. Si autẽ ſic fiat demonſtratio, Quęcunq; prope ſunt non ſcintillant, planetæ prope ſunt, ergo nõ ſcintillant, erit propter quid, Accepta enim eſt pro medio cauſa prima. Et item in hac, Oẽ quod ſuſcipit incrementa luminis rotunda, eſt circularis figuræ, luna eſt huiuſmodi, igitur luna eſt circularis figuræ, quæ eſt demonſtratio quia. Econuerſo aũt poſito medio, erit propter quid. Non enim luna propter ipſius incremẽta circularis eſt, ſed quia circularis, huiuſmodi recipit incrementa. Etiam fit demõſtratio quia, per effectum non conuertibilẽ, notiorẽ tamen, & prẽterea per medium quod extra ponitur, (Vt ſi demonſtretur paries non reſpirare, quia non eſt aĩal) Illud enim non eſt cauſa, Quia ſi non eſſe aĩal eſſet cauſa non reſpirandi, eſſe animal eſſet cauſa reſpirandi. Nã ſi negatio eſt cauſa ipſius non eſſe, & affirmatio erit cauſa eſſe, & ecõtrario. Vt ſi calidorũ ac frigidorum intemperatio cauſa ſit ſanitatẽ non habendi, eorundẽ temperatio ſanitatẽ habendi cauſa erit. Demonſtratio aũt, quę fit per huiuſmodi cauſam non propinquã, in ſe cũcta fiet figura, vt omne reſpirãs eſt animal, nullus paries eſt animal, ergo nullus paries eſt reſpirãs. Sũt aũt tales cauſæ tranſcẽdentes, & multũ diſtãtes, ſicut & in illo Anacharſidis, qui interrogatus quare in Scythia nõ ſunt ſibulatores, reſpõdit quia neq; vites illic ſunt. In eâdem ergo ſcientia demonſtratio quia eſt, & demõſtratio propter

Auctoritas.

propter quid, differũt mediorũ positione. Alio aũt modo differũt, eò quòd in diuersis siũt scientijs, quarũ vna sub altera est, vt Perspectiua sub Geometria, & Musica sub Arithmetica, & machinatiua sub Stereometria, & apparentiũ scientia sub astrologia. Et istarum scientiarum plæræq; nomine conueniunt, vt astrologia est & ea quę est Mathematica, & ea quę naualis est. Similiter Musica est & ea quæ Mathematica est, & ea quæ auditum oblectat. Hic enim ipsum, quia est, per sensum cognoscitur. Propter quid verò Mathematici per demonstrationem ex causis perspiciunt, multotiens ipsum quia est ignorantes. Quemadmodũ illi, qui vniuersale cõsiderant, sæpe nonnulla singularium (quia non aduertunt) ignorãt. Hę aũt scientiæ propter quid considerantes sunt, quæ formis ipsis vtuntur, atq; sunt alia secundũ substantiam. Mathematicæ nanq; scientię sunt circa formas. De nullo enim subiecto dicuntur. Nam & si geometrica sunt in subiecto, nõ tamẽ vt in subiecto sunt, Geometricæ considerationi subijciuntur. Habet aũt se scientia de iride ad perspectiuã, sicut perspectiua ipsa ad Geometriã. Nam de iride scire quia est, ipsius Physici est, propter quid verò perspectiui, aut simpliciter, aut alicuius qui Mathematicus est. Cõplures etiã scientiarum, quarum neutra sub altera ponitur, pari modo se habent, vt Medicina & Geometria. Scire enim q̃ vulnera circularia tardius sanantur, Medici est: propter quid autem, Geometræ.

Stereometria est scientia solidorũ. Astrologia mathematica ẽ quæ in cognitione rationis posita, & similiter & musica mathemati.

Cap. 11.m

Quintus tractatus ostendit, quæ figurarum maxime facit scire.

Prima figura maxime facit scire.

PRima figura maxime ad scientiam accommodatur. Nam mathematicę scientiæ, vt Arithmetica, Geometria, & Perspectiua per hanc demonstrãt, atq; etiam omnes fere scientiæ, quæ propter quid considerant. Semper enim aut persępe demõstratio propter quid in hac figura fit, Quare hæc figura maxime scire facit. Proprijssimus enim sciendi modus est, propter quid speculari. Prętera scientia ipsius quid est, per hanc solam figurã acquiritur. In media enim figura affirmatiue non fit syllogismus, Ipsius verò quid est scientia affirmationis est. In tertia autem figura fit quidem affirmatiuus, non tamen vniuersalis, sed ipsa definitione vniuersaliter dicitur, Non enim particulariter, homo est animal bipes. Amplius prima figura non indiget alijs, Aliæ verò densantur per hanc, & augmentantur quousque ad immediata deueniatur. Sicut autem prædicatum aliquod potest immediate inesse subiecto, ita & aliquod potest

Alia probatio.

potest immediate inesse subiecto, ita & aliquod potest immediate non inesse alicui. Dico autem immediate inesse, vel nõ inesse, cum inter prædicatum atq; subiectum nullũ est medium. Sic enim prædicatum non competit subiecto secũdum aliud. Cum itaq; vtrunq; extremum, aut alterum in aliquo toto est, in quo reliquum non inest, tum non continget prædicatum immediate à subiecto negari, Ipsum enim totum pro medio assumitur ad cõcludendum in secunda figura alterum alteri non inesse. Quòd autem possibile sit alterum esse in aliquo toto, in quo reliquum non est, manifestum erit ex prædicamentorum coordinationibus, quæ inter se non miscentur. Permiscerentur autem, nisi dabilis esset propositio, cuius alterum extremum in aliquo toto est, in quo reliquum non est. Si verò neutrum extremum sit in aliquo, & propositio sit negatiua, necesse est prædicatum immediate negari à subiecto. Si enim medium aliquod esset, aut in prima erit syllogismus, aut in secunda. Siquidem igitur in prima figura, subiectum erit in aliquo toto, cũ minorem oporteat esse affirmatiuam. Si verò in secunda, vtrumlibet extremorum contingit esse in aliquo toto, cum vtramlibet præmissarum in secunda figura possibile sit esse affirmatiuam, licet non vtramq;: ambæ verò propositiones si fuerint negatiuæ, non erit syllogismus.

De propositionibus immediatis negatiuis.

Cap. 12.m

Sextus tractatus de syllogismo ignorantiæ.

Quid ignorantia prauæ dispositionis.

IGnorantia, non secundũ negationem, sed secundum dispositionẽ dicta, est quidẽ per syllogismũ facta deceptio. Dupliciter autem tam circa mediatas, q̃ immediatas, siue affirmatiuas, siue negatiuas, cõtinget secundum dispositionẽ ignorantia. Aut enim simpliciter, aut per syllogismũ talem quis consequitur opinionem. Simplicis quidem opinionis simplex est deceptio: eius aũt quæ est per syllogismum, deceptiones plures. Nam ignorantiæ syllogismo falsum infertur, & ex vtraq; falsa, & ex altera tantum. Ex vniuersalibus quidem propositionibus tã in prima q̃ in secunda figuris, qualitercũq; in falsitate sese habeãt, vniuersalis immediate falsa colligi potest, & affirmatiua & negatiua: nisi aut in primo modo primæ figuræ maior in toto falsa fuerit, & minor vera (Sic enim cõclusionis subiectũ in aliquo toto erit, cui nõ cõpeter prędicatũ; Quocirca cõclusio falsa quidẽ erit, immediata aũt non erit) aut in vniuersalibus modis secundę figurę, ambæ præmissæ in toto sint falsæ. Nam

Prima conclusio.

Conclusio secunda.

tunc cū ex earum contrarijs eadem conclusio colligi poterit, ipsa vera erit non falsa. Cōclusio verò vniuersalis mediate falsa, siue affirmatiua, siue negatiua colligitur in prima figura, nō ex vtraq; falsa, sed maiore solum, si mediū proprium accipiatur. Dicitur aūt medium proprium, per quod fit contradictionis syllogismus. Si enim medium sit propriū, minor vera erit: cum necesse sit eam affirmatiuam esse, atq; eandem manere, quando cōclusionis oppositū concluditur. Maiorem aūt in oppositam qualitatem conuerti oportet:

Tertia cōclusio.

idem eueniet & si medium ex alio sit ordine. Conclusio aūt vniuersalis mediate falsa per medium non propriū, quod quidem sub maiore extremitate est, colligitur in prima figura, si sit negatiua ex vtrisq; falsis, & si affirmatiua ex maiore vera & minore falsa. Quòd si medium nō propriū sub maiore extremitate nō fuerit, negatiue quidē concludet ex maiore vera & minore falsa, Affirmatiue autē ex vtraq; falsa, vel maiore tantū. Conclusio aūt mediate falsa, in secunda figura ex ambabus in toto falsis inferri non potest. Nā cum subiectum conclusionis sit sub prędicato, non potest idem vni extremorū inesse omni, Alteri verò nulli. Ex altera autē falsa potest,

Cap. 14m

Conclusio.

Secundum caput de ignorantia puræ negationis.

MAnifestū est aūt, q̄ deficiente sensu, necesse est & scientiā sensibilis deficere. Nam oē quod addiscimus, vel inductione discimus, vel demonstratiōe. Est aūt demōstratio ex vniuersalibus, Inductio quidē ex particularibus: sed

Per abstracta intelligit mathematicalia.

vniuersalia impossibile est cognoscere, nisi per inductionē. Nā & ea quę abstracta dicuntur, erunt per inductionē nota, si quis voluerit ostēdere ea inesse, quia reuera separatim cōsistere nō possunt. Inducere aūt nō habētes sensum, est impossibile. Ipsorū enim singulariū sensus est. Igitur deficiēte sensu, nō potest haberi scientia sensibilis.

Auctoritas.

Neq; n. ex vniuersalib⁹ sine inductiōe, neq; ex inductiōe sine sensu.

Septimus tractatus, de statu in medijs & extremis demōstrationis.

Cap. 15m

Cuius primum capitulum continet quasdam suppositiones & quæstiones.

Prima suppositio.

OMnis autē syllogismus constat ex tribus terminis. Atq; alius est affirmatiuus ostendens aliquid alteri inesse per utrāq; affirmatiuā, Alius autē negatiuus, cuius alteram necesse est negatiuam esse, alteram vero affirmatiuam.

Secunda.

Et hæ quidem suppositiones sunt & principia, ex quibus per medium ostendi poterit quæcunq; propositio mediata. Dialectice itaq; syllogisantibus considerandum, si ex ꝯ maxime probabilibus conficiatur

ficiatur syllogismus. Quare se assumāt aliquam propositionem re

Quarta suppō.

uera mediatam, quæ tamen immediata videtur dialectice syllogisant. Volentibus verò demonstrare, syllogisandum ex his quę vera sunt & immediata. Est aūt aliquid quod de alio non per accidēs prędicatur. Atq; per accidens dico, veluti cum dicimus, album est homo, non perinde dicentes, atq; cum dicimus, homo est albus. Homo enim non secūdum aliud est albus, album verò est homo, quoniam accidit homini esse albū. Quare aliqua sunt huiusmodi quæ per se prædicantur. Sit ergo aliquid quod de nullo alio prædicat, quęrendum, an contingat super ipsum ascendere, sumendo infinita

Prima quæstio.

prædicata, an necesse sit stare in aliquo? Et iterum, si sit aliquid de

Secunda quæstio

quo nihil prędicatur, an sub ipso contingat descendere ad infinita

Tertia quæstio.

subiecta, an & hic necesse est stare? Amplius esto qd̄ extrema finita sint, nunquid contingat media infinita esse? Est aūt illud considera

Solutio tertiæ quæstionis.

re idem, ac si consideretur an demonstrationes in infinitum procedant, & si cuiuslibet rei sit demonstratio, an non. Possunt aut & hæ quæstiones formari in negatiuis syllogismis & propositionibus, vt si aliquod prædicatū remoueatur ab aliquo, quæret quispiam. An prius ab alio remoueri contingat? & sic consequenter in infinitum, an sit stare in aliquo, sed non similiter formantur in conuertibilibus. In his enim quæ cōuertuntur non datur primū nec vltimum. Omnia enim similiter se habent, nisi quòd non similiter conuertātur. Sed hoc quidem sicut per accidēs dicitur, Illud verò sicut quod natum est prædicari. Manifestum est, si in sursum & deorsum procedendo sit status, media non esse infinita. Dico autem sursum, quod magis vniuersale est, Deorsum aūt, quod particulare est. Si enim vnum de altero prædicetur, & media sint infinita, necesse erit infinita pertransire, anteq̄ de vno extremo deueniatur ad alterū. Cum ergo impossibile sit infinita transire, manifestum est, quòd impossibile est media esse infinita. Neq; quicq̄ refert, si dicatur q̄ mediorū aliqua sint contigua, aliqua verò non. Nam quouis medio, siue statim siue non statim, sumpto ab ipso, aut erunt infinita, sursum progrediēdo, aut deorsum. Manifestum est, in negatiua demonstratione in infinitum non progredi, si in affirmatiua, aut ab vltimo versus primum, aut primo versus vltimum, in infinitū non progredia-

Cap. 16

Cap. 17m.

Remotio obie.

tur. (Vltimum aūt dico, quod de nullo rationē prędicati habet, sed subiecti tantummodo. Primum verò, id quod nō subijcitur alicui, sed de alio solum dicitur) Negatiua nanq; tripliciter ostenditur.

Quid ultimum. Quid primum.

Quomodo negatiua mediata reducitur ad immediatã in prima figura.

Aut enim in prima figura,& tunc minor ſi fit mediata,in immediatã neceſſariò reducetur, Quippe cũ ſit affirmatiua.Maior verò in immediatã ſimiliter reducetur.Nã ſi ab aliquo priori,q̃ à medio remoueatur maior extremitas,cum ſupra mediũ aſcenderis,ad id deuenies,à quo primò remouetur, eadẽ cum verſus primum in infinitum non fiat progreſſus. Aut in ſecunda figura,& ſic quidem in negatiua ſtatum eſſe monſtrabitur,aut ſecundum modum iam dictum,aut per hunc,aut per tertium. Per hunc aũt,ſi enim aliquid prius à ſubiecto prẽmiſſę negatiuę q̃ mediũ remoueatur,illud quidem erit ſupra medium.Quare ſi ſemper ſurſum progrediatur,tandem ad id venies, quod primo à ſubiecto negatiuæ remouet, cum in affirmationibus ſtatus ſit verſus primũ.Aut in tertia figura,atq; ſic rurſus ſtatus eſſe oſtendetur,aut per dictos modos,aut per hunc tertium. Sumẽdo enim ſub ſubiecto negatiue,id à quo remouetur prædicatum, deuenies ad infinitũ tandem,ſi verſus deorſum in affirmatiuis ſtatum ac vltimum oporteat eſſe.Manifeſtum aũt eſt & ſi non per vnam ſolam figuram,ſed per omnes,mediata ad immediatã reducatur,media tum eſſe finita,quia figuræ ſunt finitæ.Finita autem finities ſumpta,neceſſe eſt eſſe finita.

Quomodo in ſecunda figura.

Quomodo in tertia.

Corollarium.

Auctoritas.

Cap. 18.

Secund.cap.oſtẽdit per rationes logicas & communes eſſe ſtatum in extremis.

Primum quidem. Oſtendit primo ſtatum eſſe in his quæ in quid prædicãtur,ex quibus cõſtat definitio.

ED quòd in extremis etiam ſit ſtatus illis qui logice ſpeculantur,in his quæ in eo quod quid eſt prędicantur patet. Nam ſi poſſibile eſt aliquid definiri,& infinitũ tranſiri nequit. Impoſſibile eſt ea quæ in quid prædicantur eſſe infinita. Eſt enim verum dicere album ambulat,& album eſt lignum, rurſus lignum eſt album,& homo ambulat, differentes tamen,quia album eſſe lignum dicitur eò,quòd cui accidit album,lignum eſt, ſed non quòd albũ ſubiectum eſt ligno. nam neq; quod album erat,neq; quod aliquod albũ erat,deinde factum eſt lignũ, lignum aũt eſſe album dicitur, non ob id quòd illud cui accidit lignũ eſſe,album eſt,ſed quia lignũ eſt ſubiectum albo, Quod enim lignum erat,aut aliquod lignũ,deinde factum eſt album. Quare ſi imponenda ſint nomina,vocetur hęc ſimpliciter,& ſecundũ ſe prędicatio,illa verò non niſi ſecundũ accidens.Supponitur igitur prædicatum id eſſe, quod ſimpliciter & non per accidẽs natum eſt prædicari. Demonſtrationes enim talia demõſtrant,quare id quod de altero prędicatur,aut eſt quid,aut quale,aut quãtũ,aut adaliquid, aut agens,aut patiens,aut vbi,aut quãdo, Differunt autem huiuſmodi

Primo præmittit,prædicatio num quaſdã eſſe per ſe,quaſdam per accidens.

Secundo præmittit quòd prædicatum in demonſtratione per ſe ineſt ſubiecto.

modi prædicata.Nã omne ſubiectũ ſignificans,aut ſignificat illud de quo prædicatur eſſe, id quod illud eſt, aut quod illud eſt quoddam.Quod verò non ſubſtantiã ſignificat,ſed de ſubiecto alio dicitur, quod quidẽ ſubiectũ nec eſt id ipſum quod illud eſt, nec quod illud eſt quoddã,omne id accidens eſt. Vt cum albũ de homine prędicabitur,homo enim neq; id eſt quod album, neq; quod albũ eſt quoddam, Sed animal fortaſſe cũ de homine dicitur,ſignificat hominem eſſe id quod ipſum eſt, Eſt enim homo id quod animal eſt. Atq; ea quæcunq; nõ ſubſtantiã ſignificant,oportet de aliquo ſubiecto prędicari,nec poſſibile eſt aliquid eſſe albũ,niſi alterũ ſit. Valeãt enim ſpecies,mõſtra nanq; ſunt:& ſi ſint,nihil profecto ad prędentem rationẽ conferunt, quia demonſtratio de his eſt quę per ſe inſunt.Pręterea ſi fieri neqt, vt aliquorũ duorũ vtrũq; de reliquo dicat. Vt qualitas neq; qualitatis qualitas ſit, impoſſibile eſt aliqua de ſe mutuo ſimpliciter,& ſecundũ ſe prędicari, & ſi vera non nunq̃ vtraq; ſit propoſitio.Nunc ergo oſtendendũ,nõ in infinitum iri in prędicatis.Præſuppoſitũ enim eſt unũ de uno prædicari,neq; accidẽtia de ſeinuicẽ dici, niſi in ratione ipſius quid eſt prędicẽtur. Omne igitur quod prędicatur aut prędicabitur,vt ſubſtantia,veluti genus, vel differentia. Hæc aũt oſtenſa ſunt non eſſe infinita, neq; ſi in ſurſum ieris, neq; ſi in deorſum. Omnis enim ſubſtantia definiri poteſt,ſed impoſſibile eſt vt infinita quiſq̃ intelligendo pertranſeat. Ea enim definiri,de qua infinita dicũtur,nequit,aut vt accidens prædicabitur, & hoc quidem de ſubſtantia dicitur, & nihil aliorum de ipſo,niſi ſecundum accidens,ſed in accidentibus,neq; ſi verſus ſurſum progrediaris,neq; ſi verſus deorſum,erunt infinita, & ipſa etiã prædicamẽtorum genera finita ſunt. Aut enim vnumquodq; eorũ quale eſt,aut quãtũ,aut cętterorũ (quę enumeramus) aliquod.Neceſſe eſt igitur eſſe aliquod, de quo primũ dicatur aliquid,& de illo aliud,& huius progreſſionis tãdem eſſe ſtatum.Iſte eſt ergo vnus modus ad propoſitũ oſtendendũ. Alius autẽ modus eſt.Nã manifeſtum eſt eorum eſſe demonſtrationem,de quibus aliqua priora prædicantur,& per demonſtrationẽ nihil ſciri,niſi quiſpiam ipſa priora ſciat,aut melius ad ea ſe habeat q̃ ſi ſciat.Si igitur per aliqua priora quippiã innoteſcit,& neſciamus illa,neq; melius ad ea affecti ſumus, q̃ li habeamus eorum ſcientiam. Non id profecto ſciamus. Quare ſi aliquid contingat ſimpliciter ſciri per demonſtrationem,& non ex aliquibus tantum,neq; ex ſuppoſitione,

Diuiſio prædicatorum per ſe.

Declaratio diuiſionis.

Quod illud eſt, id eſt quod prædicatur.

Auctoritas.

Tertio præmittit alterũ uidelicet cui album inſit.

Vniuerſaliter probat non procedi in infinit.

Primo in his quæ prædicãtur ut ſubſtantia.

Auctoritas.

Secundo in his quæ ut accidẽtia prædicantur.

Secundo probat idem per rationes logicas.

neceſſe eſt prædicatiões medias ſtare. Si enim nõ ſteterint, ſed ſem per in ſuperius ſit acceptio, omnium erit demonſtratio. Ergo ſi im poſſibile eſt infinita pertranſire, ea quorum eſt demonſtratio, nũq̃ per demonſtrationem ſciemus. Logice igitur ex his ſufficienter de monſtratum eſt propoſitum.

Secunda pars oſtendit analytice, eſſe ſtatum in extremis.

Duo modi eorũ quæ per ſe inſunt.

ANalytice aũt idem breuius erit, manifeſtũ non eſſe inquam infinita prædicata, aut verſus ſuperius, aut verſus inferius in demonſtratiuis ſciẽtijs. Demon ſtratio enim eſt de his quæ per ſe inſunt. Eorum au tẽ quę per ſe inſunt duplex eſt modus. Quædã enim ſunt in definitione rei cui inſunt, vt multitudo in definitione nume ri. Quædã verò in ſua ratione ſuſcipiunt id, cui ineſſe dicuntur, vt impar in ſua definitiõe numerum ſuſcipit. In vtriſq; horum modo rum impoſſibile eſt in infinitũ progredi, in ſecundo quidem modo. Nam ſi imparis quod numero per ſe competit, alia per ſe ſit paſſio, & rurſus illius alia in infinitum, erit profecto numerus cui omnia competent in ipſorum definitione. Quare ſi impoſſibile eſt infinita talia vni ineſſe, nec infinita verſus ſuperius erũt. Sed certe neceſſe eſt omnia hæc ineſſe primo, veluti numero, & numerũ ineſſe illis. Quare cõuertibilia erunt & non excedentia. In his quoq; quæ prio ri modo ſunt per ſe, ſtatus erit, alioqui definitiones aſſignari non poſſent. Quare ſi hæc ſint omnia quę per ſe prædicãtur & non ſint infinita, ſtatus tandem erit verſus ſuperius. Quare & verſus infe rius. Quòd ſi ita ſit, erunt & media inter hæc finita.

Tertia pars continens quædam corollaria.

Primum corollarium.

QVamobrẽ patet, & demõſtrationũ eſſe principia, & non omniũ eſſe demonſtrationẽ. Si enim aliqua principia ſunt, non õnia erunt demõſtrabilia, neq; in infinitũ poſ ſibile erit ire. Nam oĩa eſſe demõſtrabilia, & poſſe in in finitũ abire, aliud ſane nihil eſt, q̃ nullã propoſitionẽ eſſe ſine me dio atq; immediatã. Id enim quod demõſtratur, nõ foris addito, ſed interiecto termino demõſtrat. Qua ꝓpter ſi cõtingit demõſtrãtem in infinitũ ire, cõtiget utiq; inter duos terminos infinita eſſe inter iecta media. Sed hoc impoſſibile, ſi tã uerſus ſuperius q̃ uerſus infe rius prędicatorũ ſit finis. Eſſe aũt finẽ, monſtratũ eſt logice primũ, nũc analytice. Mãifeſtũ quoq; ex his, nõ õne q̃ ineſt pluribus (quo rũ alterũ aut nullo modo, aut nõ uniuerſaliter de altero prædicat) ineſſe ipſis per aliquod cõmune, vt quãuis habere tres duobus re ctis æquas

Primũ inter extrema concluſionis ſumpto.

Cap 19.m

Secundum corollarium.

ctis æquales ineſt Iſoſceli & ſcaleno per hoc cõmune quod eſt triã gulus. Oportet tamen deuenire ad aliquod cõmune qđ ineſt ipſis non ſecundũ aliud cõmune. Alioquin erit proceſſus in infinitũ in medijs duorũ terminorũ. Hoc aũt eſt impoſſibile. Non ſemper igi tur neceſſe eſt ſecundũ aliquid cõmune idẽ pluribꝰ ineſſe, Quoniã quãdoq; propoſitiones immediatę erũt. In eodẽ tamẽ genere neceſ ſe eſt eſſe terminos medios, quia per ſe inſunt minori extremitati, cũ non cõtingat demõſtrantẽ deſcẽdere de genere in genus. Patet etiã qđ propoſitio habẽs medium demõſtrabilis eſt, propoſitiones quoq; per quas demõſtratur totidẽ ſunt quot ſunt media, & elemẽ ta vocant. ſi immediatæ ſint aut oẽs, Aut hę quæ vniuerſales ſunt, qđ ſi ꝓpoſitionis nullũ mediũ ſit, nõ erit demõſtrabilis. Similiter & negatiua, ſi ſit aliqđ mediũ à quo prędicatũ prius remouetur, per id demonſtrabit. ſi verò nullũ, indemõſtrabilis eſt. Et quædã prin cipia ſunt indemonſtrabilia per quæ oſtẽditur aliquid alteri ineſſe, ita & quędã ſunt, per quę oſtẽditur nõ ineſſe. Quare quẽadmodum quædã ſunt principia eſſendi, ita & nõ eſſendi erũt. Ad demonſtrã dum aũt aliquod prædicatũ alicui ineſſe ſubiecto, accipiendũ qđ de ſubiecto proxime prædicet, & ſic ſupra illud rurſum aſcendẽdo nunq̃ extra maiorẽ extremitatẽ mediũ ſumetur, Sed mediũ ſemp denſat quouſq; immediatæ fiant propoſitiones, atq; vt in ceteris re bus principiũ ſimplex eſt, & id non vbiq; idẽ, ſed in põderibus vn cia, in melodijs ſemitonium, & in alijs aliud. Sic in demõſtratione vnũ & ſimplex eſt propoſitio immediata. In ſciẽtia verò demõſtra tiua vnũ eſt intellectus. In affirmatiuis quidẽ igit demonſtrationi bus mediũ non cadet extra primũ extremũ. In negatiuis verò tam primæ q̃ ſecundę figurę neutrũ extremum extra medium cadit. At in negatiuis tertiæ figuræ extra neutrum extremorũ medium ibit.

Tertium corollarium.

Auctoritas.

Docet reducere mediatas ad immediatas.

Auctoritas.

Cadere extra eſt nõ eſſe infra ſeu nõ cõtineri.

Cap. 20. Octauus tractatus de habitudine demonſtrationum ad inuicem.

Primum caput oſtendit vniuerſalem eſſe potiorem.

QVm aũt demõſtratiuũ, alia vniuerſalis ſit, alia particu laris, & alia affirmatiua, alia negatiua, dubitabit vtra ſit potior ac pſtabilior. Simili mõ ambigit de oſtenſiua demõſtratione, & de ea quę ad impoſſibile deducit, vtra alteri pſtat. Atq; primũ de vniuerſali & particulari, deinde affirma tiua & negatiua, poſtea de oſtẽſiua, & de ea quę ad ĩpoſſibile ducit dicemꝰ. Forſitã igit uidebit alicui pticularis eſſe potior uniuerſali. Nã ſi ea demõſtratio, ſecundũ quã magis ſcimus, potior eſt, Facere enim

Dubium.

Argumentatur particulare pẽ tiorem eſſe uniuerſali.

enim ſcire, eſt tota virtus demõſtrationis, ſed magis vnumquodq; tum ſcimus, cum ipſum ſecundũ ipſum cognoſcimus, q̃ cũ ſecundũ aliud, ceu Curiſcũ eſſe muſicũ tum magis ſcimus, cũ cognoſcimus Curiſcum eſſe muſicum, q̃ cum cognoſcimus hominẽ eſſe muſicũ. Vniuerſalis aũt demonſtrat aliquid non ſecundum ſeipſum, ſed ſecundum aliud, vt quod Iſoſceles habet tres duobus rectis ęquales, non ſecundũ quod Iſoſceles, ſed ſecundũ quod triangulus, ſed particularis hoc demonſtrat ſecundũ quod Iſoſceles eſt. Si igitur ea demonſtratio potior, quæ demõſtrat ſecundum ſeipſum, & particularis ſit huiuſmodi, ipſa ꝓfecto potior erit. Præterea ſi vniuerſale nõ ſit aliud quicq̃ præter ſingularia, demonſtratio autem vniuerſalis opinari facit aliquid eſſe hoc de quo demõſtrat, & quandam naturam eſſe hanc in his quæ ſunt, (vt trianguli, præter quoſdã, & figuræ præter quaſdam, & numeri pręter quoſdã numeros) Potior aũt eſt ea demonſtratio, quæ circa id verſatur quod eſt, q̃ quæ circa id quod non eſt. Et ea rurſus per quam non errabitur, q̃ ea per quam error efficitur. Talis autem vniuerſalis, Nam procedentes demonſtrant commutatim proportionabile eſſe aliquid, quod neq; linea eſt, neq; numerus, neq; corpus, neq; ſuperficies, ſed pręter hęc aliud quiddam. Cũ igitur vniuerſalis de eo eſt, quod minus eſſe uidetur, atq; falſam efficit opinionẽ, indignior vtiq; erit particulari. At harum rationũ prior quidẽ non magis contra vniuerſalem demonſtrationem q̃ particularẽ eſt. Nã ſi habere tres duobus rectis æquales, non ineſt Iſoſceli, ſecundũ quod Iſoſceles eſt, ſed ſecundũ quod triãgulus. Is qui ſcit illud Iſoſceli cõpetere, ſecundũ quod Iſoſceles eſt, minus profecto ſcit, q̃ qui nouit idem eidẽ competere, ſecundũ quod triangulus. Et omnino ſi non nouit Iſoſcelem habere tres, vt triangulus eſt, & poſtea Iſoſcelem oſtendat habere tres nõ vt triangulus eſt, nulla erit demonſtratio. Sed & ſi quiſquam eſt qui vnũ quodq; huiuſmodi cognoſcit, quatenus ipſum eſt, vt quòd habere tres, triangulo cõpetit quatenus triangulus eſt, magis cognoſcit. Si igitur triangulus magis cõmunis eſt, & ratio eius eadẽ, atq; omni triangulo inſit habere tres, non vtiq; triãgulus habebit tres ſecundum quod Iſoſceles, ſed Iſoſceles ſecundũ quod triãgulus eſt. Quare vniuerſaliter ſciẽs, magis aliquid ſecundum ſeipſum cognouit, q̃ ſciẽs particulariter. Potior ergo eſt vniuerſalis q̃ particularis demonſtratio. Præterea ſi vniuerſale ſit vna quædã ratio, & non nomine ſolum cõmune, non minus vtiq; erit vniuerſale, q̃ ſingularia, Quin-

Secũda ratio ad idem.

Solutio prioris rationis.

Prima ſolutio ſecundæ rationis.

Quinetiã tanto magis, quãto particularibus eſt incorruptibilius, Particularia aũt corruptibilia magis. Nulla pręterea neceſſitas cogit, magis opinari, aliquod eſſe vniuerſale pręter ſingularia, q̃ in aliis quæ ſignificãt aut quale aut adaliquid, aut agere, & cętera. Si ergo putetur vniuerſale, eſſe aliquid pręter ſingularia, non demonſtratio in cauſa eſt, ſed male audiens. Amplius ſi demonſtratio eſt ſyllogiſmus ꝓpter quid, & per cauſam, & vniuerſale magis ſit cauſa, Nam cui per ſe aliquid ineſt, hoc idẽ cauſa eſt illi quod ineſt, ſed vniuerſale eſt primũ cui aliquid per ſe ineſt, ergo ipſum cauſa eſt. Demonſtratio igitur vniuerſalis præſtãtior eſt particulari. Inſuper quærimus propter quid, quouſq; ad vniuerſale deueniamus. Et tũc arbitramur ſcire, cum non ſit vlteriorem aſſignare cauſam illius, veluti interrogatus, quanam cauſa venit ad forum, reſpondet vt argentum accipiat, & deinde quare recipiet argentũ? vt reddat cui debet, & poſtremò quare redditurus eſt? vt non iniuſte agat, & ſic procedentes cum non vlterior occurrat cauſa, propter hanc vt finem dicimus veniſſe. Et cum hãc cognoſcimus, tũ maxime propter quid venit, ſcire putamus. Similiter & in alijs cauſis res ſeſe habet. Cum igitur aliquid cognoſcimus habere angulos externos æquales quatuor rectis, quia ipſum eſt Iſoſceles, reliquũ eſt quęrere, propter quid Iſoſceles illos angulos externos æquales quatuor rectis habet, reſponderiq; poteſt, quia triangulus eſt. Et poſtremò peruestigandũ reſtat, propter quid triãgulus huiuſmodi angulos habet, Reddendum eſt, quia figura rectilinea. Si aũt hoc nõ, vlterius propter aliud quippiam eſt, tunc id cognoſcendo maxime ſcimus ac etiã vniuerſaliter. Demonſtratio igitur vniuerſalis potior. Inſuper demonſtratio quo magis eſt particularis, eo magis ad infinitũ vergit, & quo magis vniuerſalis, magis ad ſimplex & finẽ. At res vt in finitæ ſunt, non ſcibiles ſunt, ſed ſecundũ quod finitę ſunt, ſub ſcientiam cadunt. Res igitur quo vniuerſales ſunt, eo magis ſub ſcientiam cadunt, q̃ eo quo ſunt particulares. Demonſtrabilia ergo magis vniuerſalia erunt. Eorum aũt quę magis ſunt demonſtrabilia, magis eſt demonſtratio. Nã eorum quæ ſunt adaliquid, ſi vnũ eſt magis, & reliquũ magis erit. Vniuerſalis ergo demonſtratio dignior, cum magis ſit demonſtratio. Amplius ſi ea demonſtratio eſt potior, ſecundum quã hoc & illud, q̃ ea ſecundũ quam hoc tantum cognoſcitur, & is qui vniuerſale ſcit, cognoſcit particulare, & nõ econtrario, patet vniuerſalẽ demõſtrationẽ eſſe potiorẽ. Rurſum magis vniuer-

Altera ſolutio.

Prima ratio oſtẽdit uniuerſalem potiorẽ partic.

Secunda ratio ad idem.

Tertia ratio.

Auctoritas.

Auctoritas.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

vniuerſaliter demõſtrare aliud nihil eſt, q̃ p id mediũ oſtẽdere qđ principio eſt propinquius: ſed proximum principio, id eſt, quod immediatum eſt, atq; hoc principium eſt. Si igitur demonſtratio, quæ conficitur ex principio, vel ex magis principio, certior ea eſt quæ non ex principio, vel ex minus principio proficiſcitur, taliſq; eſt ea quæ magis vniuerſalis eſt, Vniuerſalis profecto demonſtratio præſtantior erit particulari. Maxime autem patet, vniuerſalem demõſtrationem potiorem eſſe. Nam ſcientes propoſitionem potiorem, ſeu magis vniuerſalem, etiam poſteriorem quodammodo & potẽtia ſcimus. Veluti ſi quis oẽm triangulum ſciat duobus rectis ęquales habere, Iſoſcelem quoq; quodammodo & potentia tres ſciet habere duobus rectis ęquales. & ſi non cognouit Iſoſcelem triangulum eſſe, poſteriorem aũt propoſitionem cognoſcens, nullo modo vniuerſalem ſcit, neq; potentia, neq; actu. Prẽterea vniuerſalis quidem demonſtratio intelligibilis eſt, particularis verò ſenſu perficitur. Præſtat igitur particulari vniuerſalis.

Sexta ratio.

Septima ratio.

Cap. 21^m

Secundum capitulum oſtendit, affirmatiuam potiorem eſſe negatiua.

Prima ratio.

VOd autem affirmatiua demonſtratio ſit potior negatiua, hinc manifeſtum erit. Ea enim demonſtratio eſt potior, quę (alijs eiſdem exiſtentibus) aut ex paucioribus quęſtionibus, propoſitionibus, aut ſuppoſitionibus conſtat. Cęteris enim paribus, per pauciora velocius contingit cognoſcere, hoc aũt eſt appetibilius. Atq; huius etiam hęc vniuerſaliter ratio eſt. Nam ſi media aliquorum ſint ſimiliter nota, facilius vtiq; cognoſcentur quæ per pauciora media cognoſcuntur, vt facilius a ineſſe d, per b c, q̃ ineſſe e, per b c d cognoſcetur. Illa ergo demonſtratio potior eſt, quæ ex paucioribus conſtat, modò ſint cætera paria. Sed affirmatiua demonſtratio ex paucioribus eſt, nam ex ſolis affirmatiuis. Negatiua verò ex altera negatiua, & reliqua affirmatiua, quanq̃ vtręq; per tres terminos duaſq; propoſitiones demonſtrant: igitur affirmatiua potior. Amplius idẽ patet, quoniam oſtenſum eſt, ex vtriſq; negatiuis non fieri ſyllogiſmũ, ſed ex altera tantum. Inſuper patet, nam cũ demonſtratio augetur, affirmatiuas quidẽ ppoſitiones neceſſe eſt fieri plures: ſed impoſſibile eſt, vt vllo in ſyllogiſmo plures vna ſint negatiuę. fiat enim ſic ſyllogiſmus Nullum corpus eſt quantitas, omne aĩal corpus eſt, nullum ergo animal quantitas Si igitur ambæ propoſitiones ſunt augẽdæ, media ſunt interponenda inter earũ extrema. Ponatur itaq; inter maius

Secunda ratio.

Tertia ratio.

ius extremũ & medium terminus ſubſtantia, hic ergo affirmatiue prędicabitur de medio, & ab eodẽ maius extremũ remouebitur, Inter minus extremũ & mediũ ponatur viuens, id quidem prędicabitur de minori extremo, atq; de ipſo mediũ. Quare ſic demonſtratio ne aucta, vna fit propoſitio negatiua, reliquę verò oẽs affirmatiuę. Idem eſt & in cæteris augmentandi modus: quia neceſſe eſt mediũ quod inter affirmatiuę terminos cadit, vtrãq; propoſitionẽ affirmatiuã efficere. Id verò quod inter negatiuę terminos cadit, alteram negatiuã. Si igitur notius eſt & credibilius id, per quod aliquid demonſtratur, & negatiua per affirmatiuã demonſtretur, (vt patuit) affirmatiua verò per negatiuã minime: erit ſane affirmatiua prior & notior. Quare & dignior atq; potior. Inſuper ſi vniuerſalis ppoſitio immediata ſit principiũ demõſtrationis. Affirmatiuę quidem affirmatiua, negatiuæ verò negatiua. Et affirmatiua prior ſit atq; notior negatiua. Notior quidẽ, nã per affirmationẽ negatio innotęſcere ſolet. Prior aũt, ſicut eſſe prius eſt, nõ eſſe: affirmatiua profecto demõſtratio dignior eſt negatiua, Quippe cũ digniꝰ ſit affirmatiuæ demõſtrationis principiũ, quã negatiuę, & ea dignior eſt demõſtratio, quę dignioribus vtitur principijs. Prętera affirmatiua principalior eſt negatiua. Nã abſq; affirmatiua, negatiua eſſe non poteſt.

Quarta ratio.

Auctoritas.

Auctoritas.

Quinta ratio.

Cap. 22

Tertium caput oſtendit, oſtenſiuã ea quæ ad impoſſibile ducit, eſſe potiorem.

EMonſtratio oſtenſiua, ea quæ ad impoſſibile deducit, pręſtabilior eſt. Atq; primò ſcire differentiã ipſarum oportet. Si igitur nullũ b ſit a, & oẽ c b, demonſtratio erit oſtẽſiua illiꝰ, qđ eſt, nullũ c eſt a. Ea verò quę ad impoſſibile deducit, ſic ſeſe habet. Nã ſi eſt demonſtrandũ, nullũ b eſſe a, ſumẽdũ eſt omne b eſſe a, & oẽ c eſſe b. Ex quibus accidit, oẽ c eſſe a, quòd ſi notũ ſit eſſe impoſſibile, fieri profecto non poterit, vt oẽ b ſit a, ſi conceſſum fuerit omne c eſſe b. Atq; cõueniũt demõſtratiões hę, quòd ſui termini ordine ſimili diſponunt, differũt aũt. Nam cũ notior eſt propoſitio negatiua, (hæc inquam nullũ b eſt a) oſtenſiua fit demonſtratio, Cũ verò cõcluſio iſta ſcilicet nullũ c eſt a notior eſt, demonſtratio fiet ad impoſſibile deducẽs: quòd ergo oſtẽſiua demonſtratio potior ſit, hinc patet. Nã natura prior eſt ppoſitio nullũ b eſt a, q̃ nullũ c eſt a. Priora enim ſunt cõcluſione, ea ex quibus eſt ipſa cõcluſio, Sed nullũ b eſt a vna eſt propoſitionũ ex quibus cõcluſio eſt, & nullum c eſt a concluſio eſt, non aũt propoſitio: quia nõ oportet ſi aliquid inferatur eſſe falſum

Conuentẽtia & differentia demõſtrationis oſtẽſiuæ & per impoſſibile.

Probat oſtenſiuam potiorẽ eſſe ea quæ eſt ad impoſſibile.

Auctoritas.

Ea propositio se habet ut pars, in quæ fit subsumptio sub medio distributo, illa verò sub cuius subiecto sumitur ut totum.

sum, hoc conclusionem esse, Neq; ex quibus infertur ea esse propositiones. Ea verò propositiones sunt ad conclusionem, quæ se habẽt ad inuicem vt totum ad partem, aut vt pars ad totum, Sed omne c est a, & omne b est a, non sic se habent adinuicem. Cum igitur ea potior sit demonstratio, quæ ex notioribus & prioribus conficitur, & vtraq; dictarum demonstrationum ex negatiua fidem faciat, Altera tamen ex negatiua priore, reliqua verò ex posteriore: potior vtiq; simpliciter erit demonstratio negatiua, q̃ ea quæ ad impossibile est. Quare & affirmatiua demonstratio (cum potior sit negatiua) dignior ea, quæ est ad impossibile, erit.

Cap. 23.

Noni tractatus primum caput ostendit, quòd vna scientia prior alia sit, & quæ vna, & quæ diuersæ.

Tripliciter una scientia certior alia.

CErtior aũt scientia & prior est, quæ eadẽ est ipsius quia, & propter quid: q̃ ea quę ipsius quia tantũ. Et ea quę nõ est de subiecto sensibili, certior est ea, quæ de tali subiecto est, vt Arithmetica q̃ Musica. Et itẽ ea, quę ex minustioribus seu simpliciorib⁹, certior ea, quę ex additiõe, vt Arithmetica q̃ Geometria. Dico aũt ex additione, vt punctũ, quòd cũ subsũtia quædã posita est, ex additione dicitur. Vnitas aũt substantia est sine positione. Vna scientia est, quæ vnius est generis, ex primis & immediatis confecta, cuius partes & passiones per se sunt. Diuersæ verò scientiæ sunt, quarũ principia non sunt ex eisdẽ, nec ex vnius principijs principia alterius sunt. Huius aũt signum est, quia oportet principia esse in eodẽ genere, in quo sunt ea quæ demõstrantur. Illa enim quę demonstrantur, principijs proxima sunt: eiusdem tamen conclusionis plures esse demonstrationes, possibile est. Non solum si ex eodẽ ordine medium non continuũ accipiatur, sed & si ex altero ordine, veluti oẽ lętans transmutatur, in prima figura ostenditur, per media scilicet moueri & quiescere, quæ licet non ex eodẽ ordine sint, nõ tamẽ adeo diuersa sunt, vt neutrũ dicatur de altero, necesse est enĩ ambo eidẽ inesse. Vt aũt in prima figura visum est, ita & in alijs figuris (quod modis idẽ poterit demõstrari) videbitur.

De unitate sciẽtiæ.

Ostendit q; eadem cõclusio per diuersa media demõstrari potest.

Cap. 24^m.

Secundum capitulum ostendit, scientiam non esse fortuitorum, neq; in sensu consistere.

Conclusio.

EIus aũt quod a fortuna est, non est per demõstrationem sciẽtia. Nam quod euenit à fortuna, neq; necessariũ est, neq; frequẽter, sed extra hęc. Demonstratio aũt ex his, quę necessariò sunt, aut frequẽter, cõficit. Atq; si necessarię sint propositiões, cõclusio quoq; necessaria est. Si verò sint vt frequenter

Ratio.

frequenter erit conclusio talis. Quare si id quod à fortuna est, neq; frequẽter, neq; necessario fit: nulla prorsus ipsius erit demõstratio. At vero neq; per sensũ cõtingit scire. Nam & si sensus sit talis, & nõ huius alicuius, tamẽ quod sentitur necesse est esse hoc aliquid, & alicubi, & nũc. Vniuersale verò quod in õnibus est, cũ non sit hoc aliquid, neq; nunc, impossibile est sentire. Nam tunc non esset vniuersale. Qd enim semper est, & vbiq;, id vniuersale dicimus esse. Quoniam igitur demõstrationes sint vniuersalium, & vniuersalia non sentiantur, manifestum, q; neq; per sensum scientia erit. Amplius idem palã erit, nam & si fieri posset, ut sentiremus triangulum duobus rectis æquales habere, adhuc tamen quęreremus eius demonstrationem. Neq; (vt quidam aiunt) sciremus. Sentire nãq; necesse est singularis esse. At scientia in vniuersalis cognitione consistit. Vnde fit, vt si supra lunam essemus, terrãq; videremus obijciẽtem se lunæ, non profecto ipsam defectionis causam sciremus. Sentiremus enim lunã nunc deficere, propter quid autẽ, omnino non sensu perciperemus. Non enim ipsius vniuersalis sensus est. Attamẽ ex eo quia sæpe hoc accidere videremus, vniuersale venantes, demõstrationẽ acqreremus. Nam ex singularibus pluribus vniuersale ipsum mãifestũ fiet. Vniuersale quoq; honorabile est, eò q; causam ipsam indicet. Quare notitia de huiusmodi vniuersali honorabilior est sensus cognitiõe, & itẽ honorabilior intellectiõe eorũ, quorum alia causa est. Dico autẽ quorũ alia causa, propter principia. De principijs enim alia ratio. Manifestum etiã est, fieri non posse, vt sentiẽdo aliquid demonstrabilium sciamus, nisi quis dixerit sentire idẽ esse ei, quod est sciẽtiam per demonstrationẽ habere. Sunt tamẽ nonnulla proposita, ob defectũ sensus, nobis dubia. Quędam enĩ non quæreremus, si illa visu perceperemus. Non tamen propterea fit, vt vidẽdo sciamus: sed quia ex eo quod videmus, tandem vniuersale colligimus. Veluti si uitrum videremus perforatũ esse, lumẽq; penetrare, pateret nobis, propter quid post vitrum lumen efficitur. Ex eo quidem quia perceperimus seorsum in vnoquoq; id fieri, intelligere poterimus simul & in omnibus sic esse.

Conclusio.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Auctoritas.

Primũ corollarium.

Auctoritas.

Auctoritas.

Secundũ corollarium.

Tertiũ corollarium.

Ostẽdit sensum ad scientiã conferre.

Cap. 25^m. Cap. III. ostendit, non omnium syllogismorum eadem principia esse.

Conclusio.

EAdem autẽ principia esse omnium syllogismorum est impossibile, quod quidẽ prius logice speculabimur. Nam quidam veri sunt syllogismi, alij autẽ falsi, sed verorũ & falsorum non eadem possunt esse principia. Quanq̃ enim ex falsis continget verum syl-

Prima ratio.

Semel. i. in primo syllogismo. logisari, id semel accidit, Vt si ex vtraq; falsa cõclusio vera sit, sumpto ad vtrãq; propositionẽ aliquo medio, vtraq; ex falsis colligeẽ, *Secunda ratio.* eò quòd omnis cõclusio falsa ex falsis est, vera autem ex veris. Amplius neq; omnes falsæ conclusiones ex eisdem principijs colliguntur, Nam quædam falsa sic se habent, vt inter sese sint contraria, & simul impossibilia, vt iustitia est iniustitia, & iustitia est timor, aut homo est equus, & homo est bos, Aequale est maiꝰ, & æquale est mi*Tertia ratio.* nus. Sed huiusmodi ex eisdẽ principijs nõ colligeẽ. Neq; etiã verorũ omniũ eadẽ principia sunt, Multorũ enim principia genere sunt diuersa, & nõ cõuenientia inter se, vt vnitates pũctis non conueniunt. Illę enim non habent positionem, puncta autem habent. Ea etiã quorũ eadẽ sunt principia, necesse est conuenire in medio, aut in sursum, aut in deorsum, aut aliquod extremorum infra me*Extra i. supra. Quòd non õnia possunt per principia communia demonstrari.* diũ esse, aut aliquod extra. Sed impossibile est, omnia vera ad eadẽ media sic se habere. Atq; fieri nõ potest, vt principioꝝ communiũ vlla sint, ex quibus cuncta monstrentur (Sunt autem cõmunia veluti quoduis affirmandũ est, aut negandũ) Nam genera eorũ per quæ fit demonstratio diuersa sunt. Atq; alia solis quantitatibus cõueniunt, alia solis qualitatibus, cum quibus per communia demõ*Quarta ratio.* strationes conficiuntur. Ad omnia igitur mõstrandũ, nõ sufficiunt cõmunia principia. Prętera principia nõ multo sunt pauciora cõclusionibus. Sunt enim principia ipsæ propositiões, propositiones aũt sunt cũ additur terminus extremitatibus, aut interponitur. Cũ ergo nõ omniũ eædem sint cõclusiones, nec principia eadẽ erunt.
Quinta ratio. Insuper conclusiones infinitæ sunt, termini verò finiti, quare & in
Sexta ratio. infinitũ poterũt variari. Amplius principiorũ alia sunt necessaria, alia cõtingentia. Palam igitur sic considerantibus, nõ omniũ eadẽ posse esse principia, nec ipsa esse finita, si cõclusiones infinitæ sint.
Remouet quædã obiectiones. Quòd si quis alio modo dixerit, omnium eadem esse principia, veluti hęc principia esse Geometrię, illa aũt Arithmeticæ, & hæc esse Medicinę principia, Nihil aliud erit quod dicitur, q̃ scientiarũ esse principia diuersa. At verò ex eo dicere, eadẽ esse principia, qa ipsa sibijpsis eadem sunt, ridiculũ est: omnia namq; sic eadẽ essent. Neque dici poterit, omniũ esse eadẽ principia quærenda, cum id idem sit illi, quod est quoduis ex omnibus posse monstrari, sed hoc insignis stultitiæ indicium est. Nã neq; in manifestis scięntijs quodlibet ex omnibus monstratur, neq; in resolutorijs. Propositiones enim immediatæ principia sunt, & diuersa fit conclusio, altera sumpta propo-

positione immediata. Quòd si quispiam dicat, prima principia communia & immediata omnium esse principia, is profecto sciat vnum proprium in vnoquoq; genere esse. Quòd si neq; eadem sint omnium principia, sic vt ex omnibus quodlibet demõstretur, neq; sint adeo diuersa, vt vniuscuiusq; scientiæ principia sint penitus a*Dubitatio.* liena. Restat inuestigandum, si principia omniũ proxima sint, aut eiusdem generis, & ex his quędam, & ex illis alia monstrari contin*Solutio.* gat. Sed manifestum, quòd non continget omnium principia proxima esse. Monstratum enim est, scientiarum quæ genere differunt, principia diuersa genere esse. Principia nãq; duplicia sunt, ex quibus, & circa quæ. Principia quidẽ ex quibus, communia sunt: prin*Duplicia principia sunt.* cipia autem circa quæ, propria sunt, vt numerus & magnitudo.

Cap. 26. Quartum capitulum ostendit scientiam differre ab opinione.

Quòd scięntia nõ sit opinio, nec sẽbile, opinabile. SCibile atq; scientia ab opinabili & opinione sunt diuersa. Nam scientia est vniuersalis cognitio, & per necessaria, Necessarium autem aliter sese habere non potest. *Prima ratio.* At sunt quędã vera, quæ aliter sese habere possunt. Patet igitur, circa hæc nõ esse scientiam. Nam sic ea quæ aliter se ha*Auctoritas.* bere possunt, aliter sese habere non possent. Neq; intellectus circa ea versatur, quę aliter sese habere possunt. Intellectum enim scientiæ principium dico. Neq; scientia indemonstrabilis (quę quidẽ est æstimatio quædam immediatæ propositionis) contingentium est. Est autem intellectus verus, & scięntia, & opinio, & ea etiã vera, cir*Secunda ratio.* ca quæ hæc versantur. Quare relinquitur, opinionem esse circa id quòd verum est aut falsum, possibile tamẽ aliter sese habere. Est autem opinio interdũ acceptio immediatę propositionis, & nõ necessariæ. At hæc sic accepta propositio, consentanea erit contingenti*Tertia ratio.* bus. Tam enim opinio, q̃ natura subiecta cuius ipsa est, incertum quiddam est. Nemo præterea tũ opinari aliquid arbitrabitur, cũ illud putat aliter sese habere non posse (tunc enim se scire credit) Sed cum esse quidem sic rem existimat, vt aliter sese habere possit, *Duo dubia.* tanq̃ huiusmodi rei opinio sit, necessarij verò scientia. Quomodo igitur fieri potest, vt idem vnus opinetur, alius verò sciat. Et cur opinio non est scientia, si quispiam posuerit fieri posse, vt de omni quod quis scit opinio habeatur? Procedit enim & sciens, & opinans per media, donec ad immediata deueniat, Quare si ille scit, & opinãs scit, Nã sicut quod res est, ita & propter quid est, per mediũ opinari cõtingit. Sed si qs arbitretur, ea quę aliter sese habere nequeũt,

Ratio dubitandi perinde seſe habere atq; definitiones, per quas demõſtrationes cõ-
Solutio primi ficiuntur, ſciet quidem, non autem opinabitur. Si autem ea eſſe ve-
dubij. ra arbitretur, non tamẽ prædicata ſubiectis ratione ſubſtantiq; atq;
formę competere, opinabitur quidem, & non verè ſciet. Atq; ſi per
Solutio ſecundi immediata proceſſerit, ipſum quia eſt, & propter quid opinabitur.
Cum verò per mediata, ſolum quia eſt. Opinio aũt & ſcientia non
omnino eiuſdem eſt, ſed ſicut eiuſdem & vera & falſa quodammo-
do eſt opinio, ſic opinio & ſcientia eiuſdem quodãmodo erunt. Di-
centibus autem, & veram & falſam eiuſdem penitus eſſe opinionẽ,
(vt quidam inquiunt) multa accidunt abſurda, & non opinaria ea
quæ falſe opinantur. Verùm cum multipliciter idem dicatur, acci
dere poteſt, vt eiuſdem aliquo modo vera opinio eſſe poſſit, & ali-
quo falſa. Nam opinari diametrum coſtæ commenſurabilem eſſe,
abſonum eſt, ſed ſic eiuſdẽ vera eſt opinio & falſa, quia diameter cir
ca quem verſantur ipſæ opiniones, idem eſt. Alia tamen ratione ip
ſius vera eſt, & alia falſa. Pari modo eiuſdem ſcientia, atq; opinio eſ
ſe poteſt. Nam de homine q̃ animal ſit, ſcientia quidem eſt, ſi pute
Corollarium. tur non poſſe non eſſe animal, Opinio verò, ſi puteretur poſſe nõ eſ-
ſe animal. Manifeſtum ergo eſt, fieri non poſſe, vt ſimul idem opi-
netur quiſpiam, & ſciat. Nam ſic idẽ ſimul arbitraretur poſſe aliter
& non aliter poſſe ſe habere, quod impoſſibile eſt. Quãuis enim in
alio atq; alio eiuſdem ſit ſcientia & opinio, ſicut dictũ eſt, in eodem
tamen hoc ſic fieri nequit. Crederet enim hominem per ſe animal
eſſe, & non per ſe animal eſſe, Quorum illud quidem eſt opinari
hominem non poſſe non eſſe animal, hoc verò hominẽ poſſe nõ eſ
ſe animal. De reliquis autem habitibus, quo nam pacto diſtribuen
di ſint in rationem, & intellectum, & ſcientiam, & artem, & pruden
tiam, & ſapientiam, miſſum in præſentia faciamus, cum horũ quæ-
dam Phyſicę, alia verò Ethycę magis ſint contẽplationis. Cap. 27.m
Quid ſolertia. Solertia verò eſt coniectatio quædam medij in non perſpecto tempore,
veluti ſi quis vidẽs lunam ex ea parte qua ſolem ſpectat lucidam,
ſtatim coniectet propterea idipſum eſſe, q; à ſole illuſtratur, Aut ſi
videns pauperem cum diuite colloquentem, cognouerit hoc illum
propterea facere, q; mutuum accepit, Aut ſi vidẽs duos factos ami-
cos & repente, ideo id factũ intellexit, quia eiuſdem hominis inimi
ci fuerint, Hæc medij repentina coniectatio adeptioq;, ſolertia eſt.
Nam qui omnes medias cauſas vidit, cognouit & vltimam.

Finis primi libri Poſteriorum Ariſtotelis.

Secun-

SECVNDVS LIBER POSTERIORVM

de inuentione medij demonſtratiui, in ſex tra-
ctatus partitur.

Primi tractatus vnicum cap. inquirens quot in diſciplinis quæri ſolent.

Concluſio. QVæſtiones ſunt æquales numero his quæ vere ſci-
mus. Quærimus autem quatuor, quia eſt, ppter quid
eſt, ſi eſt, & quid eſt. Nam cum quærimus vtrum hoc
Quatuor ſunt quæſtiones in diſciplinis. ſit, an hoc, plura complectens (vt vtrum ſol deficiat
an non) ipſum quia eſt tum quærimus, Cuius id in-
dicium. Comperto enim ſolem deficere, ſtatim ceſſamus: atq; ſi à
principio ſolem deliquium pati ſcimus, non quærimus vtrum defi-
ciat. Cum aũt ſcimus ipſum quia eſt, tum propter quid eſt ſciſcita-
mur. Deficere nanq; ſolem ſciẽtes, atq; terram moueri, quãobrem
ſol deficit quærimus, aut propter quid terra mouetur. Hæc igitur
hoc pacto plura complectentes quærimus. Quædam aũt alio quę-
rimus modo, quærimus enim ſi ſit, an non ſit Centaurus aut Deus.
Hoc aũt ſi eſt, aut non eſt ſimpliciter, & non plura complectens di
co, & non perinde ac ſi ſciſcitarer, ſi Centaurus albus ſit, an non al-
bus. Percepto autem ſi Deus eſt, vel homo, quid eſt poſtea quæri-
mus, vt quid eſt Deus, & quid eſt homo. Hęc igitur & tot ſunt quę
conſueuimus quærere, & totidem ſunt quę inuẽta ſcimus. Cum au-
Cap. 2m tem quærimus quia eſt, aut ſi eſt ſimpliciter, tũ ſi ipſius ſit medium
nec ne quærimus. Comperto autem quia eſt (quod quidem cõple-
xe quęrit) aut ſi eſt quod ſimplex eſt rei quęſtio, rurſum propter qd
eſt, aut quid eſt quærimus, & tunc quoq; quid ſit ipſum medium.
Tum autem complexe quęri dico, cum hoc dicitur pacto, vtrũ de-
ficit luna, aut augetur? Nam tunc quęrimus ſi quippiã eſt aliquid,
aut ſi ipſum non eſt aliquid. Simpliciter aũt quęrimus hoc pacto,
Eſt ne luna, vel nox, vel dies? Contingit igitur in omnibus quęſtio
nibus quęrere, aut ſi eſt mediũ, aut quid eſt mediũ. Medium enim
cauſa eſt, In omnibus autem quęſtionibus cauſa quęritur. Vt cum
quæritur, vtrũ luna deficiat, quęrere profecto intendimus, vtrum
huius ſit aliqua cauſa, an non. Poſtea ſciẽtes aliquam cauſam eſſe,
quidnam illa ſit quærimus. Ipſum enim medium eſt cauſa tam eſ-
ſendi ſimpliciter, q̃ eſſendi quicquam eorum quę vel per ſe, vel per
accidens competunt. Atq; ſimpliciter eſſe dico ſubiectum ipſum, vt
lunam, aut ſolem, aut terram, aut triangulum. Ineſſe autẽ aliquid

Reduit quatuor quæſtiones ad duas.

Quid cõplexe, & quid ſimpliciter quæri dicatur, omnis quæſtio quærit de medio.

 alicui,

alicui, vt vtrum defectio lunæ competat, vel æqualitas, vel inæqualitas triangulo. In omnibus enim his patet, idē esse quid est, & propter quid. Nam interroganti, quid est lunæ defectio? respondetur, priuatio luminis lunę ob interpositionem terræ. Interroganti autē propter quid est defectio, aut cur deficit luna? respondetur, propter priuationem luminis ob interpositionem terræ. Similiter interroganti quid est consonantia? respondetur, ratio numerorum inter acutum & graue, Et propter quid graue & acutum inter se consonant? respondetur id, propter quod rationem habent numerorum. Ea etiam, quorum medium sensu perceptibile est, nos indicant medium quærere. Nam non sciētes lunę defectionē, quærimus, est ne, aut non est lunæ defectio? Si verò super lunam essemus, neq; si fit defectio, neq; ppter quid vtiq; quæreremus, sed simul vtrumq; nobis esset perspectum. Ex sensus enim perspectione ipsum vniuersale notum nobis factum esset, Visu nanq; terram lunę sese obijcere cognosceremus, quare & lunam deficere videremus, atq; ex hoc ipsum vniuersale factum esset. Vt igitur dicebamus, idē est scire quid est, & propter quid est, Quare perspicuum est, omnem quæstionem medij quæstionem esse.

Auctoritas.

Concludit, oēm quæstionem medij quæstionem esse.

Cap. 3m

Tractatus secundi primum caput ostendit, non esse eiusdem omnino definitionem & demonstrationem.

Dubiū, an oē dēmōstrabile sit definibile & ecōt. Argumentatur primo, non omne demonstrabile esse definibile

VOmodo autem quod quid est demonstratur, & quis modus introductionis, & quid definitio, & quorum, dicemus. Arq; antea id initio faciendum, quod maxime dicendis erit accommodatum. Dubitauerit itaq; quispiā, vtrum idem & ratione eiusdem cōtingat definitione sciri & demōstratione, an impossibile? impossibile nanq; videt. Definitio enim ipsius quod quid est esse videtur, & omne quid est vniuersale est, & affirmatiuum. Syllogismorum autem alij negatiui, vt omnes qui in secunda sunt figura, alij verò particulares, vt qui in tertia figura, igitur non idem ratione eiusdem definitione & demonstratione scire continget. Amplius nec eorum omnium est definitio, quę per primam figuram affirmatiue demonstrantur, vt huius, Omnis triangulus duobus rectis habet æquales, est demonstratio primæ figuræ, & tamen eius nulla est definitio. Præterea scire, demonstrabile nihil aliud est, q̄ eius demonstrationem habere. Si ergo demōstratio faciat scire demonstrabile, manifestum est definitionem id non efficere, Nam si esset per definitionem scire, etiam quispiam

Secundo argumētatur ad idē.

Tertio argumētatur ad idem.

sciret demonstrationē non habens. Nihil enim prohibet aliquem non simul definitionem atq; demonstrationē habere. Insuper sufficienter idem ex inductione patebit. Nihil enim vnquā per se, vel per accidens inesse definientes cognoscimus. Demōstrantes autem inesse cognoscemus quippiā. Præterea si definitio est quędā substantiæ explicatio, Ea aūt quę demonstrantur patet non esse substātias, Non erit idem secundum idem definitione & demonstratione sciri. Quare non omnis illius, cuius est demōstratio, erit & definitio. At nec econtrario, omnis cuius definitio est, eiusdem erit & demonstratio. Vna nanq; & eadem ea erit ratio quæ supra, Vnius enim in quantum vnum, scientia est vna. Quare si scire ipsum demonstrabile, sit demonstrationem habere, accidit hoc impossibile, quòd definitionem habēs sciet sine demonstratione. Præterea principia demonstrationum, definitiones sunt: horum autem nō esse demonstrationes antea ostēdimus, alioquin in infinitum esset processio. At neq; alicuius eiusdē definitionem & demonstrationem esse continget. Nam definitio rei, substantiam notificat. Demonstrationes autem omnes substantiam rei supponere videntur atq; accipere, vt mathematicę demonstrationes, quid vnitas, quid par, quid impar, accipiunt. Insuper omnis demonstratio aliquid demonstrat de aliquo, vt quod est, aut non. Sed in definitione nihil de aliquo prædicatur, veluti in definitione hominis neq; animal de bipede, nec econtrario prędicatur. Præterea differt ostēdere quid res est, & quòd res est. Sed definitio quid est ostendit, Demonstratio verò aliquid inesse alteri, vel non inesse demonstrat. Amplius diuersorū diuersa est demonstratio, nisi vnum sit vt pars, alterum verò vt totum (quod quidē propterea dicitur: quia si demonstratum est, triangulum omnem tres duobus rectis æquales habere: demonstratum etiam erit, Isosceles tres duobus rectis æquos habere) sed quid est & quia, non ita scit̄ habere videtur, cum neutrū alterius pars sit. Patet igitur, nullius eiusdem demōstrationem esse, cuius est definitio, nec econtrario. Quare perspicuum est, definitionem & demonstrationem non esse idem, neq; alterum sub altero esse. Nam si alterum sub altero esset, & ea quæ subijciuntur sic se haberent. Sed de his hactenus, satis enim de his transiuimus dubitando.

Quarto ad idē.

Quinto ad idē.

Argumentatur quòd non omne definibile sit demonstrabile. Auctoritas.

Secundo ad idē.

Argumentatur nullius eiusdē fore definitionem & demonstrationem. Secundo ad idē.

Tertio ad idem.

Quarto ad idē.

Capitulum secundum ostendit, quòd quid est non potest ostendi de eo cuius est, per syllogismum duplantem.

Dubium propter ad partem negatiuam sup.

NVnc inuestigemus oportet, vtrum ipsius quid est syllogismus sit & demõstratio, an non. Et videtur quod quid est non posse syllogismo monstrari de eo cuius est, in eo quod quid est. Nam syllogismus semper aliquid de aliquo per medium ostendit. Et definitio propria est ei cuius est, & in eo quod quid est prædicat'. Si autem talium alterum de altero syllogismo monstretur, necesse est vtrumq; cum medio cõuerti. At verò si & medio maius extremum competat, vt quid est ipsius, & minori extremo mediũ vt quid est, necesse est maius extremũ de minori dici vt quid est. Quòd si quis non hoc modo particulam vt quid est bis sumpserit, non necesse est maius extremum de minori vt quid est prædicari, Ceu si a vt quid est ipsi b competere dixerit, b verò non vt quid est de c prædicauerit, nõ ostendetur a ipsi c vt quid est competere. Si igit' cum adiunctione hac vt quid est vtranq; propositionẽ sumpseris, necesse erit priusq; concludatur ipsi medio notam illam adiungere. Vt ad ostendendum animal gressibile bipes de homine vt quid est ipsius, necesse est animal gressibile bipes de medio vt quid, & medium ipsum etiam de homine vt quid est prędicari, eritq; tum alia ratio quędam media ipsius hominis. Accipit igitur, qui sic syllogisat, quod monstrari oportebat, Nã sumit medium esse quid est ipsius hominis, aliquid autẽ esse quid hominis monstrari petebatur. Maxime autem idipsum elucescet syllogisando ex duabus propositionibus primis, & immediatis terminis. Qui igitur per ea quę conuertuntur aliquid de homine, anima, aut quouis alio vt quid est ostendere conantur, quod ex principio est demõstrare nituntur. Vt si quis animam volens ostendere esse id, quod est sibi causa viuẽdi vt quid est, sumat animam esse numerum seipsum mouentem vt quid est, atq; omnem numerum seipsum mouẽtem, id est quod est sibi viuẽdi causa vt quid est, quod in principio est eum petere necesse est. Nam aliquid animæ esse definitionem volens ostendere, sumit numerum seipsum mouentem sic sicut quid est ipsius. Si nãq; simpliciter, atq; sine huiusmodi nota vt quid est, maius extremũ medio, & mediũ minori competat, nõ concludetur maius extremum minori vt definitio, sed simpliciter,

Per definitionẽ aliquid de alio concludi potest simpliciter, sed non ut quid est.

solum competere. Atque si maius extremum definitio sit, & medio vniuersaliter competat, non ob id erit minoris extremi definitio. Quanquam enim animalis definitio de hominis definitione dicitur, quemadmodum animal de homine, non tamen sic

Primo.
Secundo.
Tertio.
Quarto.
Ratio.

vt vnum sit. Si quis igitur quiditatis notam non bis assumpserit, maius extremum minori, vt substãtialis ratio, competere, minime syllogisatur. Si verò sic sumat, tum antea profecto medium minoris extremi definitionem esse accipit, quare non demõstrat, Summit enim id quod ab initio quærebatur.

Cap. 5m Caput tertium, non posse ostendi aliquid esse definitionem per syllogismum diuidentem.

Aliquid esse quid nõ syllogizatur uia diuisiua. Primo probat.

AT verò neq; diuisionis via quod quid est syllogisatur, vt & in Priorum Analyticorum libro circa figuras diximus. Nequaquam enim qui diuidit, quibusdam positis aliud ex necessitate colligit, sed perinde atq; inducẽs non demonstrat. Non enim interrogare demonstrantem oportet, nec quia concessa est, ideo eam esse oportet, sed tum esse necesse est cum illa sint, & si non assentiat respondẽs. Etenim si quis hoc pacto interrogat, homo animal ne est, an inanimatus? Deinde a respõdente animal accipit, nullum prorsus syllogismũ facit. Rursus interroget, an ne oẽ animal gressibile sit, aut aquaticum? Deinde gressibile ceperit, nullam iterum ratiocinationẽ facit. Et hominem esse hoc totum, animal gressibile, non necessariò ex dictis euenit, sed ipsum quoq; sic vt illa à respondente accepit: & nihil refert siue in multis, siue in paucis quis sic procedat. Manifestum igitur est, eos qui hoc modo procedunt non vti syllogismo, etiã circa ea quorum potest esse syllogismus. At nihil prohibet, id totũ quod ex diuisione colligitur, verè quidem de homine dici, non tamẽ quiditatẽ hominis declarare. Non igitur diuisionis via sufficit ad ostẽdendũ aliquid vt quid est de alio. Nihil insuper obstat diuidentem aut addere, aut omittere aliquid eorũ quę de substantia sunt. Ergo diuisio non idonea erat ad ostendendum aliquid esse quid est. Sed dixerit fortasse quispiam, se in diuisione omnia accipere, quæ in eo quod quid est prædicantur, diuidendo primum quęsitum, Deinde postulando alterum membrorum inesse, & illius rursus diuisionẽ faciendo, donec nihil prætermittatur eorum, quæ necessaria sunt ad definitionem, atq; tunc habebitur speciei quid est, nõ enim erit vlterius diuidere secundum speciem. At quãquam sic definitio inueniatur, non tamen id fit per syllogismum. Sed si ipsum quid est, diuisio noscere facit, alio tamen id facit modo, neq; hoc erit absurdum. Nam neq; inducens fortasse demonstrat, notum tamen aliquid faciet. Insuper qui ex diuisione definitionẽ elicit, syllogismum

Secũdo probat.

Tertio probat.

Obiectio.

Solutio.

non facit. Nam, vt in conclusionibus, quæ sine medio syllogistico colliguntur, si quis conclusionem dixerit quibusdam positis ex necessitate accidere, contingit adhuc interrogare propter quid accidat. Sic & in definitionibus, cum per diuisionem inuestigantur, fieri potest: vt cum hæc definitio hominis, animal mortale pedes habens, bipes, sine pennis, colligitur: de vnaquaq; parte opposita interrogatio fieri potest, propter quid homini competat, respondebit enim, atq; per diuisionem, vtputa ostendet de quolibet animali ipsum esse mortale vel immortale. Verum non semper huiusmodi tota oratio, quæ diuisione ostenditur, definitio est. Quare & si diuisione definitio inuestigaretur, syllogismo tamen definitio esse minime ostendetur.

Quartum caput ostendit, quod quid est non venari definitione definitionis, neq; contrarij sui definitione.

Cap. 6^m

Quæstio. *Solutio.* *Prima ratio.*

SED fieri ne potest, vt demonstretur ipsum quod qd est hac definitionis ratione, proprium ex his cõstans quę in eo quod quid est prędicantur, an non? Cũ hic rursus definitio pro medio sumeret, id enim quo mõstratur pro medio sumendũ est. Præterea, sicut syllogismi ratio nõ sumitur pro medio ad concludendũ aliquid de aliquo, (vna nanq; propositionum syllogismi ad alteram, vt totum ad partem, sese habet) Sic neq; ratio definitionis ad conoludẽdum quod quid est, sed vtramq; tã syllogismi, q̃ definitionis rationẽ, seorsum à positis in syllogismo perspectã esse oportet. Vt dubitãtes docere possimus, ratione factã syllogismũ esse, aut qđ syllogisatũ est, esse definitionem.

Secunda ratio.

Ostẽdit qđ quid est nõ posse ostẽdi cõtrarij def. Prim. probatur.

At neq; ex suppositione ostendi potest hoc pacto, Si malí ratio sit, diuisibile esse: boni ratio erit indiuisibile, Contrariorum enim contrariæ sunt rationes. Etenim & hic ad definitionem monstrandam definitio sumitur, quæ quidem licet alia sit, talis tamen est, vt ea vicissim ex altera non minus ostendi queat. At nec diuisione, nec definitionis syllogismo ostenditur, quicquam vnum esse. Nõ enim necesse est, ex his quę diuisim sumuntur, vnum semper effici. Sed erit forsitan perinde, atq; homo idem musicus & grãmaticus. Sed cum hæc ita sint, quis tandem definitionis mõstrandę modus erit? Neq; enim per demonstrationem inuestigari potest, neq; per inductionem (quum hæc singularium sit, quorum non est definitio) neque sensu itidem, neq; digito. Amplius, necesse est eum qui de homine, aut de alio quouis scit quid est, cognoscere & quòd est. De eo enim quod

Secund. pbat.

Cap. 7^m

Concludit uniuersaliter q̃ qd est nõ posse mõstrari.

Ostenditur uniuersaliter qđ qd est nõ mõstrari de eo cuius est.

quod non est, nemo scit quid est, q̃uis scire contingat quid nomen significet, vel oratio, Nam quid nomẽ Tragœlaphus significet, scire quidẽ potest, Quid aũt Tragœlaphus, nescit, si ignoret an sit. Si ergo demonstrari posset quid aliquid sit, simul demonstraretur qđ esset, quod est impossibile. Quia vnus modus sciendi tantũ vnius scibilis est. Aliud autem est scire hominem esse, & quid sit homo. Præterea, quoduis necessario per demonstrationem esse ostẽditur, nisi sit substantia, Sed esse rei nullius est substantia. Id enim quod est, non est genus. Demonstratio igitur est ipsius esse, & non ipsius quod quid est, Quod quidẽ in omnibus scientijs obseruatur. Quid enim triangulus significet, supponit Geometra. Ipsum autem esse demonstrat. At verò si definitione trianguli, quid est triangulus cognoscatur, poterimus cognoscere quid sit triangulus, non cognito quòd triangulus sit, Hoc autem impossibile est. Manifestum etiam erit ex circuli definitione, definientes non ostendere esse. Nam & si mente teneatur definitio hæc, Figura plana vna linea contenta, cuius medium æqualiter distat, propter quid tamen est ipsum definitum, & propter quid est circulus dubitari continget. Poterit enim dicere quispiam, id definitionẽ esse montis cnei. Neq; enim indicat circulum posse esse figurã planã, neq; omnino posse esse. Si igitur definitionẽ assignans monstraret, cum non ostẽdat rem esse, quid nomen significat solum ostendet, sed hoc quoq; absurdum. Primo quidem, quia & non substantiarũ esset definitio, & eorum quæ non sunt. Nam & illa nomine significari possunt. Deinde omnes orationes definitiones erunt. Fieri enim potest, vt cuiuis oratio in nomen imponatur, Quare & Ilias definitio erit. Præterea nulla scientia demonstrari potest, nomen aliquod rem quampiam significare, ergo nec definitiones. Ex his igitur videtur, definitionem syllogismumq; non idem esse, nec eiusdem esse definitionem & syllogismum. Ac insuper definitionem nihil demonstrare, neq; quid est definitionẽ, neq; demonstratione nos agnoscere posse.

Auctoritas.

Secundo ostendẽtur idem.

Auctoritas.

Auctoritas.

Quòd definitio non ostẽdit quid est.

Quòd definitio non ostẽdit rem esse.

Tertius tractatus ostẽdit quidnam veritatis habent quæ dicta sunt de eo quod quid est. Cuius primum caput ostendit, quid est posse monstrari per aliud quod quid est.

Cap. 8^m

RVRsus considerandum est, quid horum recte, & quid non recte dictum sit. Et quid definitio, & an aliquo modo ipsius quid est, definitio est aut demonstratio, an nullo modo. Cum itaq;, sicut iam diximus, idẽ est scire quid est, & scire causam ipsius quod res est, fieri potest vt ipsum quod quid

Ostendit, quòd quid est potest monstrari.

quid est monstretur. Cuius ratio quidem est, quia ipsius quod res est, aliqua est causa: & hæc si sit alia, & ipsius quod nihil est causa, poterit per ipsam quid est monstrari in prima figura. Vniuersale enim & prædicatum est quod ostenditur. Definitio igitur, quæ se habet vt causa, sumi pro medio potest ad aliam monstrandum, nō autem ea quæ non est causa. Hic tamen modus non est demonstratio ostendens quid est de eo cuius est in eo quod quid est, sed syllogismus logice concludens definitionem simpliciter de eo cuius est.

Secundum caput, quomodo quod quid est habeatur ex demonstratione.

Cap. 9.^m

Cōparat ipsum propter quid est ad ipsum qa est, & si est, ad quid est.

QVomodo autem quid est ex demonstratione eliciatur, deinceps dicamus. Sicut enim cum cognoscimus qa est, aliquando quidem quærimus propter quid, aliquando autem simul innotescunt. Sed fieri nequit, vt prius cognoscamus propter quid, q̄ quia est, sic & impossibile est cognoscere qd est, nō cognito si est. Ipsum autem si est, interdum cognoscimus per accidēs, interdum vero per quid est, veluti tonitruum scimus esse, sciētes sonū quendā nubiū esse, Et eclipsim, scientes priuationē lucis minis esse. Quando autem per accidēs cognoscimus quia est, nullo modo necesse erit cognoscere quid est, neq; enim sic quia est verisci mus. Quærere autē quid est, non habentes quia est, nihil est quærere. Quando autem habemus quia est, facilius quid est cognoscere possumus. Quare quēadmodum habemus quia est, sic & ad ipsum qd est perspiciendum disponimur. Fient igitur hæc figuraliter manifesta, si proposita sit quæstio, an ne luna eclipsetur? Quicunq; docet interpositionem terræ esse, simul qa, & propter quid docet, si hoc sit medium propter qd. Qui verò proposita eadem quæstione, docet lunā plenā vmbram nō posse facere, nullo corpore existēte medio, lunam eclipsari docet, sed nondum propter qd. Cum autē manifestum est lunam deficere: quærere propter quid deficit, nihil aliud est, q̄ quærere quodnam sit medium, vtrū interpositio terræ, an cōuersio lunæ, an lucis extinctio. Hoc autem medium est ratio maioris extremi, Eclipsis enim est terræ interpositio. Similiter si tonitruum sit ignis extinctio in nube, atq; tonet, qa ignis nube extinguitur, poterit per medium hoc nubi tonitruū demonstrari ineſſe, eritq; medium hoc maioris extremi ratio. Si autem illius rursus aliud sit medium, ex reliquis erit rationibus. Quare neq; syllogismus, neq; demōstratio fit ipsius quid est, innotescit tamē & syllogismo, & demonstratione. Quocirca neq; sine demōstratione cognosci potest ipsum quid est, cuius alia causa est. Neq; rursus demonstratio est ipsius quid est, eo modo quo in dubitationibus diximus.

Exēplum de medio essentiali.

Exemplum de medio accidentali.

Corollarium.

Auctoritas.

Tertium caput de variis modis definitionum.

Cap. 10.^m

Ostendit, definitionem eorū quæ causam non habent per demonstrationem non innotescere, quæ qd est, possunt demonstrari.

Duplices sunt definitiones.

VNt autē quędam, quorum alia causa est: quædam verò, quorum non est. Quare manifestum est, ipsorū quæ sunt quid est, quædā esse immediata, atq; principia, quę & esse, & quid sint supponere, aut alio modo manifestare oportet. Quod quidem Arithmeticus facit, supponens & quid vnitas, & vnitatem esse. Quędam autem medium habent, quorum est aliqua causa alia, atq; hęc per demonstrationē, vt diximus, ostēduntur, Non autem vt quid est demonstrātur. Cum autem aliqua definitio dicatur esse oratio ipsius quid est, patet quandā definitionem esse orationem, quæ id explicat quod nomē significat, vel quę nominū est interpretatrix, quam quidē habētes, adhuc quęrimus, quia, & propter quid quærimus. Nam neq; si sit, an non sit triangulus scimus, nisi per accidens. Oratio autem est dupliciter vna. Alia namq; cōiunctione est vna, quemadmodum Ilias oratio vna dicitur. Alia verò est vna simpliciter, ostendens vnum de vno non per accidens. Vno igitur modo definitiōe dicitur oratio quod quid est indicās, Alio verò modo dicitur oratio, propter quid est ostendēs, Quarum prior non demonstrat, posterior verò est quasi demōstratio quædam ipsius quod quid est, casu & positione ab ea differens. Interest enim quærere propter quid tonat, & quid est tonitruum. Quippe cum ad primum respondeat, quia in nubibus ignis extinguitur. Ad secundū aūt, sonus extinctionis ignis in nubibus. Quare eadem oratio & definitio dicitur & demonstratio. Est igitur definitionum vna quidem oratio eius quod quid est, & indemōstrabilis. Alia verò quasi demōstratio ipsius quod quid, à demonstratiōe differens casu. Tertia autem est ipsius quod quid est, & demonstrationis cōclusio. Manifestum est igitur ex dictis, quomodo ipsius quod quid est, est demonstratio, & quomodo nō, Et quorum, & quorum non, Et quot modis definitio dicatur.

Ostendit quomodo definitio dicēs qd est, & dicens ppter qd, ef se habent ad demonstrationem.

Triplex est definitio.

Tractatus quartus, qualiter per diuersa genera causarum fit demonstratio.

Cap. 11.^m

Quatuor sunt causæ.

Auctoritas.

QVoniam autem tum arbitramur scire, cum causam cognoscimus. Quatuor verò sunt causæ, forma, materia, efficiēs, & finis, per omnes has demonstrari cōtingit. Posita enim causa, demonstratur effectus, Non quidē vna

Exēplū de cāusa materiali.

propositione dūtaxat sumpta, sed duabus idē mediū habētibus. Id aūt manifestū fiet his exemplis. Omnis medietas duorū angulorū rectorum est angulus rectus, sed angulus in semicirculo constitut⁹, est medietas duorum angulorum rectorum, igit' angulus in semicirculo est rect⁹, atq; medium hic materia. Iccirco enim angulus in semicirculo descriptus rectus est, quia mediū duorum rectorū est.

De cā formali.

Cum autem forma eadē sit ipsi quod quid est, ex eo sane quia ratio ipsa formā indicat, manifestum erit per formā demonstrari posse.

De cā efficiente

Quiditatem enim esse mediū ante monstrauimus. Amplius, quicū que prius in alios irruerūt, iuste debellantur, sed Atheniēses prius in alios irruerunt, puta Sardos, iuste igitur debellantur. Iccirco enim iuste bello vexantur, quia prius in alios irruerunt.

Aliud exemplū eiusdem causæ.

Hic verò medium efficiens est. Insuper, quicquid facit non supereminere cibum in ore stomachi, est sanatiuum. Ambulatio verò post cœnam facit nō supereminere cibū in ore stomachi, igitur ambulatio post

De causa finali.

cœnam est sanatiua, atq; hic rursus est medium efficiēs. Commutatis aūt terminis hoc modo, Omne quod est sanatiuum facit nō eminere cibū in ore stomachi, ambulatio autē post cœnā sanatiua est, igit' facit nō eminere cibū in ore stomachi, Mediū causa finalis erit. Ordo autē generationis & in finalibus, & efficientibus, contrario modo sese habet, In his enim primū oportet fieri mediū, in illis autem vltimum, quod est id gratia cuius cætera fiunt.

Secundum caput, quomodo idem ostenditur per diuersas causas.

Eundē effectum demōstrari per causam materialem & finalem.

Primū exēplum

Secūdū exemplū

Per materiam.

Per finem.

IEri autem potest vt idem sit, tum ex fine, tū ex materiæ necessitate. Idcirco enim per laternā lumē egredit', quia poros habet laterna ampliores particulis luminis, atq; hęc necessitas ex materia prouenit. Idcirco rursus, ne deuiemus, pedesq; offendamus nocte, Atq; hęc ex fine necessitas est. Et sicut contingit in his quę sunt, ita & in his quę fiūt. Tonat enim quia ignis extinguit'. Et rursus vt Pythagorici dicūt idcirco tonat, vt hi q in tartaro sunt pertimescāt. Taliū aūt plurima sunt naturalia, atq; altera natura ob finē facit, altera verò ob materiæ necessitatē. Verum tamen necessitas duplex est, vna secundum naturam & appetitum, alia violenta, quę præter appetitionē fit, vt ex necessitate lapis sursum mouetur, & ex necessitate deorsum, sed id non ob eandem necessitatem. Eorum aūt quę fiūt ab intellectu, quædā nunq̄ à casu sunt, vt domus, vel statua, neq; ex materię necessitate, sed alicuius gratia, Quædam verò etiam à fortuna sunt, vt sanitas atq;

Duplex necessitas.

atq; salus. Maxime verò in his aliqua à forma eueniunt, in quib⁹ contingit fieri sic, & aliter tum cùm ab arte, non à fortuna eorū generatio fuerit. Cū igitur finis bonus est, ea quę gratia illius fiūt manifestum est à natura, vel ab arte fieri. A fortuna verò nihil cuiusq̄ gratia fieri solet. Idem modus demonstrādi est in his quæ sunt, quę fiunt, fuerunt, & quæ futura sunt, In omnibus enim his mediū causa est, verùm differentia quędam esse videtur. Nam eorū quę sunt, medium est, Eorum quæ fiunt, medium fit, & in cęteris simpliciter. Idcirco enim eclipsis fit, quia interpositio terræ fit: & erit, quia interpositio erit. Rursus supponatur crystallus esse aqua congelata, id quidem est propter absentiam caloris penitus, atq; fit crystallus cùm fit defectus caloris penitus, & fuit cū fuerit, & cætera. Cū autē causa & effectus non simul sunt, ab eo quod posterius factū est, fiet demōstratio. Ea aūt quę prius facta sunt, principia sunt, & causę posteriorum. Quapropter idē in his & in illis quæ fiunt seruandus est demonstrandi modus. Ab eo aūt quod prius est nō fit demōstratio.

Quòd idē ē modus demōstrādi ūtum ad esse, facta esse, & futura esse, quādo cā & effectus sunt simul.

Pro crystallo Argyropili trāslatio habet glacies

Quomō cōtingit demōstrare effecta nō simul cū causis existentia.

Non enim oportet, si factum est, posterius factum esse, & in futuro similiter. Siue enim determinatū, siue indeterminatū tēpus fuerit, nō erit vnq̄ verè dici, si prius factū est, posteri⁹ factū esse. In medio enim tempore falsè dicitur hoc factū esse, priore tamen iam facto. Nec etiā colligi potest, posterius fore, quia prius factū est, Nō enim oportet, si fundamentū iactū est, domū fore, nā oportet mediū similiter ortū habere ad hoc vt sit factū, facturū futurorūq; futurū. Atque considerandū est, quid sit continuans, quod in rebus post factū esse sit fieri. An manifestum esse debet, quod neq; factum esse, continuatur ipsi facto esse, vt neq; punctū pūcto, cū vtraq; termini sunt & indiuisibilia. Neq; itidē factū esse ipsi fieri cōtinuū est, propterea quòd factū esse indiuisibile est, fieri aūt diuisibile. Sicut igitur linea se habet ad punctum, sic & fieri ad factū, nam in fieri infinita facta sunt. Magis aūt de his & clarius in Physicis dicendū. Inter ea igit' quæ consequēter fiunt ab effectu posterius facto deueniendū est ad aliquam mediam causam primæ immediatā, q̄uis in fieri sint infinita facta esse, vt diximus, veluti si domus est constructa, fundamētum iactum est: & si fundamentum iactum, lapides decisi sunt.

Cap. 12m

Dubitatio.

Solutio.

Cap. 13m Tertium caput, quomodo circulariter monstrātur quæ ex seinuicem fiunt.

QVoniam autem aliqua circuitu quodam ex seinuicem generantur, continget ea ex seinuicem circulariter monstrari, vt depluta terra necesse est vaporem fieri, hoc autem facto

Quæ ex seinuicē generantur, ex seinuicem monstrantur.

nubẽ,hac rursum facta,fieri aquã,qua orta necesse ẽ terrã deplutã esse,hoc aũt erat quod in initio erat lumptũ. Quare demonstratio facta est secundũ circulum.Sunt autem quędam quę fiunt semper, quæ vniuersaliter & in omni,aut sic se habent,aut fiunt.Alia qui dẽ non semper,sed sicut frequenter fiunt,vt non omnis mas barbã emittit,tamẽ plęrunq;,atq; talium mediũ esse frequẽter necesse est, Cap. 14m Quomodo aũt quod quid est ingredię demonstrationẽ, & quomõ ipsius fit definitio & demõstratio, satis pertractauimus.Nũc aũt dicendũ est,qua ratione inuestigari poterũt ea quę in quid p̃dicãtur.

Sub qua differentia monstrantur ea quæ sunt semper, & ea quæ sunt frequenter.

Tractatus quintus docet venari definitionem. Primum caput quomodo definitio indiuiduæ speciei inuestiganda sit.

Præmittit quandam diuisionẽ.

EOrũ quæ semper insunt alicui,quædam extendũt se ad plura,non tamen genus egrediunt. Atq; ea ad plura se se extẽdere dico,quę quanq̃ vniuersaliter alicui competunt,non tamen soli,sed & alij,vt ens competit quidem ternario omni, & non soli, cum & non numero competat. Impar verò omni ternario ineſt & alijs pluribus, non tamen genus egreditur,Nihil enim extra numerũ impar est. Inuestiganti igitur specialissimi definitionem,talia eousq; sumenda sunt, quousq; tot fuerint sumpta,vt vnumquodq; illorum pluribus cõpetat,cuncta autem simul non ad plura sese extendant, hanc enim necesse est rei esse definitionẽ.Veluti omni ternario ineſt numerus impar vtroq; modo primus(Vtroq; modo dico,& quia nullo mensuratur numero,& quia ex pluribus numeris non componitur) Horum autem vnumquodq; pluribꝰ cõpetit, vniuersa verò simul nulli nisi ternario. Cum autem quæ in eo quod quid est prædicantur necessaria sint,vniuersalia nanq; sunt necessaria,Huiusmodi autem sunt quę de ternario accipiuntur. Patet hæc ternario necessario competere, & non vt genus vel nominatum,vel innominatum (Simul enim sumpta ternarium excederent)ergo definitio competet.

Documentum.

Documentum.

Secundum caput,quomodo definitio generis inuestiganda.

Documentum.

COngruum autem est, cum genus aliquod definire volumus,ipsum diuidere in species specialissimas. Veluti lineã in lineam rectam,& lineam circularẽ,atq; deinde illarũ definitiones accipere,vt linea recta est longitudo sine latitudine & profunditate, cuius media puncta non prominent ab extremis. Et linea circularis est longitudo sine latitudine & profunditate,ad cuius summũ omnes lineę à centro ductę sunt pares. Postremo considerare genus,in quo cõtinetur genus definiendum vtrum

vtrum sit qualitas, vel quantitas, an aliud, cui adiungendum est quod speciebus omnibus commune est, conuenientia enim generibus quæ ex speciebus componũtur,ex specierum definitionibus innotescunt, propterea quòd simplex & definitio principium est omniũ. & ea quę simplicibus conueniunt, per se quidem illis solis conueniunt,cæteris autem per illa. At diuisiones quæ fiunt per differentias,vtiles sunt ad inuestigandum definitionem,quonam pacto tamen se habeant ad demonstrandum quod quid est, dictum est prius. Vtiles autem erunt solùm ad colligendũ quod quid est. Et videtur sane ipsa diuisio nihil monstrare,sed vniuersa statim accipere, perinde atq; si eadẽ ab initio sine diuisione quispiam sumat. Refert autẽ eorum quæ prędicantur quid prius, & quid posterius collocetur,veluti an animal mansuetũ bipes,an bipes animal mãsuetum dixeris.Nam & si ex duobus oĩs definitio constet, & vnum quid sit animal mansuetum, ex quo rursus & differentia sit homo, vel aliquid aliud,necesse tamen est diuidentem petere. Præterea hoc pacto duntaxat fieri potest, vt nihil eorum omittatur, quæ in definitione sunt ponenda. Cum enim primum accipiatur genus, si aliqua inferiorum diuisionum sumatur, non incidet omne contentum sub genere in illam diuisionem, ceu non omne animal aut totum pennatũ est, aut pennis diuisum, sed omne animal volatile huiusmodi est,illius enim hæc est diuisio: animalis aũt illa est prima diuisio,in quam omne animal incidit,& cuiusq; cæterorũ generum similiter. Sic igitur procedenti promptũ est cognoscere,nihil prętermissum esse. Secus aũt procedentem prætermittere necesse est, non oportet diuidentem ac definientem omnia quæ sunt scire, quanq̃ nonnulli id censent. Necessarium enim,inquiũt,omnes rei differentias quibus à cæteris differt sciri ad hoc,vt res sciatur definienda: differentias autem sciri non posse, nisi cognoscãtur omnia à quibus faciũt differre. Quare omnia opinantur oportere cognosci,vt quicq̃ in definitione sciatur,si enim res definienda ab aliquo non differt,est idem illi, Sed primum quidẽ hoc falsum est,omnes inquam differentias cognosci oportere,vt res sciatur,Nam non secundũ oẽm differentiã res diuersa est. Cõplures enim sunt differentiæ in eisdem specie, quę quidem non sunt differentiæ per se. Præterea cum genus per differentias oppositas diuiditur,omne sub genere contentum complectentes,sub quarum altera id quod definiendum est esse cognoscitur,nihil obest ignorare de quibus differen

Simplex. i. species,quia ex ipsa genus cõponi tur secũdũ cõmẽ. & Themist.

Documentum.

Documentum.

Hoc pacto,scilicet non permutando ordinem ponendorum in definitione.

Exclusio erroris

Motiuũ erroris.

Solutio.

tia oppoſita prædicatur. Manifeſtum enim eſt ſic procedentem, ſi ad ea tandem deueniat, quorum non eſt vlterior differentia, definitionem eſſentialem habiturum, neq; quærere neceſſe eſt, an omne ſub genere contentum in diuiſionem incidat, ſi differentijs oppoſitis & immediatis facta ſit diuiſio, cum hoc neceſſarium ſit.

Secunda pars oſtendit quę ſunt obſeruanda in inueſtigatione quod quid eſt per diuiſionem.

Tria attendēda ad inueſtigandū per diuiſionē ipſum qd'quid eſt.

ADextruendam per diuiſiones definitionē tria ſunt obſeruanda. Primū vt ea ſumantur, quę in eo quod quid eſt prędicātur. Secundū vt hęc ſuo ordine diſponantur. Tertiū vt omnia ſumantur. At horum primum ex Topicis petēdum. Sicut enim loci ſunt, quibus an quippiam accidens ſit, nec ne, diſcernitur, ita ſunt quibꝰ genera atq; differentiæ cognoſcuntur. Secundū aūt fiet, ſi communiora quæq; priori loco cōſtituas. Tertium verò, ſi genus primum differentijs diuidatur proximis, in quas omne contentū ſub genere incidat, atq; huiuſmodi diuiſionis membrum cum diuiſo ſumptum, ſub quo toto continetur, id quod definiēdum eſt vlterius diuidatur, donec ad vltimum perueniatur. Vltimi autem manifeſtum eſt non vlterius eſſe differentiam, quare omnia quæ ſpeciei definiendę ſunt neceſſaria, ſumpta erunt. Manifeſtū enim erit, neq; ſuperfluum quicq̄ additum eſſe, cū omnia accepta in eo quod quid eſt prædicentur. Nec rurſus deficiet quicq̄, id enim aut genus eſſet, aut differentia, nō genus. Eſt enim acceptum primū genus & cum omnibus differentijs, quia differentia vltima ſumpta eſt, qua nulla prorſus eſt poſterior. Oportet autem & aliter definitionem inueſtigare intendendo ad ſimilia, quidnam ſit in quo omnia conueniant, deinde ad alia quæ ſub eodē genere cum illis collocata ſunt, & inter ſe ſpecie eadem, à prioribus autē diuerſa ſpecie. Cum autem in prioribus quippiam ſumitur penitus idē, in quo illa omnia conueniunt, & in poſterioribus aliquid idem ſimili modo. Rurſus conſiderandum erit, ſi in his quæ ſumpta ſunt, aliquid ſit idem, quouſq; ad vnam deueniatur rationē, Hęc enim erit ipſius rei definitio. Quòd ſi non in vnam rationē, ſed in duas vel plures deuenire contingat, manifeſtum erit, id cuius definitio quæritur non vnum eſſe, ſed multiplex. Vt ſi qd eſt magnanimitas quęramus, in quoſdā magnanimos intendendū, quidnam habeant commune omnes, in quantum tales ſunt, ceu magnanimi Alcibiades, Achilles, & Aiax id

Documētū aliud ad inueſtigādum quod quid eſt.

id habent cōmune, nō perferre iniurias. Nam primus iniuria affectus bellum intulit. Secundus ira commotus ſocijs ſuppetias negauit. Et Aiax ſibi mortem conſciuit. Rurſus in alios magnanimos inſpiciendum, vt in Lyſandrum, & Socratem, vnum autem in ipſis id eſt, ęquo animo & proſpera, & aduerſa ferre. Quibus ſumptis conſideretur quidnam idem habeant hæc, non poſſe, inquam, perferre iniurias, & æquo animo & proſpera, & aduerſa ferre. Et ſi nihil idem habeant, duę profecto magnanimitatis ſpecies erūt. Neq; ob hæc quis opinetur ſingularium eſſe definitionem. Omnis enim definitio vniuerſalis eſt. Nam medicus non definit ſanum cuidam oculo, ſed aut omni, aut ſpecie determinato. Facilius aūt eſt ſingulare definire, q̄ vniuerſale. Quapropter à ſingularibus ad vniuerſalia oportet aſcendere, Etenim æquiuocationes magis in vniuerſalioribus latent. Pręterea ſicut demonſtrationes ſyllogiſticè oportet eſſe diſpoſitas, ita definitiones eſſe claras atq; dilucidas. Erunt autē magis dilucidæ, ſi quod in pluribus generibus eſt, per ea quę in ſingulis ſunt ſeorſum definiatur, vt ſi ſimile definiatur non omne, ſed ſimile in coloribus, & ſimile in figuris: & acutū non omne, ſed acutum in voce, & acutum in reliquis, & ſic definiēs procedere debet, cauens ne æquiuocatio contingat. Sí autem nō eſt metaphoris diſputandum, neq; eis definiendum erit. Nam ſi metaphoris definiatur, & eiſdem diſputare neceſſe erit.

Remotio cauillationis. *Auctoritas.* *Auctoritas.* *Auctoritas.* *Notabile.* *Auctoritas.* *In definitione nō eſt æquiuocatione utendum, neq; metaphoris.*

Cap. 15m

Cap. 16m Tertium capitulum docet inuenire medium demonſtrationis.

VT autem facultatem habeamus mediorū ad paſſiones de aliquibus demonſtrandas, & animantium in partes diſſectiones & generum diuiſiones conſiderare oportet, communiq; omnium genere ſuppoſito, quænam communia proxime contento, ſub illo conueniant perſpicere, atq; ſub illo deſcendere, donec ad id deueniatur, cui omni demonſtrādum competit, ſicq; facile cuiuſq; rei demonſtrandæ medium habuerimus. Omnia nanq; quę generi vniuerſaliter inſunt, per id in ſpecies tranſeunt. Quòd ſi genus id nomen non habeat, tamen accidens aliquod deprehendi poteſt, quod aliquibus eſt commune, videndum eſt quę ſequuntur hoc accidens (Vt cornigerū eſſe, ſequū tur habere ventres, & nō vtrinq; dentatū eſſe) Nā per idipſum con comitantia his poſſunt demonſtrari ineſſe quibus inſunt. Inſuper alius modus perueſtigandi medium eſt, per analogiam ſcilicet, ſimilitudiniſq; proportionem. Non enim poteſt aliquid idem ſumi,

Documentum p eſſentiali medio in demōſtratione particulari. *Auctoritas.* *Documentum p medio accidēt.* *Documentum p medio analogo.*

Quomodo diuersa ꝓblemata possunt mõstrari p idē mediū genere.

quo quidē sepium, & spina, & os appellari possit, sunt tamen quę sequuntur ea, quasi taliū vna quędam esset natura. Proposita autem dicuntur eadem, quæ idē medium habent, vt omnia illa, quorum mediū antiperistasis est. Atq; si medium est solum idem genere & non specie, proposita eadē genere erūt. Vt propter quid sit Echo? propter quid apparet imago in speculo? & ꝓpter quid videt iris? Horum enim omniū reflectio medium, non tamen eadem & specie altera. Alia aūt differunt & eadem sunt, quia mediū vnius sub medio alterius est, Vt propter quid Nilus in fine mensis magis fluit? propter id quod finis mensis hyemi similior est. Propter quid rursus finis mensis hyemi similior est? quia luna tum decrescit.

Mediū antiperistasis, ut ꝓpter qd muere sint nues, & autumno grādines, ac æstate puteales aquæ algidæ, hyeme calidæ.

Quomodo mõstrātur ꝓblemata ꝓ media sua.

Tractatus sextus continet quæstiones de causis & effectis.

Capitulum primum.

Dubitatio.

DE causa autē, & de eo cuius est causa, dubitabit aliquis, an ne tum causa sit cum causatum sit. Veluti cum frondes decidunt, an ne tum sit causa defluendo, latitudo in quam foliorum, Vel cū eclipsis est, est ne tū terræ interpositio, si idipsum illius sit causa. Nam si non sit causa illius, erit alia qua alia causa: si verò sit causa, erunt simul causa causatum, vt si interpositio terræ est, luna deficit: aut si latitudo foliorum est, defluunt frondes. & si simul sint, per seinuicē demonstrabuntur. Si enim arbor latifolia cito defrōdescit, & omnis vitis latifolia, omnis vitis cito defrondescet. Sed & vitis demonstrabitur latifolia esse, per id quod cito defrondescit, vt oē quod cito defrondescit est latifolium, omnis vitis est huiusmodi, ergo est latifolia. Et si interpositio terræ est, eclipsis est, & rursus si eclipsis est, interpositio terræ est, At si non contingat sibi inuicem esse causas effectum & causam (causa enim prius est eo cuius est causa, & interpositio terræ est causa eclipsis, non autem eclipsis interpositionis terræ. Atq; demonstratio per causam est propter quid, ea verò quæ non per causam quia. Qui enim per eclipsim terrā in medio esse percipit, is scit quia tantùm, propter quid autem non cognouit. Quòd enim eclipsis non sit causa interpositionis terrę, sed econtrariò, inde perspici pōt, q; in ratione eclipsis ponitur interpositio terræ, quare per interpositionē terrę cognoscitur eclipsis, & non econtrario) Patet per causam effectū, & nō ꝑ effectū causam posse mōstrari. An fieri potest, vt vnius plures sint causę. Potest quidē, si idē primo de pluribus prędicetur, velutisi a quidē, tam b q̄ c primo competat, quorū alterum scilicet b ipsi

Solutio.

Secundū dubiū. Solutio.

b ipsi ineſt d, c verò e inerit, igitur ipsum a illorū vtriq; d quidē ꝑ b, & e per c. Quare si causa sit, necesse est effectū seu passionem totam esse, Si verò effectus est, necesse est causam aliquam, sed non omnem esse. An semper quū id quod proponitur est vniuersale, & causam totū quiddā atq; vniuersale esse oporteat, & id etiam cuius est causa. Quod ex eo sic esse videtur. Nam folia fluere toti cuidam determinato ineſt, cuius si sint species etiā illis vniuersaliter ineſt, aut plantis, aut his plantis. Quare in harū specierū ꝓblematis medium seu causa, & id cuius est causa vniuersalia sunt, & ad inuicem conuertuntur, Vt propter quid arbores folijs fluunt, propter densitatem humidi. Si enim arbor folijs fluit, oportet densitatem humidi esse: & si densitas humidi est, non est in quolibet, sed in arbore, oportet arborē folijs fluere. An fieri potest, vt vnius in pluribus diuersæ sint causę an non? An si id cuius est causa per se quidē monstretur, impossibile sit eiusdē plures esse causas, Quippe cū mediū extremi sit ratio. Si verò per accidēs, aut per signū mōstretur possibile. Est aūt & cuius est causa, & cui est causa considerari secundum accidens (Quę tamen per accidens, aut per signū fit demonstratio, non est hic intēta) Quòd si causa per se, & vna tantū afferatur, illa similiter se habebit cum effectu, ita quòd ęquiuoca erit, aut analoga, si effectus ęquiuocus fuerit, aut analogus. Vt sicut commutatim proportionari analogice conuenit numeris aut lineis, ita & per causam analogam. Et quēadmodum simile ęquiuocę figuris & coloribus, ita & per mediū ęquiuocū. Causa aūt, & cuius est causa, & cui est causa sic se habēt ad inuicem, vt se mutuo consequantur. Attamen si singula sumantur, id cuius est causa ad plura se extendit: velut omnes extrinsecos angulos quatuor rectis æquales esse, pluribus conuenit q̄ triangulo, aut quadrangulo. Cū vniuersis aūt conuertitur, Similiter & cū medio (Est aūt mediū ratio primi extremi, ideo omnes scientię per definitionē fiunt) itidē & folio fluere vitem sequitur atq; excedit, Et rursum ficum sequitur atq; excedit, vniuersis autem æquatur. Si ergo primum medium sumpseris, vt sucū congelari, vel aliud tale, illud erit ratio fluendi foliis, eritq; causa, quare folio fluere viti, ficui, & alijs competit. Et in figuris syllogisticis sic manifestum erit, quomodo causa, & id cuius est causa se consequantur, vt sit longæuum demonstrandum inesse omnibus volatilibus, per siccum esse, Quadrupedibus autem per aliud, videlicet per nō habere cholerā. Siccum igitur esse cuilibet speciei volatilium

Si eiusdem sint plures causæ, sequitur à causa ad effectum, sed nō econtrariò.

Tertiū dubium. Solutio.

Quartū dubium. Solutio. Auctoritas.

Eiusdē non esse plures causas nisi per accidens.

Quo pacto se ad inuicem habeant causa causatum & subiectum.

Auctoritas.

latilium vniuerſaliter cõpetit,cum nulla tamen conuertitur.Simi liter nõ habere cholerã,ſingulis ſpeciebus quadrupedis ineſt,& nõ conuertitur.Contingit igitur,eiuſdẽ plures cauſas eſſe,ſed non in eâ dem ſpecie,veluti longę vitę in quadrupedibus, non habere chole ram,& in volatilibus ſiccũ eſſe,quæ ſi non conueniant in aliquam cauſam conuertibilẽ cũ longęuo,non ſolum vnum, ſed plura erũt media,& plures cauſæ. Vtrum aũt mediorum,an quod immedia tius verſus vniuerſale eſt,an quod ꝓpinquius ad ſingulare, eſt cau ſa quare paſſio ſingularibus cõpetit? Et manifeſtum eſt,id eſſe cauſam,quod vnicuiq; cui eſt cauſa propinquius eſt . Nã quod primũ vniuerſale primo ſubiecto competat, cauſa eſt id mediũ,quod pri mo ſubiecto vicinius eſt.De ſyllogiſmis igitur,& de demonſtratione, quidnã vtrunq; ſit, & quo ſit, & quomodo fit, ſatis iam patuit. Similiter & de ſcientia demonſtratiua,idem enim eſt.

Dubium quintũ.

Solutio.

Epilogus.

Cap. 18.

Tractatus ſeptimi de cognitione principiorum capitulum vnicum.

Principalis quæſtio.

DE principijs autem , quemadmodum eorũ cognitio ingeneretur nobis,& quis habitus ſit,quo illa cognoſcuntur, manifeſtum fiet , dummodo antea dubitando proceſſerimus.Quod igitur fieri non poſſit,vt quiſq; acquirat ſcientiam per demonſtrationem,qui nõ cognoſcit prima immediataq; principia,dictum eſt prius.Sed dubitabit quiſpiam,vtrum immediatorum cognitio eadem ſit,an non, Et vtrum tam mediati q̃ immediati ſcientia ſit,an non , An potius mediati quidem ſcientia,immediati verò aliquod aliud notitiæ genus , Et verũ habitus immediatorum fiant & acquirantur, an inſint quidem natura, ſed lateant. At primum id abſurdum eſt,habitus illos nobis natura inſitos eſſe,& non intelligi. Nam ſic euenit, vt cognitiones,quas certiores demonſtratione habemus,nos laterent . Si verò habitus illos acquirimus non prius habentes, quonam pacto cognoſcimus, & diſcimus ex non præexiſtenti cognitione? id enim fieri nequit vt antea demonſtratum eſt.videntur igitur habitus principiorum in nobis natura eſſe non poſſe . non enim laterent nos, neq; poſſe acquiri in nobis nullo alio habitu præexiſtente.Neceſſe itaq; eſt, nos potentiam aliquam cognitiuam habere , non tamen talem , cuius cognitio certitudine his ipſis principijs honorabilior eſt . Videtur autem hæc omnibus animalibus ineſſe , Habent enim vim quandam inſitam diſcernendi,quam ſenſum appellamus. At cum inſit ſenſus in quibuſdam quidem animalibus,facto ſenſu,fit formæ ſenſibilis

Secũdũ dubium.

Tertiũ dubium.

Argumentatur, habitus non eſſe nobis à natura inſitos & nos latere

Argum. ad partem oppoſitam .

Pro ſolutione principalis quæſtiõis præmittit.

ſibilis manſio,in quibuſdam verò non fit. in quibus igitur non fit huiuſmodi manſio,præter ipſum ſentire nõ eſt cognitio aut nulla, aut non circa ea quorum forma non manet. Eorum autem in quibus fit formæ manſio, multis factis ſenſationibus, quibuſdã ex tali manſione ratio fit,quibuſdam verò non fit. Ex ſenſu igitur fit memoria,ex memoria autẽ eiuſdem ſępius facta experientia naſcitur, Pluresenim memorię numero,vna experientia eſt.Experientia verò aut ex quocunq; vniuerſali reſidente in anima (quod eſt vnum præter multa quod in omnibus illis vnum ineſt) principium artis atq; ſcientię pullulat.Artis quidẽ,ſi circa generationem:ſcientię verò,ſi circa id quod eſt verſetur.Neq; igitur habitus principiorũ in ſunt à natura, neq; ab alijs habitibus notioribus fiunt,ſed à ſenſu, Veluti in prelio facta fuga,cum vnus aliquis reſiſtere incipit,alter ſe illi adiungit,deinde alius atq; alius, donec ſufficiant principium belli inſtaurare . Talis aũt eſt anima,vt ſimile aliquid pati poſſit. At quod modo dictum eſt, non dilucide ſatis dictum eſt,idcirco id rurſus dicamus . Cum enim reſederit vna forma ab his orta, quæ ſunt rerum ſpecie indifferentiũ,tum primum vniuerſale in anima naſcitur.Etenim ſentire quidem ſingulare,ſenſus autem vniuerſalis eſt,vt hominis,non Callię, Rurſus & in his quę ſpecie differũt, aĩa ſimili modo ſe habet , quouſq; ad aliquod vniuerſale ſimplex atq; primum perueniat , vt ex homine & leone colligit animal, ex animali & planta corpus,& ſic deinceps.Manifeſtum igitur eſt,prima principia inductiõe à nobis cognoſci, nam & ſic ſenſus vniuerſale efficit.Quoniam autem habituum intellectualium,quibus verum perſpicimus,Alię quidẽ interdum falſi ſint, vt opinio & ratio. Alij aũt ſemper veri,vt ſcientia & intellectus,neceſſe eſt horum alterum eſſe principiorum habitum,non aũt ſcientiam,quia principia demonſtrationibus ſunt certiora.Scientia autem demõſtratione acquiritur.Et cum nihil certius ſcientia ſit, q̃ intellectus,neceſſe eſt intellectum principiorum eſſe habitum.Quod ex eo quoq; perſpicuum fuerit, quoniam demonſtrationis principium non eſt demonſtratio,quare neq; ſcientia ſcientię. Si igitur præter ſcientiam nullum aliud genus habituum ſemper verum habeamus q̃ intellectum,intellectus ſane principium ſcientiæ erit,atq; principium ipſius principij , Scientia autem ad rem omnem ſeſe habet ſimiliter.

Auctoritas.

Solutio tertij dubij.

Auctoritas.

Quomodo vniuerſale in anima fiat.

Auctoritas.

Ratio .i. ratiocinatio.

Solutio ſecundi dubij.

Principiũ principij .i. habitus cognitiuus immediati ꝓpoſiti.

Finis ſecundi libri Poſteriorum Ariſtotelis.

LIBER

Liber Topicorum
ARISTOTELIS IN OCTO
LIBROS PARTIALES DIVIDITVR.

Primus in quatuor tractatus. Primi tractatus tria capitula.
Primum proœmiale.

Propositio proœmialis.

PRopositum quidem negotij est, methodũ inuenire, à qua poterimus syllogisare de omni problemate ex probabilibus, & ipsi disputationem sustinentes nihil dicemus repugnans. Primum igitur dicendũ est quid syllogismus, & quę eius differentię, quatenus sumatur dialecticus syllogismus. hunc enim quærimus secundum propositum negotium.

Secundum caput de syllogismo & speciebus eius.

Definitio syllogismi.

YLlogismus est oratio, in qua positis quibusdam, aliquid aliud à positis ex necessitate accidit, per ea quæ posita sunt. Demonstratio est, quando ex primis & veris syllogismus erit: aut ex talibus, quæ per aliqua prima & vera suæ cognitionis principium sumpserunt. Dialectícus aũt syllogismus, qui ex ꝓbabilibus est syllogisatus. Sunt autem prima & vera, quæ non per alia, sed per seipsa fidem habent. Non enim oportet in disciplinabilibus principijs inquirere ꝓpter quid, sed vnũquodq; ipsorum sibijpsi fidem esse. Probabilia sunt quæ videntur omnibus, aut pluribus, aut sapientibus, & his aut oĩbus, aut pluribus, vel maximè probatis. Litigiosus aũt est syllogismus ex his, quæ videntur probabilia, non sunt autem: & qui ex probabilibus, aut ex his quę vidẽtur probabilia, est appãrens. Non enim omne quod videtur probabile, etiam est probabilẽ. Nihil enim eorum quæ dicuntur probabilia in superficie, omnimodam apparentiam habet, veluti sunt litigiosarum disputationum principia. Nam statim & sæpius, etiam eis qui parua videre possunt, manifesta est in his falsitatis natura. Eorũ ergo quĩ dicti sunt litigiosi syllogismi, prior etiam syllogismus dicatur. Reliquus verò litigiosus syllogismus, non autem syllogismus, eò quòd videtur syllogisari, non tamen syllogisatur. Amplius præter iam dictos syllogismos, ex proprijs disciplinarum fiunt paralogismi, qui falsigraphi dicuntur, quemadmodum in Geometria accidit, & scientijs

Quid demõstratio.
Quid dialectic. syllogismus.
Quæ prima & uera.
Quæ ꝓbabilia.
Quid syllogismus litigiosus.
Duplex syllogismus litigio.
De syllogismo falsigrapho.

tijs huic cognatis. Videntur autem hi differre à dictis syllogismis. Nam neq; ex primis & veris syllogisant, neq; ex probabilibus. Ea enim quæ sumit falsigraphus, sub definitione probabilium non cadunt, sed ex proprijs alicuius disciplinæ, non veris autem, syllogisat. Nam eo quòd quis aut semicirculos describit, aut lineas ducit non vt oportet, paralogismum facit. Species igitur syllogismorum figuraliter dictæ sunt. Summatim autem de omnibus dictis & dicendis determinandum est, eò ꝙ de nullo eorum exactam rationem assignare appetimus, sed figuraliter pertransire, arbitrantes secundum propositam methodum sufficiens, aliquo modo vnumquodq; eorum posse cognoscere.

Quõ in hac scientia procedendum.

Cap. 2m

Tertium caput ostendit vtilitatem huius scientiæ.

COnsequens aũt erit, his quę dicta sunt, dicere, ad quot, & quæ, vtile sit hoc negotium. Est aũt ad tria. Ad exercitationes, ad obuiationes, & ad secundũ philosophiam disciplinas. Quod igitur ad exercitationes sit vtile, manifestum. methodum enim habentes facile de proposito argumentari poterimus. Ad obuiationes verò, quia multorum annumerantes opiniones, non ex extraneis, sed ex proprijs doctrinis argumentabimur ad eos, improbantes quicquid non bene videntur nobis dicere. Ad secundum philosophiam disciplinas aũt, quia ad vtraq; dubitare potentes, facile in singulis speculabimur, quid verum & quid falsum. Præterea valet ad prima principia vniuscuiusq; disciplinę. Nam talia ex proprijs principijs eiusdem disciplinæ manifestari nequeũt, eò quòd prima sunt: & per communia necesse est de illis inquirere, quod propriũ maximeq; conueniens est dialecticæ: cum enim sit inquisitiua, ad omnium methodorũ principia viam habet. Habebimus aũt perfectam methodum, quando sic habebimus, vt in Rhetorica, & Medicina, & huiusmodi scientijs. Hoc aũt est ex his quę cõtingũt facere quantũ possibile est. Nã neq; rhetor semper persuadebit, neq; medicus semper sanabit, sed si ex contingẽtibus nihil omiserit, sufficiẽter eũ habere dicemus disciplinã.

Auctoritas.
Auctoritas.

Cap. 3m

Tractatus secundus de prædicatis, cuius primum caput continet, ex quibus, & quot, constat dialectica argumentatio.

PRimum ergo considerandum est, ex quibus est methodus: siquidem sumpserimus ad quot, & quæ, & ex quibus orationes, de quibus & syllogismi, & quomodo his abundemus: sufficienter habebimus propositũ. Sunt autem numero æqualia & eadem illa, ex quibus orationes, & de

Propositiões & problemata sunt æqualia nũero.

quibus ſyllogiſmi. Fiũt enim orationes ex propoſitionibus: de quibus autem ſyllogiſmi fiunt, problemata ſunt. Omnis autem poſitio & omne problema, aut proprium, aut genus, aut accidens indicat, etenim differentia cum generalis ſit, cũ genere ordinanda eſt.

Duplex ꝓpriũ.

Quoniam proprij quidem hoc quid eſt eſſe ſignificat, illud autem nõ: diuidatur, & vocetur illud quidem terminus, iſtud verò ſecundum communem de ipſis aſſignatam nominationem nuncupetur proprium. Palam igitur ex dictis, quatuor omnia eſſe prædicata, aut proprium, aut terminum, aut genus, aut accidens. Nemo autem nos opinetur dicere, vnumquodq; horum per ſe dictum propoſitionem eſſe aut problema, ſed ex his & propoſitiones & problemata fieri. Differunt profecto problema & propoſitio modo. Si enim dicis, putas ne animal greſſibile bipes definitio ſit hominis? & putas ne animal genus ſit hominis? propoſitio ſit. Si verò, vtrũ animal greſſibile bipes definitio ſit hominis, an non? problema. Quare & æqualia numero merito propoſitiones & problemata ſunt. Nam ab omni propoſitione problema facies, mutato interrogandi modo.

Dilutio obiectionis.

Differẽtia inter propoſitionẽ & problema.

Secundum caput de termino, proprio, genere, & accidente.

Cap. 4m

Quæ definitio.

Dicendum autem quid terminus, quid proprium, quid genus, quid accidens. Eſt autem terminus oratio quid eſt eſſe ſignificans. Aſſignatur quidem definitio non ſolum nomini, ſed & orationi. Poſſibile enim eſt, & eorũ quæ ſub oratione ſignificantur, quædam definiri. Sed quicunque nomine aſſignationem facit rei, definitionem nõ aſſignat, eò quòd omnis definitio oratio quædam eſt. Annexum tamen termino & huiuſmodi eſt ponendum, vt quòd honeſtum eſt decens, ſimiliter autem & vtrũ idem ſit ſenſus & diſciplina, an diuerſum? Etenim circa definitiones de eodem & diuerſo plurima fit inquiſitio. Simpliciter autem illa definitioni annexa dicuntur, quæcunq; cum definitione ſub eadem conſideratione cadunt: quòd autem omnia nunc dicta ſunt huiuſmodi, manifeſtum. Potentes enim quòd idem ſit & quòd diuerſum diſputare, & ad definitiones argumentari facile poterimus. Oſtendentes enim quòd non idem eſt, interimemus definitionem: ſed hoc non conuertitur. Non enim ſi quid alteri idem ſit, eius definitionem eſſe oportet. At ſi non idem ſit, definitionem non eſſe neceſſe eſt.

Definitum aliquando eſt ſimplex nomen, aliquando oratio.

De annexo definitionis.

Probat idẽ & diuerſum eſſe annexum definit.

Secunda pars de proprio.

Pro-

Defin. ꝓprij.

PRoprium eſt, quod non indicat quid eſt eſſe, ſoli aũt ineſt, & cõuerſim prædicatur de re, vt proprium eſt hominis eſſe grammaticæ ſuſceptiuum. Nam ſi homo eſt, grammaticæ ſuſceptiuum eſt: & ſi grammaticæ ſuſceptiuum eſt, homo eſt. Nemo enim proprium dicit, quod contingit alij ineſſe, vt homini dormire. Nec ſi forſitan per aliquod tempus ſoli ineſt. Si autem forte dicatur aliquid talium proprium, non ſimpliciter, ſed aliquando, vel ad aliquid dicetur. Nam à dextris eſſe aliquando proprium eſt, bipes autem ad aliquid, vt homini ad equum & canem. Quòd autem eorum, quæ alij ineſſe cõtingit, nullum cõuerſim prædicatur, manifeſtum eſt, non enim neceſſariũ eſt, ſi quid dormiat, hoiem eſſe.

Tripliciter dicitur proprium.

Tertia pars de genere.

Definit. generis

GEnus autem eſt, quod de pluribus & differentibus ſpecie in eo quod quid eſt prædicatur. In eo quod quid eſt illa prædicari dicuntur, quæcunq; interroganti quid eſt conuenienter reſpondemus: quemadmodũ quid eſt homo interroganti, animal congrue reſpondemus. Generi autem annexum eſt, vtrum aliud alij idem ſit genere an diuerſum. Nam & huiuſmodi ſub eadem cadunt conſideratione cum genere. Si enim animal oſtenderimus genus eſſe hominis & bouis: ſimiliter oſtenſum fuerit, hæc eadem eſſe genere. Si autem alterius genus eſſe monſtrauerimus, alterius verò non eſſe: monſtratum fuerit, non eadem eſſe genere.

De annexo generis.

Quarta pars de accidente.

Prima definitio accidentis. Secunda.

ACcidens aũt eſt, quod nihil horũ eſt, neq; definitio, neq; proprium, neq; genus, ineſt aũt rei. Et quod contingit cuilibet eidem ineſſe & nõ ineſſe, vt ſedere, ſimiliter & album. Nam idẽ nihil prohibet quandoq; album, aliquando non album eſſe. Eſt aũt ſecunda definitio accidentis melior prima. Nam ſi quis primam debeat intelligere, neceſſarium eſt cognoſcere quid ſit definitio, quid genus, quid proprium: ſecunda aũt per ſe cognoſci poteſt. Annectuntur autem accidenti, quæ ad ſeinuicẽ ſunt cõparationes, quolibet modo ab accidente dictę, vt vtrũ honeſtum expetibilius eſt, an vtile? & vtrum vita quę eſt ſecundum virtutem ſuauior eſt, an ea quę eſt ſecundũ voluptatẽ? Et ſi quid his ſimile eſt. In oĩbus enim talibus, vtri magis prædicatum accidit quæritur. Manifeſtum ergo ex his, q; nihil prohibet, accidens eſſe propriũ quando, & proprium adaliquid: vt ſedere cum ſit accidens, quando quis ſolus ſedet propriũ aliquando erit, Solo verò ſedente, ad non ſedẽtes erit

Cõparatio dif.

De annexo accidentis.

Corollarium.

Cap. 5m

Quòd oĩa prædicata à definitione reducuntur à differentia.

propriũ, Simpliciter aũt propriũ non erit accidẽs. Non lateat aũt nos, quoniam oĩa quæ ad propriũ, genus, & accidens dicuntur, & ad definitiones conueniet dici. Oſtendentes enim quoniã non ſoli ineſt (quod ad definitionẽ dicitur, quemadmodũ & ad proprium) Aut quoniã non eſt genus, quod in definitione eſt aſſignatũ (quia non in quid prędicatur) Aut quoniam non ineſt aliquid eorũ quę in definitione dicuntur (quod & in accidente dicitur) interimentes erimus definitionem. Quare omnia hæc quodãmodo definitioni erunt annexa. Sed nõ propter hoc vnam in oĩbus vniuerſalem methodum quærendum, neq; enim facile eſt hanc inuenire: & ſi inueniatur, omnino incerta erit, & parũ vtilis propoſito negotio. Propria aũt cuilibet iſtorũ aſſignata methodo, facile circa vnumquodq; habebitur propoſitum. Quare figuraliter, quemadmodũ dictum eſt prius, dicendũ. Prædicatis quidem ea quę eis annectuntur adiũgenda. Annectunt aũt ea, quę circa ſingula pene diximus.

Remotio cuiuſdam tacitæ obiectionis.

Cap. 6m

Oſtendit quot modis dicitur idem.

Tres modi quibus dicitur idem

PRimum aũt omnium de eodẽ determinãdum eſt, quoties dicatur. Videbitur quidem, vt figuraliter ſumat, idem tripliciter diuidi, aut enim numero, aut ſpecie, aut genere, idem ſolemus appellare. Numero eadẽ ſunt, quorum noĩa plura, res autem vna, vt tunica & veſtis. Specie aũt, quæ cum ſint plura, indifferentia ſunt ſecundum ſpeciẽ, vt homo homini, equus equo. Nam & huiuſmodi ſpecie eadẽ dicuntur, quæcunq; ſub eadem ſpecie ſunt. Similiter & genere eadẽ dicuntur, quæcunq; ſub eodẽ ſunt genere, vt equus homini. Videbitur forſitan aqua eiuſdẽ fontis aliquam prẽter dictos modos habere differentiã. Non tamen habet, ſed eadem ſpecie ſecundum dictũ modum dicitur. Omnis enim aqua omni aquę eadem ſpecie eſt, eò quòd habeat quandã ſimilitudinem. eiuſdem aũt fontis aqua, quę eadem dicitur, nullo alio differt, q̃ eo quòd vehementior ſit ſimilitudo, quare nõ ſpecie differt. Quod aũt vnum numero eſt, maxime & indubitanter idem videtur ab oĩbus dici. Solet quoq; hoc multipliciter aſſignari. Proprijſſime enim & primò idem numero dicitur, quando nomine vel definitione idẽ dicitur, vt veſtis tunicę, & animal greſſibile bipes homini. Secũdò aũt quando proprio idẽ eſt, vt diſciplinę ſuſceptibile homini, & natura ſurſum ferri igni. Tertiò verò quando accidente, vt ſedens vel muſicũ Socrati. Omnia enim hęc vnũ numero volũt ſignificare. Qd aũt ſic eadẽ accidente dicantur, ex trãſmutatione appellationũ manifeſtum eſt. Sæpe enim præcipientes noĩe vocari aliquem ſedentium, non intelligente eo forte cui pręceptum facimus, tranſmutamus ab accidente, iubentes ſedentẽ vel diſputantẽ vocari ad nos. Quare manifeſtũ eſt, eundem, accidente & nomine ſibi proprio ſignificare. Idem ergo, quẽadmodum dictũ eſt, tripliciter diuidatur.

Eadem numero Eadem ſpecie.

Eadem genere.

Obiectio. Dilutio.

Idẽ numero multipliciter dicitur.

Idẽ nomine uel definitione. Idem proprio.

Idem accidente.

Probat aliqua eadẽ eſſe accidẽtc.

Aliàs ſignificari

Cap. 7m

Tertium capitulum oſtendit, omnem argumentationem dialecticam eſſe ex aliquo quatuor prædicatorum.

Concluſio.

Prima probatio.

VOd aũt ex prius dictis prędicatis orationes fiũt, & per hæc, & ad hęc, primo per inductionem patet. Nam omnis propoſitio & problema apparebit, aut à definitione, aut à proprio, aut à genere, aut ab accidẽte eſſe. Se-

Secunda.

cundo idem per ſyllogiſmum palam erit. neceſſe eſt enim, omne quod de aliquo prædicatur, aut cõuerſim de re prędicari, aut non. Si conuerſim, terminus erit vel proprium. Nam ſi ſignificet quid eſt eſſe, terminus quidem erit: ſi autem non, proprium. Hoc enim erat proprium, quod conuerſim prædicatur non ſignificans quid eſt eſſe. Si autem non conuerſim prædicatur de re, aut ex his eſt quæ in definitione ſubiecti dicuntur, & ſic genus erit aut differentia, eò quòd definitio ex genere & differentijs eſt, Aut non eſt ex his, quæ in definitione ponuntur, & erit accidẽs. Accidens enim dicebatur, quod neq; terminus neq; genus eſt neq; proprium, ineſt autem rei. Poſt hæc autem determinandum eſt genera prædicamentorum, in quibus ſunt dictæ quatuor differentiæ. Sunt profectò hæc numero decẽ. Quid, Quantum, Quale, Adaliquid, Vbi, Quando, Situm eſſe, Habere, Facere, Pati. Semper enim accidẽs, & genus, & proprium, & definitio, in vno horũ prædicamentorum erit. Nam oẽs ex his differentijs factæ propoſitiones, aut quid eſt, aut quale eſt, aut quantũ, aut aliorum aliquod prędicamentorum ſignificant. Manifeſtum autẽ ſit, quod quid eſt ſignificans, quãdoq; quidẽ ſubſtantiam ſignificare, quandoq; autem quale, quandoque verò aliquid aliorum prędicamentorum. Nam quando, aliquo homine poſito, quis dixerit id quod poſitum eſt hominem eſſe vel animal, & quid eſt dicit, & ſubſtantiã ſignificat. Quãdo aũt poſito colore albo, dixerit quod poſitum eſt album eſſe vel colorẽ, & quid eſt dicit, & quale ſignificat. Similiter & ſi, cubitali magnitudine poſita, dixerit quod poſitum eſt cubitalem eſſe magnitudinem, & quid eſt dicit, & quãtum ſignificat: ſimiliter & in alijs. vnũquodq; enim talium, ſiue idem de eodẽ dicatur, ſiue genus de hoc, quid eſt

Quodlibet prædicatorum in aliquo prædicamentorum eſſe.

Significare quid non cõuenit ſonis ſubſtantijs.

ſignificat: quando aũt de alio, non quid eſt ſignificat, ſed quãtum, aut quale, aut aliquid aliorum prædicamentorum. Quare de quibus ſunt argumentationes, & ex quibus, hæc & tot ſunt. Quomodo autem ſumemus, & per quę copioſi erimus, poſt hæc dicẽdum.

Cap. 8m

Quartum caput de propoſitione dialectica, & problemate, & poſitione.

PRimùm igitur determinetur, quid ſit propoſitio dialectica & quid ꝓblema dialecticũ. Non enim omnis propoſitio nec omne problema dialecticũ ponendũ, nullus enim mentem habens proponet, quod nulli videt: nec in quęſtionem vertet, quod omnibus eſt manifeſtũ vel plurimis.

Quid ꝓpoſitio dialectica.

Nã hæc quidẽ nõ habent dubitationẽ, Illa autẽ nemo cõcedet. Eſt autem propoſitio dialectica interrogatio probabilis aut oĩbus, aut plurimis, aut ſapientibus, & his vel oĩbus, vel plurimis, vel maxime notis, nõ extranea. Id enim quod ſapiẽtibus videtur, ponet aliquis: niſi cõtrariũ plurimorum ſit opinionibus. Sunt profectò propoſitiones dialecticæ, & ea quę probabilibus ſunt ſimilia. Et cõtraria his, quæ videntur eſſe probabilia ſecundũ contradictionẽ ꝓtenſa. Et quæcunq; opiniones ſunt ſecundũ artes inuentas. Si enim ꝓbabile eſt, eandẽ eſſe contrariorũ diſciplinã: & ſenſum eundẽ eſſe contrariorum, probabile apparebit. Et ſi vnam numero eſſe grammaticam, & muſicam vnam eſſe: ſi autem plures grammaticas, & muſicas plures. Omnia enim hæc ſimilia eſſe videntur & cognata. Similiter & ea quę probabilibus ſunt contraria ſecundum contradictionẽ protenſa, probabilia eſſe videntur. Si enim probabile eſt, q; oportet amicis benefacere: & quoniam nõ oportet amicis malefacere, probabile erit. Eſt enim contrarium, q; oportet malefacere amicis. Secundũ contradictionẽ aũt non oportet amicis malefacere. Similiter aũt, & ſi oportet amicis benefacere, inimicis nõ oportet. Eſt aũt & hoc ſecundum contradictionem cõtrariorum. Nam cõtrarium eſt, oportet inimicis benefacere, ſimiliter aũt & in alijs. Probabile aũt & in parabola apparebit etiam contrarium de contrario, vt ſi oportet amicis benefacere, & inimicis oportet malefacere: apparebit aũt cõtrarium quod eſt amicis benefacere ei quod eſt inimicis malefacere. Vtrum aũt ſecundum veritatem contrariantur an non, in his quæ de contrario dicentur oſtendetur. Palam autem, quoniam & quęcunq; opiniones ſecundum artes ſunt dialecticæ, ſunt propoſitiones. ponet enim aliquis ea quæ videntur his, qui in talibus artibus ſunt probati, vt in Geometria ea quæ videntur

Diuiſio ꝓpoſitionis dialecticæ.

dentur geometro, & in medicina quæ medico.

Cap. 9m

Secunda pars de problemate dialectico.

PRoblema dialecticum eſt ſpeculatio, contendens vel ad electionem & fugam, vel ad veritatem & ſcientiam, aut per ſe, aut vt adminiculans ad aliquid aliud huiuſmodi, de quo aut neutro modo opinantur, aut contrarie pleriq; ſapientibus, aut plæriſq; ſapientes, aut plæriq; plæriſq;, aut ſapientes ſapiẽtibus. Quędã enim problematum vtile eſt ſcire tantum ad eligendum vel fugiẽdum, vt vtrum voluptas eligẽda ſit, an non? Quædam aũt ad ſciendum tantùm, vt vtrum mundus ſit æternus, an nõ? Quædam verò ipſa per ſe quidem ad neutrum horum, adminiculantia autem ſunt ad aliqua talium. Plurima enim ipſa quidẽ per ſe nolumus ſcire, ſed aliorum gratia, vt per illa aliud quippiam cognoſcamus. Sunt autem problemata, Et de quibus contrarij ſunt ſyllogiſmi, in quibus dubium eſt vtrum ſic ſint an non? eò quòd ad vtramq; partẽ ſunt rationes veriſimiles, Et de quibus rationẽ non habemus, eò quòd ardua ſunt, difficile arbitrãtes rationem poſſe aſſignari, vt vtrum mundus æternus ſit, an non?

Quid problema dialecticum.

Declaratio definitionis.

Auctoritas.

Tertia pars de poſitione.

POſitio eſt opinio extranea alicuius notorum ſecundum philoſophiam, vt q; non contingit contradicere, quemadmodũ dixit Antiſthenes. Et quòd omnia mouẽtur, quemadmodũ Heraclitus. Aut q; vnum eſt ens, quemadmodum Meliſſus. nam de quouis cõtraria opinionibus proferente curam habere, aut de quibus habemus rationem contrariã opinionibus, ſtultum eſt. vt quòd nõ omne ens factum eſt vel æternum, quẽadmodum argumentantur ſophiſtæ, nam muſicum eſſe grammaticum, neq; factum eſt, vel æternum. Quãuis enim nõ omne eſt eſſe factum, vel ęternum, alicui nõ videatur, videbitur vtiq;, eò quòd rationem habeat. Eſt igitur omnis quidem poſitio problema, non aũt omne problema poſitio, eò q; problematũ quædam talia ſunt, de quibus neutro modo opinamur. Quòd aũt omnis poſitio eſt problema, manifeſtum eſt. neceſſe eſt enim ex his quæ dicta ſunt, aut plures contrarie ſapientibus opinari circa poſitionẽ, aut vtroſlibet ſibimet, eò q; poſitio opinio quædam extranea eſt. Pene aũt nunc omnia dialectica problemata poſitiones vocantur. Nihil autem differat quomodo vocentur. non enim nomen effingere volẽtes diſtinctim definiuimus ea, Sed vt non lateat nos, quę ſunt eorum differentię. Non oportet autem

Auctoritas.

Probat omnem propoſitionẽ eſſe problema,

omne

Auctoritas. omne problema aut positionē considetare, sed quam dubitauit aliquis ratione egens, nō pœna, vel sensu. Nam qui dubitant, vtrum Deos oporteat vereri, & parentes honorari, an nō? pœna indigēt: qui verò, vtrū nix alba sit an non, sensu. Neq; verò quorū demonstratio propinqua, neq; quorū valde longè. Nam illa quidem non habent dubitationē, hęc aūt præsentem methodum transcendunt.

Cap. 10m

Tractatus tertius de speciebus argumentationis dialecticæ.
Caput vnicum.

DEterminatis autem his, oportet ostendere quot dialecticarum ratiocinationum sunt species. Est autem hæc quidem inductio, illa verò syllogismus, de quo prius dictum est. Inductio verò est à singularibus ad vniuersalia progressio, vt si est gubernator eruditus optimus, & auriga: omnis qui est eruditus, optimus. Est autem inductio verisimilior, clarior, & ad sensum notior, & pluribus communis. Syllogismus autem violentior, & ad contradicendum efficacior.

Quid inductio.

Differētia inductionis à syllogismo.

Tractatus quartus de instrumentis abundandi argumentationibus dialecticis.
Primum capitulum de ipsis in generali.

Cap. 11m

INstrumenta aūt, per quæ abundemus syllogismis, sunt quatuor, vnū quidē, propositionē sumere. Secūdū, quotupliciter vnūquodq; dicit', posse distinguere. Tertiū, differentias inuenire. Et quartū, similitudinis consideratio. Sunt aūt tria hæc posteriora quodāmodo propositiones sumere. Est enim vnūquodq; horum propositionē facere, vt q; eligendū est honestū, vel delectabile, vel vtile. Et q; differt sensus à disciplina, eò quòd amittēti hanc, possibile est rursum acquirere, illū aūt impossibile. Et quòd similiter se habet salubre ad sanitatē & εὐεκτικὸν ad εὐεξίαν. Est autem prima propositio ab eo quod multipliciter dicitur, secunda à differentijs, tertia verò à similibus.

εὐεκτικὸν .i. habile ad bonā habitudinem.

εὐεξία bona habitudo.

Cap. 12m

Secundum capitulum de propositionum sumptione.

VMendæ quidē sunt propositiones tot modis, quot propositio dialectica dicitur, aut quę videtur omnibus, aut quę pluribus, aut sapientibus, & his vel oībus, aut pluribus, aut notissimis, Aut quæ contrariæ sunt apparentibus secundum contradictionē protensæ, Et quęcunq; sunt opiniones secundum artes. Vtile autem non solùm eas eligere quæ probabiles sunt, sed & eis similes, vt quòd contrariorum est idem sensus, nam & scientia est eadem. Et quòd videmus suscipientes aliquid, non emittentes, nā & in alijs sensibus sic est. Audimus enim susci-

Primum documentum.

scipientes aliquid, nō emittētes: & similiter olfacimus. Amplius sumendę sunt propositiones, vt principia & apparētes positiones, quæ in omnibus, vel pluribus videtur. Non conspicientes enim instantiā, concedunt tales propositiones. Prętera sumendę sunt propositiones ex descriptionibus terminorū. Describere autem oportet vnumquodq;, seorsum supponēdo descriptionē, vt de bono aut de animali incipiendo ab eo quod quid est. Insuper enumerandæ sunt singulorū opiniones, vt quod Empedocles dixit, quatuor esse elementa. Quod enim ab aliquo probato dicitur, facile cōceditur. Propositionū aūt & problematum (vt figuraliter complectantur) tres sunt partes. Nam aliæ sunt propositiones ethicæ, vt vtrū oporteat parentibus, an legibus magis obedire, si dissentiant? Alię physicę, vt vtrū mundus est ęternus, an nō? Aliæ verò logicæ, vt vtrū contrariorū sit eadē disciplina, an nō? similiter & pblemata. At verò quales sunt singulę harū quę dictæ sunt, nō facile est definitione assignare, sed tentandū est cognoscere vnāquamq; earū assuetudine quæ per inductionem est, considerando prædicta exempla. Ad philosophiam igitur, secūdum veritatem de his determinandum, Dialectico autem modo, ad opinionem. Sumendæ sunt autē propositiones q̄ maxime vniuersales, sub quibus sumendæ sunt aliæ, vt quòd omnium oppositorum eadem est disciplina, deinde quòd contrariorum, & quòd relatiue oppositorum, & hæ rursus diuidendæ sunt quousq; fieri potest diuisio, vt q; boni & mali, albi & nigri, frigidi & calidi eadem est disciplina, similiter & in alijs.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Auctoritas.

Diuisio propositionum & problematum.

Quintum.

Cap. 13m

Tertium caput de distinctione multiplicis.

IPsum aūt multiplex inuestigandum est, non solùm quoties dicatur: sed & rationes, secundum quas aliquid multipliciter dicitur, assignando: vt nō solùm quòd bonum alio quidē modo dicitur iustitia & fortitudo, alio autem modo euecticon & salubre: sed etiam quod illa quidem bona dicuntur, eò q; ipsa qualia quædam sunt. hęc aūt ob id q; effectiua alicuius, & non ideo q; qualia quædam sunt. Vtrū aūt multipliciter, an simpliciter aliquid dicatur, per hæc considerandum est. Primùm quidem ad cōtrarium perspiciendo an multipliciter dicitur, siue specie, siue noīe dissonet. quorundam enim sunt contraria nominibus diuersa. Vt acuto in voce contrarium est graue, in magnitudine obtusum: ergo acuto cōtrarium multipliciter dicitur, quare & acutū. Rursum graui in voce acutum

Primum documentum.

Primū exemplū secūdæ partis.

Secundum.

Tertium. acutum contrarium est, in magnitudine autem leue: ergo graue
Istud exemplum nō potest cōueni enter reddi latīe multipliciter dicitur, eò q̄ contraria habet nominibus diuersa. Similiter & bono in animali fœdū contrariatur, bono verò in domo
Primū exēplum primæ partis. pestilens: igitur bonū æquiuoce dicitur. Quorundam aūt contra-
Pro claro & obscuro antiqua trāslatio habet album & nigrū Auctoritas. ria non nominibus sunt diuersa, sed specie, vt in claro & obscuro. Vox enim clara & obscura dicitur, & etiam color: sed non simili-
Secūdū exēplū. ter color clarus dicitur, & vox clara: quod manifestū per id, quòd
Secūdū documē-tum. eorum quæ sunt specie eadem, idem est sensus, clari aūt in voce &
Primū exemplū. clari in colore non est idem sensus, sed huius quidē visus, illius verò auditus. Similiter aūt & acutum & obtusum in humoribus, & magnitudinibus, sed huius quidem tactus, illius autem est gustus.

Amplius si huic quidem est aliquid contrariū, illi aūt simpliciter nihil, vt delectationi à potu, tristitia quę est à siti contraria est, delectationi quæ est à consideratione eius quod diameter est costæ asimeter, nihil cōtrariatur. quare multipliciter delectatio dicitur.
Secundū exēplū Et amori secundum animam odium est contrarium, amori autem secundū corporalem actum nihil contrariatur, quare amor æquiuocū. Amplius ad media cōtrariorum considerandū est. Si huic
Tertiū docum. quidem est aliquid medium, illi autem nihil. Aut si vtrisq; est medium, non tamen idem, vt clari & obscuri in colore, fuscum est medium, in voce aūt nihil. Aut si sit forte (quēadmodum quidam di-
Quartū docum. cunt) erit raucū, quare clarum æquiuocū, similiter & obscurū. Insuper si horum quidē plura media, illorum aūt vnum, vt in claro & obscuro. Nam in coloribus plura media, in voce autem vnum,
Quintum. scilicet raucū. Rursum ad contradictorium considerandū. Nam si vnum dicatur multipliciter, & reliquum multipliciter dicetur: vt non videre multipliciter dicitur, vno modo non habere visum, alio, nō vti visu: quare & videre multipliciter. vtriq; enim non vi-
Sextum. dere, videre oppositū est. Amplius ad priuatiue opposita perspiciendum est. Si enim alterū multipliciter dicatur, & reliquum: vt si sensibile multipliciter dicatur, secundū animam scilicet, & secundum corpus: & insensibile multipliciter dicetur, & secundū animā
Septimum. & secundum corpus. Quòd autem hęc priuatiue opponuntur, palam est, eò quòd nata sunt vtrunq; sensum habere animalia, & secundū animam & secundū corpus. Præterea ad casus videdum, nam si iuste multipliciter dicatur, & iustum multipliciter dicetur.
Primū exēplū. Secūdū exēplū. Si enim iuste dicatur & secūdum cognitionē iudicare, & vt oportet: similiter & iustū. Et si salubre multipliciter dicatur, & salubri-

ter

ter multipliciter dicetur: vt si salubre dicatur & effectiuum sanitatis & conseruatiuum atq; significatiuum: & salubriter & effectiue & conseruatiue & significatiue dicetur. Similiter autem & in alijs. Si casuum alter multipliciter dicatur, & reliquus. Considerare au- *Auctoritas.*
tem oportet & ad diuersa genera prędicamētorū, quoniā si idē no- *Octauū documentum.*
men in diuersis sit generibus, ipsum est æquiuocū: vt bonū in cibis
effectiuū est voluptatis, in medicina autē effectiuū sanitatis, in ani- *Primum exemplum.*
ma verò qualem esse, vt castam, vel fortē, vel iustam. Similiter autem & in homine, Aliquoties autem & quando significat, vt bonum in tempore, plęrunq; autem quantum, vt in mediocri. Dici- *Auctoritas.*
tur enim & mediocre bonum, quare bonum æquiuocū est. Similiter autem & clarū in corpore quidē color, in voce autē bene audibile. Similiter & acutū. Non enim eodē modo in omnibus dicitur. *Secundū exemplum.*
Nā vox acuta quidē velox, sicut dicūt Harmonici: Angulus autē *Tertium exemplum.*
acutus, qui recto minor est: gladius verò acutus, qui acuti est angu-
li. Insuper si idē nomen sub diuersis ponatur generibus non subal- *Nonum documentum.*
ternis, ipsum est æquiuocū, vt ὄνος & animal dicitur & vas, diuersa *ὄνος grece asinum significat, & uas quoddā.*
nāq; secundū nomen est eorū ratio. Nā hoc quidē aīal tale dicitur,
hoc verò vas tale. Si aūt genera, sub quibus ponit idē nomen, sub
alterna sint, nō necessariū est ipsum æquiuocū esse, vt corui & aīal
& auis genus est, quæ subalterna sunt. non autē vas & animal, sub *Decimum documentum.*
quibus ponitur ὄνος. Considerandū etiam nō solū, si genera propo-
siti sunt non subalterna, sed etiā contrarij. nam si contrarium mul- *Vndecimum.*
tipliciter dicitur, palā quoniā & propositū. Vtile autem fuerit & ad
definitionem aspicere, quę ex cōposito fit. nam sublatis proprijs, si
idem sit quod relinquitur, nō est æquiuocū. si autem non idem sit,
est æquiuocum, vt in definitionibus clari. Nam clarum dicitur &
corpus habens talem colorem, & vox bene audibilis. Sublato aūt *Duodecimum.*
corpore & voce, non idem relinquitur. Sæpe etiam in ipsis defini-
tionibus latet æquiuocum, Quapropter & ad definitionem consi-
derandum, Vt si quis significatiuum vel effectiuum sanitatis defi- *Decimūtertium.*
niat, quòd moderate se habet ad sanitatem: inspiciendum quid v-
trobiq; moderate dixerit, si hic quidem facere sanitatem, illic verò
significare: moderate æquiuoce dicitur. Amplius si quid pluribus
competat, quę in ipso comparari nequeunt secundum magis & mi- *Auctoritas.*
nus, aut similiter, æquiuoce dicitur, velut clarum voci & vesti, simi-
liter & acutum humori & voci. Omne enim vniuocum compara-
bile est, nam vel similiter de vtroq; dicetur, aut de altero magis.
Conside-

Decimũ quartũ. Considerandum preterea, si diuersorum generum, & non subalternatim positorum, differentiæ eodem nomine vocẽtur, nam ipsum erit multiplex, vt acutum. Differt enim vox à voce, quia acuta. Similiter & magnitudo à magnitudine. Diuersorum enim generum & non subalternatim positorũ, diuersæ sunt species & differentiæ. Rursum si eorum quæ eodem nomine nuncupantur, diuersæ sunt

Decimũ quintũ. differentię, ipsum quidem nomen est multiplex: vt coloris qui est in corporibus, differentię sunt, congregatiuũ & disgregatiuum visus: coloris verò in melodijs non eędem sunt, quare color est æqui

Decimũ sextum uocum. Nam eorundem cædem differentiæ. Amplius si idem sub

Exẽplũ istud nõ potuit reddi latine. eodem nomine species sit & differentia, prospiciendũ est quoniam species nullius est differentia: vt clarum in voce quidem est differentia, In corpore verò species coloris: quare multiplex.

Auctoritas.

Cap. 14m. Quartum caput de reliquis duobus instrumentis.

Primũ documẽtũ p differẽtiarũ inuentione. Differentias autem eorum quę sunt eiusdem generis considerare oportet, vt quo differt iustitia à fortitudine, & prudentia à temperantia. hæc enim omnia sub eodem sunt genere. Et quæ diuersorũ sunt generũ, quæ non nimis differũt. etenim in ijs quę multũ distãt manifestę sunt differentię. Similitudinẽ autem cõsiderandũ, in his quę sunt in diuersis ge-

Secundum. Primũ documentũ p similiũ consideratione. neribus, Vtrũ sicut alterũ ad alterũ, ita reliquũ ad reliquũ, vt vtrũ sicut se habet scientia ad scibile, ita sensus ad sensibile. & vtrũ sicut alterum in altero, ita reliquum in reliquo: vt quemadmodũ visus in oculo, sic mens in anima, & vt trãquillitas in mari, ita serenitas in aere, vtrumq; enim quies. Maxime autem ad ea considerare oportet, quę multum distant. Facile enim in reliquis similia poterimus respicere. Considerandũ aũt & ea quę sub eodem sunt genere,

Secundum. si quid omnibus ineſt idem, vt homini, equo, & cani. Nam si quid idem eis ineſt, in eo sunt similia.

Quintum caput de vtilitatibus trium terminorum.

Prima utilitas distinctionis multiplicis. Vtile autem est considerasse, quotupliciter aliquid dicitur, vt propositum elucidetur: maxime autem quis sciet quid ponatur, si sciat quotupliciter aliquid dicatur. Et

Secunda. vt ad eandem rem fiant syllogismi, & non ad nomen. Si enim lateat quotupliciter aliquid dicatur, contingit non ad idẽ & respondentem & interrogantem ferre intellectum. Manifestò autem, quotiens aliquid dicitur, & ad quid respondens ferat intellectum, ridiculus videbitur interrogans, si non ad idem intellectum ferat

ferat. Vtile etiam, vt non paralogisemur, sed paralogisemus potius. Scientes enim quotupliciter aliquid dicitur, non paralogisabimur: sed sciemus si non ad idem interrogans ferat intellectum, & ipsi interrogantes poterimus paralogisare, nisi qui respondet sciat, quoties dicitur. Hoc autem non in omnibus semper possibile, sed quando fuerint eorum quæ multipliciter dicuntur, alia quidem vera, & alia falsa. Est autem hic modus non conueniens proprie dialectiæ, quare omnino dialecticis vitanda est huiusmodi ad

Tertia. nomẽ disputatio, nisi de ꝓposito aliter disputare nõ possint. Differentias autem vtile inuenire, & ad syllogismos de eodem & diuerso. inuenientes enim differentiam propositorum quamlibet, ostendere poterimus quòd non sint idẽ. Et ad cognoscendum quid est

Prima utilitas differentiarum inuentionis. vnumquodq;, eò quòd propriam cuiusq; substantiæ rationem seꝓparare solemus ꝓprijs cuiusq; differẽtijs. Similitudinis verò cõ

Secunda. Auctoritas. sideratio vtilis est ad inductiones, syllogismos ex hypothesi, & ad definitionum assignationem. Ad inductiones quidem, eò quòd circa singula ex similibus inducimus vniuersale. Non enim facile est

Prima utilitas cõsiderationis similium. inducere ignorantes similia. Ad syllogismos autem ex hypothesi, eò ꝙ probabile est, quemadmodum in vno similium est, sic & in reliquis esse: quo supposito, si ostensum fuerit in vno sic esse, & ex hypothesi propositum ostensum fuerit. Ad definitionũ verò assigna-

Auctoritas.

Secunda. tionem, eò quòd potentes conspicere, in quo aliqua conueniunt, non dubitabimus, quid definientes propositum oportet pro genere collocare. Nam communium, quod maxime in eo quod quid est prædicatur, genus erit. Similiter & in multum distantibus, ad

Tertia. definitiones vtilis est similitudinis consideratio, vt quia tranquillitas in mari & serenitas in aere conueniunt in hoc, quòd vtrumq; est quies. Similiter punctum in linea, & vnitas in numero, in hoc conueniũt, quòd vtrumq; principium est. Ideo in horum definitione principium, illorum verò quies conuenienter poterit assignari. Instrumẽta itaq;, per quæ fiunt syllogismi, hęc sunt. Loci autẽ ad quos vtilia sunt prædicta, hi sunt, quibus di cendi sunt.

Finis primi libri Topicorum Aristotelis.

P SE-

SECVNDVS LIBER TOPICORVM

Secundi libri Topicorum primus tractatus, quibusdam generalibus præmissis docet determinare problemata accidentis

Diuisio problematis.

VNt aũt problematum alia vniuersalia, vt omnis voluptas est bonum, nulla voluptas est bonum: alia verò particularia, vt quędam voluptas est bonum, & quędam voluptas nõ est bonum. Sunt aũt vniuersalia tam constructiua q̃ destructiua communia ad problemata vniuersalia & particularia. Ostẽdentes enim q̃ omni inest, & q̃ alicui inest ostendemus. Similiter ostendentes q̃ nulli inest, nõ omni inesse ostendemus. Primò ergo de vniuersalibus destructiuis dicendum, eò quòd cõmunia sunt huiusmodi ad vniuersalia & particularia. Et quia magis afferunt positiones affirmatiuas disputationes sustinentes, q̃ negatiuas: opponentes verò destruunt. In accidentibus non semper ab inesse ad denominare sequitur. In alijs aũt definitione scilicet, proprio, & genere, necessario semper valet, vt si inest alicui animali gressibile bipes, ipsum est animal gressibile bipes. Similiter si animal inest alicui, ipsum est animal. Et si alicui inest susceptiuũ grãmaticæ, ipsum grammaticæ susceptiuum erit. Nam nihil horũ contingit secundum quid inesse vel non inesse, sed vnũquodq; simpliciter vel inest vel non inest. In accidẽtibus aũt nihil prohibet secundum quid inesse, vt albedinem, vel iustitiam, quare non sequitur, huic inest albedo vel iustitia, ergo est album vel iustum. poteſt enim secundum quid aliquid esse albũ vel iustum. Determinare aũt oportet & peccata, quæ sunt in problematibus. Nã sunt duo, vel in eo quòd mentiũtur, & in eo quòd positam locutionẽ transgrediuntur. Falsum enim dicentes, & qui quod non inest inesse alicui dicunt, peccant. Et qui extraneis nominibus res appellant (vt platanum hominẽ) transgrediuntur consuetã locutionem.

Ab inesse ad denominare in accidentibus non valet, in alijs tamen valet.

Duo peccata in disputationibus dialecticis. Auctoritas.

Cap. 2m

Secundi tractatus primum caput de loco accidentis.

Primus locus. Declaratio.

VNus ergo locus est, inspicere si secundum aliũ modum inest, quod vt accidens inesse assignatũ est. Maxime aũt hoc modo peccat circa genera, vt si quis assignet albo colorẽ accidere. Non enim accidit albo color, cum sit eius genus. Contingit aũt assignare aliquid vt accidens secundum nomi-

nationẽ determinando, vt virtus accidit iustitię. Sæpe aũt & genus vt accidens assignatur, non determinando secundum nomi-nationem, vt si quis albedinem colorari, vel ambulationem moueri dixerit. Nullum enim genus denominatiue de specie dicitur, sed vnumquodq; vniuoce. nam & nomine & ratione. Qui igitur albedinem dixit colorari, neq; vt genus assignat, quoniã denominatiue dixit: neq; vt proprium vel vt definitionẽ, nam & definitio & proprium nulli alij ineſt. Sunt autem colorata aliorum plæraq;, vt lignum, lapis. Manifestum igitur, quoniam vt accidens assignauit,

Auctoritas.

Secundum caput de loco à partibus in quantitate.

Secundus locus.

ALius locus est, si aliquid dicatur inesse alicui, omni, aut nulli, cõsiderare ad cõtẽta sub illo, & primò ad species cõmuniores: quia in paucioribus facilior est consideratio, deinde & illarũ species vsq; ad individua. Vt si quis dixerit, omniũ oppositorũ esse disciplinã eandẽ, videndũ est si relatiue oppositorũ, & cõtrariorũ, & oppositorũ priuatiue, & contradictoriorũ sit eadẽ disciplina. Et si in his nondum est manifestum, rursum perspiciendum est, si iusti & iniusti, dupli & dimidij, cęcitatis & visus, esse & non esse, sit eadem disciplina. Nam si in aliquo ostendatur quoniam non eadem, interimentes erimus problema. Similiter aũt & si nulli ineſt. Et valet iste locus tam ad construendum q̃ ad destruendum. Nam si in omnibus videatur vel in pluribus, postulandum est quòd aut vniuersalis concedatur, aut in aliquo feratur instãtia. Neutrum enim horum faciens, proteruus videbitur, nolens vniuersalem concedere. Si verò feratur in aliquo, interimenda est vniuersalis.

Auctoritas.

Tertium caput de loco à definitione, & quibusdam alijs.

Locus tertius.

ALius locus est, si accidens alicui assignetur inesse, videre ad definitiones, aut vtriusq;, aut alterius. Deinde cõsiderare, si aliquid positum in definitione vnius, repugnat alteri, vel alterius definitioni. Vt si petat, an deo cõueniat iniustitiã facere, videndum est quid sit iniustitiã facere: si enim sit alicui sponte nocere, manifestum est quoniã non cõpetet deo. Nam Deus nulli nocet. Et si petatur, an inuidus sit studiosus, videndum est quis inuidus & quę inuidia. Nam si inuidia sit tristitia, in apparenti prosperitate proborum, manifestum est quòd studiosus non est inuidus. sic enim studiosus paruus esset. Et si petatur, an indignans sit inuidus, quid vterq; eorum considerandum est. Et si inui-

Documentum. dus quidē ſit, qui triſtatur in bonorum proſperitatibus, Indignans aūt malorum: manifeſtum quòd non erit inuidus indignās. Sume re autem oportet & pro nominibus obſcuris, quæ in definitioni⸗bus ſunt, eorum definitiones: & non deſiſtere, donec id notum ſit quod quæritur. Sæpe enim, definitione aſſignata, nondum mani⸗

Locus 4. feſtū eſt quod quæritur: poſita aūt definitione loco alicuius obſcu⸗ri in definitione poſiti, manifeſtū fiet. Amplius ꝓpoſitio vniuer⸗

In mō, eò ꝙ hic infertur uniuer⸗ſalis cum inſtan⸗tia, illic uerò ſim⸗pliciter ſine in⸗ſtantia. ſalis habens inſtantiā ſumenda eſt cum illa inſtantia, alioquin per illam ſtatim contra propoſitum inſtabitur. Eſt aūt hic locus penè idem illi, quo conſideramus aliquid ineſſe omni vel nulli, differēs tamen in modo. Amplius conſiderandū eſt, quæ oportet dicere vt plures, & quę non. Vtile enim & ad conſtruendū & ad deſtru⸗endum erit, Nam nominibus res nuncupāde ſunt vt plures. Quæ autem res tales ſunt vel non, non amplius ad plures attēdendum, vt ſalubre quidem dicendum eſt effectiuum ſanitatis eſſe, ceu plu⸗res dicunt. Vtrum autem res propoſita ſit effectiua ſanitatis, an non, non iam vt plures dicendum, ſed vt medici.

Quintus locus ab uſu plurium ī nominibus, & autoritate ex⸗pertorūm rebus

Quartum caput ad terminandum problema multiplex.

Locus 6. AMplius ſi multipliciter dicat' quod poſitū eſt ineſſe ali⸗cui, aut non ineſſe, alterū eorū ad quæ multipliciter di⸗citur (ſi non vtrumq; contingat) ſufficit monſtrare ineſ⸗ſe, quando multiplicitas latet reſpondentē. Nam ſi non lateat, inſtabit non monſtratum eſſe quod dubitauit, ſed alterum.

Declaratio. Hic aūt locus valet & ad conſtruendū & deſtruendum. Nam con⸗ſtruere volentes, oſtendemus alterū ineſſe, ſi nō ambo poterimus.

Quomodo diffe rēter cōſtruūtur uel deſtruuntur dicta ꝓblemata. Deſtruentes aūt, ꝙ alterum non ineſt, ſi non ambo poterimus de⸗monſtrare non ineſſe. Verùm tamen deſtruentem nihil oportet ex cōceſſione diſputare, ſiue negatiua vniuerſalis, ſiue affirmatiua ſit propoſitio deſtruenda. Si enim oſtenſum ſit alicui nō ineſſe, deſtru⸗cta erit vniuerſalis affirmatiua, Si verò alicui ineſſe, negatiua. Ad conſtruendū autem oportet prēcōfiteri, ſi alicui inſit, omni ineſſe. Non enim ſufficit ad oſtendendum omni ineſſe, oſtendiſſe vni ineſ⸗ſe: vt ſi anima hominis eſt immortalis, non ob id omnis anima eſt immortalis: niſi præconfiteatur, ſi quædam anima immortalis eſt, omnem animam immortalē eſſe: quod non eſt ſemper faciendum, ſed quando non facile poſſumus in omnibus vnā communem ra⸗tionem inuenire: quemadmodū geometer poteſt de quolibet tri⸗

Locus 7. angulo, quòd tres habet æquales duobus rectis. Si aūt non lateat multi

multiplicitas, diuiſim pro quolibet cōſtruere, aut interimere opor⸗tebit, vt ſi decens ſit, aut vtile aut honeſtū, tentandum eſt vtrunq; cōſtruere aut interimere de ꝓpoſito: ſi aūt non cōtingat vtrunq;, alterū oſtendendū annotādo quòd hoc quidē eſt, illud autē nō. Si⸗ Locus 8.

militer erit & ſi plura ſint ad quę multipliciter dicit'. Rurſus quæ multipliciter aliter q̄ ſecundū æquiuocationē dicunt' conſiderāda: vt diſciplina vna pluriū, aut vt finis, & eius quod ad finē eſt, velut medicina ſanitatis & cibationis, Aut amboꝝ vt finiū, velut cōtra⸗riorum eadē eſt diſciplina, quorum vnū non magis finis eſt q̄ alte⸗rum, Aut vt eius quod per ſe eſt, & eius quod eſt per accidens: per ſe quidē, vt qd' triangulus habet tres angulos duobus rectis æqua les: per accidēs aūt, vt quòd æquilaterus. Accidit enim triangulo æquilaterū triangulum eſſe, per quod cognoſcimus, ꝙ æquilaterus duobus rectis æquales habet. Si igit' hæc oratio, diſciplina eſt vna pluriū, in nullo ſenſu vera eſt, ipſa quidem interimenda eſt: ſi ve⸗ Documentum.

rò in aliquo, cōſtruenda. Vtile aūt eſt diſtinguere quotupliciter ali⸗quid dicitur, vt conſtruere volētes, ſenſus veros aſſignemus, volē⸗tes aūt deſtruere, falſos, reliquos omittētes: id aūt faciendū cum la⸗tuerit multiplicitas. Et valēt hi loci tā ad affirmatiuā q̄ negatiuam conſtruendū. Eadem aūt erit & ratio in deſiderio, & quocunq; alio quod pluriū dicitur. Eſt enim deſiderium huius vt finis, velut ſani⸗tatis: aut vt eorū quæ ſunt ad finem, velut medicinæ conficiendæ: aut vt eorū quę ſunt ſecundum accidens, velut vini gratia dulcedi⸗nis. Nam per ſe deſideratur dulce, vinū aūt per accidens. Si enim *Auctoritas.*

auſterum fiat, iam non deſideratur. Vtilis aūt locus hic in his quæ ſunt adaliquid. Pene enim talia ſunt, quæ ſunt adaliquid.

Caput quintum de loco à tranſmutatione.

AMplius transferre oportet nomen obſcurum ad euidentius, Locus 9.

vt pro certo, in opinione clarum ſeu manifeſtum, & pro inue⸗ſtigare, inquirere. Euidentiore enim facto quod dictum eſt, facili⸗us argumentabilis eſt poſitio. Eſt autem hic locus ad vtrunq; com⸗ *Auctoritas.*

munis tam conſtruendum q̄ deſtruendum.

Caput ſextum de loco à genere ad ſpeciem & econtrario.

AD oſtendendū autem cōtraria eidem cōtingere ineſſe, Locus 10.

conſiderādum eſt ad genus: vt oſtēdere volentes, quòd recte & nō recte ſentire cōtingit, videndū eſt ad iudica⸗re: & quia recte & non recte contingit iudicare, ergo *Auctoritas.*

& ſentire, quæ demonſtratio eſt à genere ad ſpeciem, quum iu⸗

Locus 11 dicare genus ſit ad ſentire. Qui enim ſentit aliquo modo iudicat. Rurſus ex ſpecie generi aliquid ineſſe monſtratur. quęcunq; enim ſpeciei inſunt, inſunt & generi, vt ſi eſt diſciplina praua & ſtudioſa, erit & diſpoſitio praua & ſtudioſa. Nam diſpoſitio genus eſt diſciplinæ. Primus aũt locus falſus eſt ad conſtruendum, Secundus aũt verus, Non enim neceſſe eſt, quæcunq; generi inſunt, & ſpeciei ineſſe, Nam animal quidẽ eſt volatile, & quadrupes, non autem homo. Quęcũq; verò ſpeciei inſunt, neceſſe eſt & generi ĩeſſe. ſi enim homo ſtudioſus eſt, & animal. Ad deſtruẽdum autem primus quidem verus, Secundus autem falſus. Quæcunq; enim generi non inſunt, nec ſpeciei. Quęcũq; verò ſpeciei nõ inſunt, non eſt neceſſe generi non ineſſe. Quoniam autem neceſſarium eſt, de quibus prędicatur genus, & ſpecierũ aliquam prædicari: & neceſſe eſt, quæcunq; à genere denominatiue dicũtur, ab aliqua ſpecierum denoĩatiue dici, vt ſi de aliquo diſciplina prędicatur, & grãmatica vel muſica, vel aliqua diſciplinarum aliarũ. Et ſi quis denominatiue à diſciplina dicitur aut grammaticus, aut muſicus, aut ab aliqua aliarum diſciplinarũ denominatiue dicetur. Si ergo ponatur aliquid aliquo modo à genere dictum, vt animam moueri: conſiderãdum, an ſecundum aliquam ſpecierum motus moueri ipſam contingit, vt augeri vel minui, corrumpi vel generari. Nam ſi ſecundũ nullam, palam quoniam nõ mouetur. Eſt autem hic locus communis & ad conſtruendum & deſtruendum. Si enim ſecundum aliquam ſpeciem motus mouetur, palam quoniam mouetur: & ſi ſecũdum nullam, manifeſtum quoniam non mouetur. Quando autem non eſt facultas argumentandi ad poſitionem, attendendum ad definitiones, quæ ſunt rei propoſitæ, vel quæ videntur, & ſi nõ ad vnam, etiam ad plures. Facile enim definientibus erit argumentari. Nam ad definitiones facilis eſt argumentatio.

Locus 12. dem verus, Secundus autem falſus. Quæcunq; enim generi non inſunt, nec ſpeciei. Quęcũq; verò ſpeciei nõ inſunt, non eſt neceſſe generi non ineſſe. Quoniam autem neceſſarium eſt, de quibus prędicatur genus, & ſpecierũ aliquam prædicari: & neceſſe eſt, quæcunq; à genere denominatiue dicũtur, ab aliqua ſpecierum denoĩatiue dici, vt ſi de aliquo diſciplina prędicatur, & grãmatica vel muſica, vel aliqua diſciplinarum aliarũ. Et ſi quis denominatiue à diſciplina dicitur aut grammaticus, aut muſicus, aut ab aliqua aliarum diſciplinarũ denominatiue dicetur. Si ergo ponatur aliquid aliquo modo à genere dictum, vt animam moueri: conſiderãdum, an ſecundum aliquam ſpecierum motus moueri ipſam contingit, vt augeri vel minui, corrumpi vel generari. Nam ſi ſecundũ nullam, palam quoniam nõ mouetur. Eſt autem hic locus communis & ad conſtruendum & deſtruendum. Si enim ſecundum aliquam ſpeciem motus mouetur, palam quoniam mouetur: & ſi ſecũdum nullam, manifeſtum quoniam non mouetur. Quando autem non eſt facultas argumentandi ad poſitionem, attendendum ad definitiones, quæ ſunt rei propoſitæ, vel quæ videntur, & ſi nõ ad vnam, etiam ad plures. Facile enim definientibus erit argumentari. Nam ad definitiones facilis eſt argumentatio.

Documentum.

Caput ſeptimum de locis ab antecedente & conſequente.

Locus 13. CONſiderandum aũt ad antecedẽs & conſequens propoſiti. Nã conſtruere volentes, ſi antecedens propoſiti conſtruxerimus, erit & oſtẽſum propoſitũ. Deſtruere verò volentes, ſi deſtruxerimus conſequens propoſiti, interemptum erit & propoſitũ. Amplius ad tẽpus aſpiciendũ, ſi pro aliquo tẽpore vnũ alteri non reſpõdeat, vt ſi quis dixerit, quod nutritur ex neceſſitate augeri. Nutriuntur enim ſemper animalia, augẽtur aũt non ſemper. Similiter aũt & ſi ſcire quis dixerit reminiſci.

Auctoritas.

Hoc

Hoc enim prẽteriti temporis, illud verò præſentis & futuri. Scire enim dicimur præſentia & futura, vt quoniam erit ſolis defectus. Reminiſci non contingit aliud q̃ prẽteritum. Amplius ſophiſticus modus eſt, ducere ad id, ad quod idonei ſumus argumentari. Hoc autem erit quandoq; quidem neceſſariũ, quando negante eo qui reſpondet aliquid vtilium ad poſitionem, ad illud argumentatur opponens. Contingit autem id ex illis eſſe, ad quæ opponens argumentis abundat. Similiter & quando reſpõdens quod ab opponente aſſumptum eſt interimere per inſtãtiam conatur. Quandoq; aũt neceſſariũ apparebit, quãdo videtur quidem vtile poſitioni quod aſſumptũ eſt, non eſt aũt, ſiue reſpondens aſſumptũ neget, ſiue per inſtantiã ipſum interimere conetur. quandoq; aũt nec neceſſarium eſt, nec neceſſariũ apparet: ſed duntaxat vt redarguat reſpõdens, eũ ad id ad quod idonei ſumus ducimus. Oportet aũt poſtremum hunc modũ omnino cauere, prorſus enim extraneus eſt à dialectica. Quare reſpondentem non moleſtum eſſe oportet, ſed ponendo quę non vtilia ſunt, ſignificare ea propoſito non conuenire. Nam magis perplexos eſſe contingit opponentes, ſi omnibus eis conceſſis nõ cõcludant. Amplius quicunq; vnũ dicit, quodãmodo multa dicit, eò q; vnicuiq; plura ſunt ex neceſſitate cõſequẽtia, vt qui hominẽ dixit eſſe animal, & aĩatum, & bipes, & rationis & diſciplinæ ſuſceptibile eſſe dixit. Quocirca quouis vno conſequentium interempto, interimitur & antecedens. Cauere aũt oportet in huiuſmodi, ne difficilius aſſumatur: nam quandoq; quidem facile eſt conſequens interimere, quandoq; verò antecedens. Quibuſcunq; aũt neceſſe eſt duorum alterum tantum ineſſe, vel non ineſſe, vt homini ægritudinem vel ſanitatẽ: ſi alterũ facile poterimus diſputare ineſſe vel non ineſſe: & reliquũ facile poterimus. Oſtenſo enim quoniã ineſt alterum, oſtenſum erit reliquum non ineſſe, & econtrario.

Auctoritas.

Declaratio.

Locus 14.

Locus 15.

Caput octauum de loco à nominis interpretatione.

Locus 16. AMplius argumentando nomen transferemus in orationem notiorem, cum talem orationẽ magis congruum ſit aſſignare, q̃ nomen. Vt magnanimum, non fortẽ, ſed magnum animum habẽtem, dicemus. Similiter autẽ & eudæmonem, cuius dæmon ſeu genius fuerit ſtudioſus, quemadmodum Xenocrates dixit eudęmonem, qui animam habet ſtudioſam, hanc enim vniuſcuiuſq; dæmonem ſeu genium eſſe aiebant.

Caput nonum de loco à disparatis.

Diuisio. QVoniam autē rerum aliæ quidem sunt ex necessitate, alię vt in pluribus, aliæ verò ad vtrumlibet, si quod ex necessitate est, vt in pluribus ponat'. Aut qd' vt in pluribus est, aut cōtrariū ei scilicet quod in paucioribus est ex necessitate ponatur, dat locū argumētandi. Nam si quod ex necessitate est, vt in pluribus esse ponatur, manifestū quòd non oī dicit inesse cum insit omni, quare peccauit. Si verò quod in pluribus est, ex necessitate dixit inesse, oī dixit inesse, cū non insit omni. similiter aūt & si id quod in paucioribus est, ex necessitate dixit inesse, etiam peccauit: vt si in pluribus hoīes sunt praui, boni aūt in paucioribus, peccauit si hoīes bonos ex necessitate dixit esse. Similiter aūt si quod vtrūlibet ex necessitate dixit, vel vt in pluribus inesse.

Locus 17.

Cautela proopponente. Neq; enī ex necessitate vtrūlibet, neq; vt in pluribus. Si quis autem dixerit vnū alteri inesse, non determinās an ex necessitate, an vt in pluribus insit, id quod vt in pluribus inest, perinde ac si ex necessitate inesse dixisset, contingit opponentē disputare, vt si prauos dixerit exhęredandos, nihil determinans, tanq; ex necessitate exhæredādos dixisset, disputare cōtingit. Amplius si idē sibiipsi accidere sub alio noīe posuerit tanq; alterū, dat locū argumentandi. Quēad modū Prodicus diuidēbat voluptates in gaudiū & iocunditatē & lætitiā. Hęc, n. oīa eiusdē (.i. voluptatis) noīa sunt. Si qs ergo gaudere ei qd' est lętari ponat accidere, idē vtiq; sibiipsi accidere ponet.

Locus 18.

Caput decimum de loco à contrarijs.

Sex cōplexiōes contrariorum. VNt autem contrariorum sex connexiones, inter quas quatuor solum cōtrariantur. Nam aut vtrūq; contrariorum vtriq; connectitur, hoc aūt dupliciter, vt amicis benefacere & inimicis male: vel econtrario, inimicis bene & amicis male. Aut quando vtraq; de vno, dupliciter autem & hoc, vt amicis benefacere & amicis male, vel inimicis bene & inimicis male. aut vnū de vtrisq;, & hoc quoq; dupliciter, vt amicis benefacere & inimicis bene, vel amicis malefacere & inimicis male. Primæ quidem dictarum complexionum non faciunt contrarietatem. Nam id quod est amicis benefacere, ei quod est inimicis malefacere non est contrarium. vtraq; enim eligēda & eiusdem moris. Neq; id quod est amicis malefacere, ei quod est inimicis benefacere. Nam hic vtraq; fugienda & eiusdē moris. Non videtur aūt fugiendum fugiendo contrarium, nisi hoc quidem secundum superabun-

abundantiam, illud autem secundum defectum dictum sit. Superabundantia enim fugiendorum videtur esse, similiter & defectus. Auctoritas.

Reliquæ verò quatuor complexiones contrarietatē faciunt. Nam amicis benefacere ei quod est amicis malefacere contrarium est, illud enim eligendum, hoc aūt spernēdum: similiter & in alijs. Nam in vnaquaq; complexione vnum est eligendum & alterum fugiendum: vnum boni moris, alterum praui moris. Manifestum igitur ex his quæ dicta sunt, quòd eidem plura accidit contrariari. Nam ei quod est amicis benefacere id quod est inimicis benefacere, & id quod est amicis malefacere cōtrarium est. Similiter aūt & in alijs. Corollarium.

Accipere ergo oportet contrariorū quodcunq; erit ad positionem vtile. Amplius si aliquod accidens habens contrarium assignetur alicui inesse, considerandum est, si hoc contrariū insit eidem. Nam si hoc inest, illud non inerit: impossibile enim est simul eidem inesse cōtraria. Similiter si quid tale dicatur inesse alicui, ad quod sequitur contraria inesse eidem, destruendum est problema, vt ad ideas esse in nobis, sequitur eas esse mobiles & immobiles, & iterum sensibiles & insensibiles. Nam videtur ideæ immobiles & intelligibiles his, qui eas ponunt. Attamen cum sint in nobis, impossibile est immobiles esse. Nam motis nobis, necessariū est & quę in nobis sunt omnia simul moueri. Manifestum quoniam & sensibiles, si in nobis sint. Nam per visum cognoscimus formam, quæ in vnoquoq; est. Rursum si accidens habens contrarium ponatur alicui inesse, considerandum est, si contrarium possit eidem inesse. Nam idem contrariorum est susceptibile, vt si quis odium inesse eidem subiecto cum ira dixerit, erit odium in appetitu irascibili, illic enim ira est. Considerandum ergo, si amicitia odio contraria etiam irascibili inesse possit. Nam si non, sed in concupiscibili, non cohærebit odium iræ in eodem subiecto. Similiter & si quis concupiscibile ignorare dixerit, videndum est, an concupiscibile sit disciplinæ susceptiuum, & quia non, negandum est concupiscibile ignorare. Vtilis est ergo iste locus ad destruendū accidens inesse. Ostendentes enim quòd subiectum non est susceptiuum contrarij, ostendentes erimus quòd neq; inest accidens neq; contingit inesse. Non autem est vtilis ad construendum accidens inesse, sed contingere inesse. Ostenso enim contrario inesse aut posse inesse, nondū ostensum est accidens inesse, sed solum contingere inesse. Auctoritas. Locus 19. Locus 20. Auctoritas. Locus 21. Corollarium.

Vndecimum caput de consequentia econtrario, & in ipso.

Quo-

Locus 22. QVoniam autem oppositiones sunt quatuor, considerandum est in contradictionibus construere volenti, & destruere per consequentiam econtrario, quæ per inductionem manifesta erit, vt si homo est animal, non animal est non homo, similiter & in alijs. Hæc autem econtrariò est consequentia, Nam ad hominem animal sequitur, non hominem autem non animal nequaquam, sed econtrariò, non homo ad non animal. Similiter si bonum est suaue, non suaue est non bonum: &
Locus 23. si non suaue est non bonũ, bonum est suaue. In contrarijs autem considerandum, si contrarium sequatur contrarium, aut per consequentiam in ipso aut ecõtrario. Manifestum & hoc per inductionem erit. In ipso ergo consequentia est, fortitudo est virtus, igitur timiditas vicium. Illam enim virtus sequitur & eligendum, Hanc verò vicium est fugiendum, ergo in ipso est horum consequentia. Contrarium enim est eligendum fugiẽdo, similiter & in alijs. Econtrariò autem consequentia, vt bonam habitudinem sanitas sequitur, malam autem habitudinem ægritudo nequaq̃, sed ægritudinem mala habitudo. Manifestum igitur, quòd ecõtrario in his consequentia fit. Raro tamen in contrarijs, sed frequenter in ipsum cõsequentia. Si ergo nec per consequentiam in ipso, nec per econtrario consequẽtiam, contrarium sequitur contrarium, manifestum, quòd neq; eorum quæ dicta sunt alterum sequitur ad alterum. Si autem contrarium sequitur contrarium per alteram consequentiam, necesse erit & in his quæ dicta sunt alterum sequi ad alterũ.

De eisdẽ locis in priuatiue oppositis.

Sicut autẽ in contrarijs, sic & in priuatiue oppositis respiciendum: verum tamen in priuatiuis non econtrariò, sed in ipso consequentiam necessariũ est fieri, vt visus est sensus, ergo cæcitas insensibilitas, Opponitur enim sensus insensibilitati priuatiue. Similiter & in his quæ sunt adaliquid. Nam in his vtendum consequentia in ipso, vt si triplum est multiplum, & subtriplum submultiplum erit. Rursus si scientia est opinio, & scibile opinabile. Et si visus sensus, visibile sensibile. Instantia tamen in his quæ sunt adaliquid videtur, Nam quamuis sensibile sit scibile, non tamen oportet sensum esse scientiam. At non vera hæc apparet instãtiam. Nam multi sensibile dicunt non esse scibile. Insuper non minus vtiliter instabitur, contrario modo non sequi, sensus non est scientia, ergo sensibile non est scibile.

De eisdem in ad aliquid.

Instãtia affirmatiue arguendo.

Quomodo aliqui reijciunt dictam instantiã.

Instantia negatiue arguendo.

Duodecimum caput de locò à coniugatis & casibus.

Rursus in coniugatis & casibus volenti construere & destruere considerandum est. Dicunt autem coniugata, vt iustus iusta iustitiæ, fortis & fortia fortitudini. Similiter & effectiua & conseruatiua, coniugata sunt illi, cuius effectiua sunt & conseruatiua, vt sanatiua sanitati, & habituatiua habitudini, sic & in alijs. Casus autem vt iuste fortiter & salubriter, & quæcunque similiter dicuntur. Videntur aũt & casus coniugata esse, vt iuste iustitiæ, & fortiter fortitudini. Coniugata namque dicuntur, quæ secundum eandem coniugationem sunt omnia, vt iustitia iustus iustum iuste. Manifestum igitur, quòd vno eorum quę sunt secundum eã dem coniugationem, vt bono vel laudabili ostenso, relíqua omnia ostensa erũt secundum eundẽ casum, vt si iustitia est laudabilium, & iustum & iustus & iuste laudabilium erũt. Dicetur ergo iustitia virtus, iustum studiosum, & iuste studiose. Considerandum etiam ad contraria coniugatorum, vt si malum nõ est triste. bonum non est suaue, aut si bonum suaue, & malum triste, & si iustitia est scientia, iniustitia ignorantia erit: & si quod iuste est, scienter & experienter est, quod iniuste est, ignoranter & inexperienter erit. Hic autem modus dictus est in contrariorum consequentijs.

Quæ dicantur coniugata.

Locus 24. *Consequentia in ipso etiã locum habet in cõiugatis & casibus.*

Decimumtertium caput de locis à generatione & corruptione efficiente & corrumpente.

Locus 25. AMplius in generationibus & corruptionibus, efficientibus & corrumpentibus destruenti & construenti considerandum. Quorũ enim generationes bonæ sunt, ipsa bona sunt. Et si ipsa bona, generationes bonæ. Et quorum generationes malæ, & ipsa mala. In corruptionibus autem econtrario. Nam si corruptiones bonæ, corrupta mala. Si autem
Locus 26. corruptiones malæ, ipsa bona. Eadem ratio in efficientibus est & corrumpentibus. Quorum enim effectiua bona sunt, & ipsa bona, Quorum autem corruptiua bona, ipsa mala.

Decimumquartum cap. de loco à simili, a maiori, & minori.

Locus 27. RVrsus in similibus considerandum, si similiter se habẽt, vt si disciplina est vna pluriũ, & opinio. Et si visum habere sit videre, & auditum habere est audire. Similiter & in alijs, & in his quæ sunt, & in his quæ videtur. Vtilis autem hic locus ad construendum & destruendũ. Nam si in aliquo similium sic se habet, & in alijs similibus sic se habebit. Si aũt in aliquo nõ, nec in alijs. Considerandum aũt nõ modo ad vnum,
Locus 28. sed & ad plura, vt si dicatur scire esse intelligere, videndum est an plura

Auctoritas. Locus 29.

plura ſcire ſit plura intelligere, & quia hoc nō (Contingit.n. plura ſcire, intelligere autē non) ideo nec ſcire intelligere eſt. Amplius ad magis & minus reſpiciendum. Sunt autem ipſius quod magis eſt loci quatuor. Vnus quidē, conſiderare ſi ad magis ſequitur magis: vt ſi dicatur quòd voluptas eſt bonum, perſpiciendum eſt, an magis voluptas magis bonum. Et iniuriam facere malum, ſi magis iniuriam facere magis malum. Vtilis autem tam ad conſtruendum q̄ ad deſtruendum hic locus. Nam ſi ad incrementum ſubiecti ſequatur accidentis incrementum (vt dictum eſt) tunc manifeſtum quoniam & ſimpliciter ad ſimpliciter. Si autem ſubiecti incrementū non ſequat' accidentis incrementū, neq; ſimpliciter ad ſimpliciter, qd' inductione cōſtare poteſt. Alius, vno de duobus dicto, ſi cui magis videtur ineſſe non ineſt, nec cui minus videtur ineſſe inerit. Et ſi cui minus videt' ineſſe ineſt, & cui magis. Rurſum duobus de vno dictis, ſi qd' magis videtur ineſſe non ineſt, nec qd' minus. Si verò quod minus videt' ineſſe ineſt, & quod magis. Amplius duobus de duobus dictis, ſi quod alteri magis videt' ineſſe nō ineſt, nec reliquū reliquo. Et ſi quod minus videt' alteri ineſſe ineſt, & reliquū reliquo. Inſuper ab eo quod ſimiliter ineſt vel ineſſe videtur, tres ſumunt' loci ſimiles dictis tribus poſtremis. Siue enim vnū de duobus ſimiliter ineſt vel ineſſe videtur, ſi alteri non inſit, nec alteri inerit. ſi autē alteri, & reliquo. Siue duo eidem ſimiliter, ſi alterum non inſit, nec reliquum. Et ſi alterum inſit, & reliquum inerit. Eodem autē modo ſi duobus duo ſimiliter inſunt, ſi alterum alteri non ineſt, nec reliquum reliquo. Si autem ineſt alterum alteri, & reliquum reliquo. Ex eo igit' quod magis eſt & minus, & quod eſt ſimiliter, tot modis contingit argumentari.

Conſiderationes p̄ loco à ſimili.

Decimumquintum caput de loco ab appoſitione.

Locus 30.

AMplius aut ex appoſitione conſiderandum, Si alterum alteri appoſitum facit ipſum bonum vel album, cum non fuit prius bonum vel album, quod appoſitum eſt erit album vel bonum, quale & totum facit. Amplius ſi appoſitum alteri facit ipſum magis tale, ipſum quidem eſt tale, ſimiliter autem & in alijs. Vtilis autem non in omnibus hic locus, ſed in quibus accidit incrementum fieri, inutilis tamen eſt ad deſtruendum. Nam ſi appoſitum alteri non facit ipſum bonum, non ob id appoſitū oportet non eſſe bonū. Nam bonū malo appoſitū nō ex neceſſitate bonū totū facit nec albū nigro, nec dulce amaro. deci-

Locus 31.

Decimumſextum caput de loco à parte in modo.

Locus 32.

Locus 33.

IN quid ſecundum magis & minus ineſt, & ſimpliciter ineſt. Nam ſi quid non ſit album vel bonum, nec magis vel minus album vel bonum dicetur. Et non valet hic locus ad deſtruendum. Multa enim quæ non ſecundum magis dicuntur, ſimpliciter inſunt, velut homo. Eodem autem modo conſiderandum in his quæ ſecundum quid inſunt, & quando, & vbi. Nam ſi ſecundum quid contingit, & ſimpliciter contingit, ſimiliter & quando, & vbi. Nam quod ſimpliciter eſt impoſſibile, neq; ſecundum quid, neq; vbi, neq; quando ineſſe cōtingit. Inſtantia tamē eſt. Nam naturaliter ſtudioſi, vt natura liberales vel caſti, ſunt ſecundum quid ſtudioſi, & non ſimpliciter. Similiter non oportet, ſi quid non contingit corrumpi in inſtanti, non contingere ipſum ſimpliciter corrumpi. Eodem modo, quāuis in aliquo loco, puta morboſo, expedit vti tali diæta, non tamen ſimpliciter expedit. Similiter quāuis in aliquo loco tantū vnum poſſibile eſt eſſe, non tamen ob hoc tantùm vnum poſſibile eſt eſſe. Amplius autem, & ſi alicubi bonum ſit mactare patrem, vt in Tribalis, non tamen ſimpliciter bonum eſt. Hoc autem non in aliquo loco bonum videtur ſignificare, ſed quibuſdam. Nihil enim refert vbicunq; ſint, nam vbiq; erit bonum Tribalis. Rurſus aliquando expedit medicari, vt quando quis ęgrotat, ſimpliciter tamen non expedit. Cæterùm hoc fortaſſe videtur non ſignificare expediens eſſe, medicari aliquo tempore, ſed alicui ſic affecto. Nihil enim refert quādocunq;, dummodo ſic affectus ſit. Simpliciter autem ineſt, quod nullo addito dicis, vt mactare patrem non ſimpliciter bonum dicitur, ſed quibuſdam. Deos autem honorare bonum dicis nihil addens, & ergo ſimpliciter bonum. Quare quod nullo addito videtur bonū vel praeuum, ſimpliciter dicetur.

Inſtantia contra primam particulā huius loci. Inſtantia contra ſecundam particulam. Inſtantia cōtra tertiā particulā

Finis ſecundi libri Topicorum Ariſtotelis.

ARISTOTELIS STAGIRITAE
Topicorum liber Tertius. De problematis secundum comparationē dictis, quę ad prædicatum accidentis reducuntur.

Primum caput, De meliorum magisq; eligibilium problematum locis.

VTrū autē eligibilius aut melius duorum, pluriūve, ex his quidē perſpiciendum. Primum autē determinet, q̄ conſiderationem facimus non de plurimum diſtātibus, & magnam adinuicem differentiā habentibus (nullus enim dubitat, vtrū felicitas, an diuitię expetibiliores) ſed de ijs quę propinqua ſunt, & de quibus dubitamus, vtri oporteat apponere magis: eò q̄ nullā videmus alterius ad alterū præeminentiam. manifeſtum igitur in his, quòd oſtenſa vna præeminētia vel pluribus, cōſtituetur intelligētia, q̄ id eligibilius eſt, quod eorū eſt præeminens. Primum igit̄ quod diuturnius ſtabiliuſve eſt, id eligibilius eſt eo quod minus tale. Et quod magis eligit prudens, vel bonus vir, vel lex recta, vel ſtudioſi circa ſingula delecti, quatenus tales ſunt, vel in vnoquoq; genere periti, vel quęcūq; plures, vel oēs (vt in medicina, vel ędificatoria, quæ plures medicos, vel oēs) vel quę cunq; omnino plures, vel omnes, vel oīa: vt bonum. Omnia enim bonū appetunt. Oportet autē ducere ad id quod fuerit vtile, quod dicendū eſt. Eſt autem ſimpliciter quidē melius ac eligibilius, qd̄ ſecundū meliorem diſciplinā: vt ſi melior ſciētia, philoſophia ſit fabrili, & ſimpliciter eligibiliora ſunt quæ ſecūdum philoſophiā, his quæ ſecundū fabrilem ſunt. Alicui autē, quod ſecundum propriā.

1. *à tempore.*
2. *ab autoritate.*
3. *à genere.*
4. *à bono propter ſe.*
5. *à bono per ſe.*

Deinde autē idipſum quod per ſe eſt in genere, eo quod non, vt iuſtitia iuſto. Nam illa quidem in genere bono, hoc autem non: & illa quidē idipſum quod eſt bonū, hoc autem non. nam nihil dicitur idipſum quod genus eſt, quod non ſit in genere: vt albus homo non eſt idipſum quod color. ſimiliter autem & in alijs. Et quod propter ſe eligendū, eligibilius eo eligēdo quod eſt propter aliud: vt ſanum eſſe, q̄ exerceri: illud enim propter ſe eligendum, hoc autē propter aliud. Et quod per ſe, eo quod per accidēs, vt amicos iuſtos eſſe, eo quod inimicos. illud enim per ſe eligendū, hoc autē per accidens eligimus, vt nihil nobis noceant. Eſt autem hoc idē ei quod

quod ante hoc, differt aūt modo. Nam amicos quidem iuſtos eſſe propter ſe eligimus, etſi nihil nobis debeat fore, quāuis apud Indos ſint: inimicos autem propter alterum, vt nihil nobis noceant. *Alij loci.*

2. Et quod cauſa boni per ſe, eo quod per accidēs: quemadmodum virtus, fortuna. Nā illa quidē per ſe, hæc autem per accidēs eſt cauſa bonorum, & ſi quid aliud huiuſmodi. Similiter autem & in contrario. nam quod per ſe eſt cauſa mali, fugibilius eſt eo, quod per accidens: vt vitium q̄ fortuna. nam illud quidem per ſe malum, fortuna autem per accidēs. Et quod ſimpliciter bonum, eo quod alicui eligibilius: vt ſanum fieri, q̄ incidi. Nam illud quidem ſimpliciter bonum, hoc verò alicui indigentium inciſione. Et quod natura eſt, eo quod nō natura: vt iuſtitia iuſto. illud enim natura, hoc autem acquiſitiuū. Et quod meliori & honorabiliori ineſt, eligibilius: vt deo q̄ homini, & animæ q̄ corpori. Et quod melioris eſt propriū, melius q̄ quod peioris: vt quod Dei, q̄ quod hominis. Nam ſecundum communia in vtriſq; nihil differūt abinuicem, prorijs autē alterum alteri differentijs ſupereminet. Et quod in melioribus vel prioribus vel honorabilioribꝰ eſt melius. vt ſanitas robore & pulchritudine. Nam illa quidē in humidis & ſiccis & calidis & frigidis, & (vt ſimpliciter dicatur) ex quibus prius conſtitutū eſt animal: hæc verò in poſterioribus. nam robur in neruis & oſſibus, Pulchritudo autem membrorum quædam commenſuratio videtur eſſe. 7 Et finis ijs quæ ſunt ad finem eligibilior videtur eſſe. 8 Et duorū qd̄ ꝓpinquius eſt fini. 9 Et oīno qd̄ ad vitæ finē expetibilius, q̄ quod ad aliud aliquid: vt quod ad felicitatem contēdit, q̄ quod ad prudentiā. Nā quod ad felicitatem contendit, eligibilius. 10 Et poſſibile īpoſſibili. 11 Amplius cū duo ſint effectiua, cuius finis melior, & ipſum melius. 12 Cum autē ſit effectiuum & finis ex proportione, quādo pluri ſuperat finis finem, q̄ ille propriū effectiuum, vt felicitas pluri ſuperat ſanitatem, q̄ ſanitas ſalubre: quare effectiuum felicitatis melius ſanitate. nā quantum felicitas ſuperat ſanitatem, tantum & effectiuum felicitatis ſalubre ſuperat. ſanitas autē ſalubre minus ſuperabat: quare plus ſuperat effectiuum felicitatis ſalubre, q̄ ſanitas ſalubre, quapropter effectiuum felicitatis melius ſanitate. manifeſtum igitur quòd eligibilius effectiuum felicitatis q̄ ſanitas. nam idem plus ſuperat. Amplius, melius eſt qd̄ ꝓpter ſe & honorabilius & laudabilius: vt amicitia diuitijs, & iuſtitia ſanitate & robore. nam illa quidem propter ſe honorabiliū

1. *à cauſa per ſe*
2. *à ſimpliciter bono.*
3. *à bono natura*
4. *à ſubiecto dignore.*
5. *à proprio.*
6. *à ſubiecto meliore.*
7. *à fine.*
8. *à propinquitate finis.*
9. *à diuerſis finibus medij.*
10. *à poſſibili.*
11. *à fine melio re.*
12. *à ꝓportiõe.*
13. *à cõparatiue*

& laudabilium, hæc verò non propter ſe, ſed propter aliud. nullus enim honorat diuitias propter ſe, ſed propter aliud: amicitiam verò propter ſe, etſi nihil nobis debeat aliud ab ea eſſe.

Secundum caput. Alij pro eiſdem problematis loci.

1. à conſequentibus.

AMplius, quãdo duo aliqua fuerint valde ſibimetipſis ſimilia, & non poterimus præeminentiã aliquam conſpicere alterius ad alterũ: videndum ex ijs quæ ſequuntur. Nam cui conſequẽs eſt maius bonum, hoc eligibilius, ſi autem ſint cõſequentia mala, cui conſequens eſt minus malum, hoc eligibilius. nam cum vtraq; ſint eligẽda, nihil prohibet moleſtum aliquid ſequi. Dupliciter autem ab eo quod ſequit᷑ conſideratio. Nam & prius, & poſterius ſequit᷑. vt addiſcentem ignorare prius, ſcire autem poſterius. Melius autẽ vt plurimum quod poſterius ſequitur: ſumendũ igitur eorũ quę ſequuntur, quodcunq; fuerit vtile. Amplius, plura bona paucioribus, vel ſimpliciter, vel quãdo altera alteris inſunt, vt pauciora in pluribus. Inſtãtia, ſi alicubi alterũ alterius gratia. nihil enim eligibiliora vtraq; q̃ vnũ: vt ſanũ fieri & ſanitas, q̃ ſanitas: eò quòd ſanum fieri propter ſanitatẽ eligimus. & non bona bonis nihil prohibet eligibiliora eſſe: vt felicitatem & aliud aliquid quod nõ eſt bonũ, iuſtitia & fortitudine. Et eadem cum voluptate magis, q̃ ſine voluptate: & eadem cũ indolentia, q̃ cum triſtitia.

2. à numero.

3. à voluptate.

Alij loci.

1. ab oportunitate.

4. Et vnũ quodq; in quo tempore magis valet, in hoc etiã eligibilius: vt carentia triſtitiæ in ſenectute, magis q̃ in iuuẽtute: magis enim in ſenectute valet. Secũdũ hæc aũt & prudẽtia in ſenectute eligibilior. Nemo enim iuuenes eligit duces, eò quòd non cõſtat eos eſſe prudentes. Fortitudo aũt econtrario. In iuuentute enim magis neceſſaria ſecundũ fortitudinẽ operatio. ſimiliter autẽ & in temperantia: magis enim iuuenes q̃ ſenes concupiſcentijs moleſtantur.

2. à toto tẽpore.

Et quod in omni tempore vel in pluribꝰ, eſt vtilius: vt iuſtitia & temperantia, fortitudine. Nam illæ ſemper, hæc aliquando vtilis.

3. ab indepẽdẽte.

Et quod cũ oẽs haberemus, nihil altero indigeremus, q̃ quod cũ haberemus indigeremus reliquo: vt in iuſtitia & fortitudine. Nã ſi oẽs eſſent iuſti, nihil vtilis fortitudo: ſi verò oẽs eſſent fortes, vtilis iuſtitia.

4. à cauſis & effectis.

Amplius, ex corruptionibus & abiectionib. & generatiõibus & ſumptionibus, & cõtrarijs. Quorũ enim corruptiones peiores, ipſa eligibiliora. ſimiliter aũt & in abiectionibus, & in contrarijs. Nã ſi abiectio, vel cõtrariũ fugibilius eſt, ipſum eligibilius. In generationibus autem & ſumptionibus ecõtrario. quorum enim ſumptiones & generatiões eligibiliores, & ipſa quoq; eligibiliora.

1. à ꝓpinquitate.
2. à ſimilit. boni
3. à ſimilitudine melioris.

5. Alius locus aũt eſt, Quod ꝓpinquius bono, melius atq; eligibilius. 2 Et quod eſt ſimilius bono, vt iuſtitia iuſto. 3 Et quod meliori eorũ eſt ſimilius: quemadmodũ Aiacem Vlyſſe dicunt aliqui meliorem eſſe, eò quòd ſimilior ſit Achilli. Inſtantia huius eſt, quòd non verũ ſit, Nihil enim ꝓhibet, nõ qua ratione optimus eſt Achilles, eadẽ ſimiliorẽ eſſe Aiacẽ: cum ſit alter quidem bonus, non autem ſimiliter. Conſiderandum autem ſi & in ridiculoſioribus ſit ſimile, vt ſimia homini q̃ equo: cum non ſit ſimilis. Non enim eſt ſimia melior, ſimilior tamen eſt homini. 4 Rurſus in duobus, ſi hoc quidẽ meliori, illud autẽ peiori eſt ſimilius, erit melius, qd̃ meliori eſt ſimilius. Habet autẽ & hoc inſtantiã. nihil enim prohibet hoc quidem meliori parum ſimile eſſe, illud autẽ peiori valde: vt ſi Aiax quidem Achilli parum, Vlyſſes autem Neſtori valde, & ſi hoc quidem meliori in peioribus, illud autem peiori in melioribus, vt equus aſino, & ſimia homini.

4. à ſimilitudine meliorum.

1. à dignitate.
2. à difficilliore.
3. à ꝓprietate.
4. à maiorũ ſignificatione.

6 Et quod maxime inſigne eo quod minus tale. 2 Et quod difficilius, magis enĩ amamus, cũ habemus qd̃ nõ eſt facile adipiſci. 3 Et qd̃ magis ꝓpriũ eo qd̃ cõmunius. 4 Et quod magis incõmixtius. Nã magis eligendũ, quod nulla moleſtia ſequitur, q̃ quod ſequit᷑.

5. à comparatione poſitiui.
6. à ſuperlatiua

Amplius ſi hoc oĩno illo melius, & omnino optimum eorũ quę in hoc, melius eo quod in altero optimum. vt ſi melior eſt homo q̃ equus, & optimus hõ optimo equo melior. Et ſi optimũ optimo melius, & ſimpliciter hoc illo melius: vt ſi optimus hõ optimo equo melior, & ſimpliciter homo eſt ſimpliciter equo melior. Amplius ea quę volumus amicos participare, eligibiliora, q̃ quæ nõ.

7. ab amicis.

8. à bono amicorum.

Et quæ erga amicũ agere malumus, q̃ quæ erga quẽlibet, illa eligibiliora: vt iuſte agere & benefacere magis, q̃ videri. nam amicis benefacere volumus magis q̃ videri, quibuſlibet aũt econuerſo. Et quæ ſunt ex circunſtãtia, neceſſarijs meliora, aliquãdo aũt & eligibiliora. melius enim q̃ viuere, bene viuere. bene autem viuere eſt ex circunſtãtia, ipſum aũt viuere neceſſariũ. Aliquãdo aũt meliora, nõ etiã eligibiliora. non enim ſimiliora, neceſſariò & eligibiliora. Philoſophari ſiquidẽ melius, q̃ lucrari: ſed non magis eligẽdum indigenti neceſſarijs. Ex circunſtantia autẽ eſt, quando exiſtẽtibus neceſſarijs alia quædam bonorum adijciuntur ipſis. Ferè autẽ fortaſſe eligibilius, quod neceſſariũ eſt: melius aũt, quod ex circunſtãtia. 10. Et qd̃ non eſt ab alio exquirere, q̃ quod eſt & ab alio:

9. ex circũſtãtia

10. à cõmoditate

quale ſuſtinet iuſtitia ad fortitudinẽ. Et ſi hoc quidẽ ſine illo eligẽ
dum, illud autẽ ſine hoc nõ. vt poteſtas ſine prudentia non eligen=
da, prudentia verò ſine poteſtate eligẽda. Et duorũ ſi alterũ nega
mus, vt reliquũ videatur nobis ineſſe, illud eligibilius quod volu=
mus nobis videri ineſſe, vt laborem diligere nos negamus, vt in=
genioſi eſſe videamur. Amplius, pro cuius abſentia minus increpã
di ſunt moleſte ferẽtes, hoc magis eligendũ. Et pro cuius abſen
tia, nõ moleſte ferentem magis increpandum, id eligibilius.

11. *ab ĩdepẽdẽte*

12. *à diſſimulatione.*

13. *ab increpatione minore.*

14. *à maiori increpatione.*

Tertium caput. Alij meliorum eligibiliorumq; loci.

AMplius, eorũ quæ ſunt ſub eadem ſpecie, quod habet propriã virtutẽ, eo quod nõ habet, eligibilius. Vtriſq; autem habẽti
bus, quod magis habet, eligibilius. Amplius, ſi hoc quidem facit bonũ illud cui ineſt, illud autem non facit: quod facit, eligibilius. quemadmodum & calidius id quod calefacit, quàm id quod non. Si autem vtrunq; facit, quod magis facit, aut quod melius & prin
cipalius facit, bonum. vt ſi hoc quidem animam, illud autem cor
pus. Amplius aũt à cauſis, & vſibus, & actionib⁹, & operibus, & hæc ab illis. ſequuntur enim ſeſe inuicem: vt ſi quod iuſte eſt, eligi=
bilius, q̃ quod fortiter, & iuſtitia fortitudine eligibilior: & ſi iuſtitia q̃ fortitudo eligibilior, & quod iuſte q̃ quod fortiter, ſimiliter aũt & in alijs. Amplius, ſi aliquo eodem hoc quidem magis bonũ eſt, illud autem minus, magis eligendum maius, aut ſi maiore maius fuerit alterũ. Sed & ſi duo quędam vno aliquo ſint eligibiliora, qđ longè eligibilius, eo quod minus eſt eligendum, eligibilius. Am=
plius, cuius ſuperabundãtia eſt eligibilior, & ipſum eligibilius: vt amicitia pecunijs. Nam eligibilior ſuperabundantia amicitiæ, q̃ pecuniarum. Et id cuius magis eliget quis vt ipſe ſibi cauſa ſit, q̃ cuius alter, vt amicos pecunijs.

1. *à ꝓpria uirt.*

2. *ab effectiuis.*

3. *à coniugatis.*

4. *à cõparatiõe*

5. *à ſuperabundantia.*

6. *ab eligibili ꝓpter ſe.*

8. Amplius ex appoſitione, ſi eidẽ appoſitũ aliquid, quod totũ eligibilius facit. Cauere aũt oportet extendere ad ea in quibus altero quidem oppoſitorũ vtitur commune, vel alio quolibet modo coo=
peratiuum eſt: reliquo aũt non vtitur, neq; cooperatiuũ eſt, vt ſer=
ra & falce cũ arte fabrili. nã eligibilior ſerra conſociata, ſimpliciter aũt non eſt eligibilior. Rurſum ſi minori appoſitum aliquid, qđ totum maius facit. Similiter autẽ & ex ablatione, quo enim abla
to ab eodem quod reſtat eſt minus, illud maius erit quod ablatũ re
liquum minus facit Et ſi hoc quidem propter ſe, illud autem pro
pter gloriam eligendum, vt ſanitas pulchritudine, definitio autem eius

7. *à appoſitione eidem facta.*

2. *ab appoſitiõe diuerſis facta.*

3. *à remotione.*

4. *ab eo quod ꝓpter ſe.*

eius quod eſt ad gloriã, quod nullo cõſcio nõ ſtuderet ineſſe. Et ſi hoc propter ſe & propter gloriã eligendum, illud autẽ propter alte
rum tantum. Et vtrũuis magis propter ſe honorandũ, hoc & me
lius & eligibilius, honorabilius vtiq; fuerit ſecundũ ſe, quod cũ ni
hil aliud debeat eſſe, ꝓpter ſe eligimus magis. Amplius, diuiden
dũ quoties quod eligendũ eſt dicitur, & quo⁊ gratia: vt vtilis vel honeſti vel delectabilis. Nã quod ad omnia vel ad plura eſt vtile, eligibilius fuerit eo quod nõ ſimiliter. Si aũt eadem vtriſq; inſunt, vtri magis inſint conſiderãdum: vt vtrũ delectabile, an honeſtius, an vtilius. Rurſum quod melioris cauſa, eligibilius: vt quod vir
tutis cauſa, q̃ quod voluptatis. Similiter autem & in fugiendis. Nã magis eſt fugiendũ, quod magis impedit virtutes: vt ægritudo turpitudine. Nã & voluptatis, & eius quod eſt ſtudioſum eſſe, phi=
bentior eſt ęgritudo. Amplius, ex ſimilitudine mõſtrari poteſt fu
giendum & eligendum quod propoſitum eſt. Nam minus eligen=
dum huiuſmodi quod ſimiliter & eligeret aliquis & fugeret, alte=
ro quod eligendum eſt tantum. ad ſeinuicem igitur cõparationes quemadmodum dictum eſt faciendum.

5. *ab eo quod ꝓpter ſe & gloriã*

6. *ab honorãdo propter ſe.*

7. *ab eligibilis diuiſione.*

8. *à meliore ſine*

9. *à uirtutum impedimentis.*

10. *ex ſimilitudine boni uel mali*

Cap. IIII. De eligendis & fugiendis documenta & loci communes.

IDem autem loci & vtiles ad demõſtrandũ quoduis eligendũ & fugiendum. Nam auferre ſolum eã oportet, quæ ad alterum eſt, præeminentiam. Si enim honorabilius eſt eligibilius, & honorabi
le eligendũ: & ſi vtilius eſt eligibilius, & vtile eligendũ. Similiter aũt & in alijs, quęcunq; huiuſmodi habent cõparationẽ. In aliqui=
bus aũt ſtatim ſecundum eã quæ ad alterum eſt cõparationem, & quod eligendum vtrunq; vel alterum dicimus. vt quãdo hoc qui=
dem natura bonum, illud autem non natura bonum dicimus. Nã quod natura bonum, manifeſtum quoniam eligendum eſt.

10 Sumendi autem ſunt q̃ maxime vniuerſales loci de ipſo magis & maiore. nã ſic ſumpti ad plura vtiles erũt. fieri autẽ poteſt, vt eo=
rum qui dicti ſunt quoſdã vniuerſales magis quis faciat, parũ trãſ=
mutans appellationem. Vt quod natura tale, eo quod natura ta=
le magis tale. Et ſi hoc quidẽ facit, illud autem non facit quod ha
bet tale, cuicunq; inſit: magis tale quod interdum facit tale q̃ quod non facit: ſi autem vtrunq; facit, quod magis facit tale. Amplí=
us, ſi eodem aliquo, hoc quidem magis, illud autem minus tale. Et ſi hoc tali magis tale, illud verò non tali tale: manifeſtum quoni=
am primum magis tale. Amplius ex additione, ſi eidem additum

1. *à natura talis.*

2. *à cauſa efficiente tali.*

3. *à comparatiõe*

4. *ab appoſitiõe*

aliquid totum magis tale facit. Aut ſi ei quod minus eſt tale, ad-
5. à remotione. ditum totũ magis tale facit. Similiter autẽ ex ablatione. Nam quo
6. à contrarijs in commixtione. ablato reliquũ minus tale, ipſum magis tale. Et quę cõtrarijs im
permixtiora ſunt, magis talia: vt albius quidem nigro impermixti
7. à definitiõe. us. Amplius præter ea quæ dicta ſunt prius, quod magis ſuſcipit
propriã propoſiti rationem: vt ſi albi eſt ratio color diſgregatiuus
viſus: albioris eſt, color magis diſgregatiuus viſus.

11. Si autẽ particulariter, & nõ vniuerſaliter problema ponatur,
primũ quidẽ dicti vniuerſaliter cõſtructiui vel deſtructiui loci om
nes vtiles. Vniuerſaliter enim interimẽtes vel cõſtruentes, & parti
culariter mõſtramus. nã ſi omni ineſt, & alicui: & ſi nulli ineſt nec
1. ab oppoſitis & coniugatis. alicui. Maxime autẽ oportuni & cõmunes loci, qui ſunt ex oppo-
ſitis, & coniugatis, & caſibus. Nã ſimiliter ꝓbabile eſt exiſtimare,
ſi oĩs voluptas eſt bonũ, & triſtitiã omnem eſſe malum: & ſi aliqua
voluptas bonum, & triſtitiã aliquã eſſe malam. Item ſi aliquis ſen-
ſus non eſt poteſtas, nec inſenſibilitas quædã eſt impotentia. Et ſi
quoddã opinatum ſcitũ, opinio quædã ſcientia. Rurſum ſi aliquod
iniuſtorũ bonũ, & iuſtorũ aliquod malũ: & ſi aliquod eorũ quę iniu
ſte malũ, & aliquod eorũ quæ iuſte bonũ. & ſi quoddam delectabi
le fugiẽdum, & delectatio quædã fugienda. ſecũdũ hæc aũt & ſi ali
2. à cauſis. quod delectabile vtile, delectatio quædam vtilis. Et in corrupti
uis aũt & generationibus & corruptionibus ſimiliter. Nam ſi ali-
quod corruptiuũ delectatiõis & diſciplinę bonũ eſt, erit quędã dele
ctatio vel diſciplina malorũ. Similiter autẽ & ſi corruptio quædã
diſciplinæ bonorum, vel generatio malorũ, erit quædã diſciplina
malorũ: vt ſi obliuiſci quę quis turpia egit bonorũ eſt, vt reminiſci
malorũ, erit ſcire quæ quis turpia egit malorũ, ſimiliter autẽ & in
3. à cõparatione alijs, in oĩbus enim ſimiliter ꝓbabile. Amplius, ex eo quod eſt ma
gis, & minꝰ, & ſimiliter. Si enim magis quidẽ eorũ quę ſunt ex alio
genere aliquid tale, illorũ autẽ nihil eſt: neq; quod dictũ eſt erit ta
le. Vt ſi magis quidẽ ſciẽtia quædam bonum q̃ voluptas, nulla au-
tem ſcientia bonum: nec voluptas bonum erit. Et ex eo quod eſt ſi-
militer quidem, & minus, eodẽ modo. nam erit & interimere & cõ
ſtruere. Veruntamen ex eo quod eſt ſimiliter, vtraq; : ex minus au-
tem, cõſtruere ſolũ, deſtruere autem nõ. ſi enim ſimiliter poteſtas
quædam bonũ & ſciẽtia, eſt autẽ quędam poteſtas bonũ, & ſciẽtia.
ſi autem nulla poteſtas bonum, nec ſciẽtia. ſi autem minus quædã
poteſtas bonum q̃ ſcientia: eſt autem quædam poteſtas bonum: &
ſcientia

ſciẽtia. At verò ſi nulla poteſtas bonũ, nõ neceſſe eſt & ſcientiã nul
lam eſſe bonum. manifeſtum igitur, quoniã conſtruere ſolum ex eo
quod minus, eſt. Non ſolum autẽ ex alio genere eſt deſtruere, ve-
rũ & ex eodẽ: dũ ſumit quis quod maxime tale eſt. Vt ſi poſitũ eſt,
ſcientia quædam bonum, oſtendatur autem quoniam prudẽtia nõ
bonũ: nec alia vlla erit, quia nec quæ maxime videt. Amplius, ex 4. ex hypotheſi
ſuppoſitione ſimiliter poſtulantẽ, ſi vni & oĩ ineſſe vel nõ ineſſe: vt
ſi hoĩs anima immortalis, & alias: ſi autẽ hæc nõ, nec alias, ſi igit in
eſſe alicui poſitũ eſt, oſtendẽdũ quoniã alicui nõ ineſt: nã cõſequet
per hypotheſim nulli ineſſe. ſi autẽ alicui nõ ineſſe poſitũ eſt, oſten
dendũ quoniã ineſt alicui: nã & ſic cõſequet omnibus ineſſe. Mani
feſtũ igit eſt, ꝙ qui hypotheſi vtit, facit ꝓblema vniuerſale parti-
culariter poſitũ. nã particulariter cõfitẽtẽ vniuerſaliter poſtulabit
cõfiteri, eò quòd vni & omni ſimiliter poſtulauerit ineſſe.

12. Cum autẽ indefinitũ eſt ꝓblema, vno modo deſtruere cõtingit: 1. ex definiti na
vt ſi dixerit voluptatẽ bonũ eſſe, vel non bonũ, & nihil aliud quicq̃ tura.
determinauerit. Nam ſi aliquam voluptatem dixerit bonum eſſe,
oſtẽdendũ vniuerſaliter ꝙ nulla, ſi debeat interimi propoſitũ. ſimi
liter autem & ſi aliquam dixerit voluptatem non eſſe bonũ, oſten-
dẽdum vniuerſaliter ꝙ omnis. aliter verò nõ cõtingit interimere.
Nam ſi oſtẽderimus, quoniam quædã eſt voluptas bonum vel non
bonũ: nondum interimitur propoſitum. Manifeſtum igit, quoniã
interimere quidẽ vno modo dicitur, cõſtruere autẽ dupliciter. ſiue
enim vniuerſaliter oſtẽderimus, ꝙ omnis voluptas bonum, ſiue ꝙ
eſt quædam voluptas bonũ, oſtẽſum erit quod propoſitũ eſt. Si-
militer autẽ & ſi oporteat differere, ꝙ eſt quędã voluptas nõ bonũ,
ſi oſtenderimus ꝙ nulla bonum, vel ꝙ quædam non bonũ, oſtende
mus vtroq; modo & vniuerſaliter & particulariter, ꝙ eſt quędã vo
luptas nõ bonũ. Quũ autẽ determinata fuerit poſitio, dupliciter 2. à definiti cõ
interimere licet, vt ſi ponatur alicui quidẽ ineſſe voluptati bonũ, gnitione.
alicui autẽ non ineſſe. Nã ſiue omnis oſtendatur voluptas bonum
ſiue nulla, interemptũ erit propoſitum. Si autem vnã ſolã voluptа
tẽ poſuerit bonũ eſſe, tripliciter contingit interimere. Nã oſtendẽ-
tes ꝙ omnis vel quòd nulla vel quòd plures q̃ vna bonum, interi-
memus id quod propoſitum eſt. At ſi amplius poſitio determinata
ſit, vt ꝙ prudentia ſola eſt virtutũ ſcientia, quadrupliciter eſt in-
terimere. Nã oſtenſo ꝙ omnis virtus ſcientia, vel quòd nulla, vel
quòd alia aliqua, vt iuſtitia, vel quòd eadẽ prudẽtia nõ eſt ſciẽtia,

interem

3. à singularibus subiecti. interemptũ erit propositum. Vtile autem & inspicere in singularibus, in quibus ineſſe aliquid, vel nõ, dictum eſt: quemadmodũ in vniuerſalibus problematibus. Amplius autẽ & in generibus inſpiciendũ diuidenti ſecundum ſpecies vſq; ad indiuidua, ſicut prius dictum eſt. Nã ſi omni appareat ineſſe, ſiue nulli, multa proferẽti, poſtulandum vniuerſaliter conſiteri, aut ferre inſtantiam in aliquo nõ ſic. Amplius, in quibus poſſibile eſt aut ſpecie aut numero determinare accidẽs, inſpiciendũ, ſi nullũ horum ineſt, vt quòd tempus nõ mouetur, nec eſt motus, annumeranti quot ſunt ſpecies motus. Nam ſi nulla earum ineſt tempori, manifeſtũ quoniã non mouetur, nec eſt motus. Similiter autem & quòd anima nõ eſt numerus, diuidenti quoniã omnis numerus aut impar aut par. Nam ſi anima neq; impar neq; par, manifeſtũ quòd non eſt numerus. Ad accidens igitur per talia & hoc modo argumentandum.

4. à generis diuiſione.

5. à diuiſione prædicati.

ARISTOTELIS STAGIRITAE TOPICORVM LIBER QVARTVS DE Problematis generis.

Caput primum. Problematum generis aliquot loci.

1. à cognatis generi. POſt hæc autem de ijs quæ ad genus & propriũ inſpiciẽdum, ſunt enim hæc elementa eorũ quæ ſunt ad definitiones: de hiſipſis aũt raro cõſiderationes fiũt diſputãtibus. Si ergo ponatur genus alicuius exiſtẽtiũ, primùm quidem inſpiciẽdum ad omnia quæ cognata ſunt ei quod dicitur, ſi de aliquo nõ prædicatur: quemadmodũ in accidente, vt ſi voluptatis bonũ ponatur genus, ſi aliqua voluptas non bonũ. Nam ſi hoc, manifeſtum eſt, quoniam non eſt genus bonum voluptatis. Nam genus de omnibus, quę ſunt ſub ipſo, ſpeciebus prædicatur.

2. à prædicatiõe accidentis. Deinde, ſi nõ in eo qđ quid eſt prędicatur, ſed vt accidens. quẽadmodũ albũ de niue: vel de anima, à ſeipſo agitatũ. neq; enim nix, qđ albũ, quapropter non eſt genus albũ niuis: neq; anima, quod agitatum. nã accidit ei moueri, quemadmodũ & animali frequenter & ambulare & ambulans eſſe. Amplius, agitatũ nõ quid eſt, ſed quid faciens, vel patiens ſignificare videt. Similiter autem & albũ: nõ enim quid eſt nix, ſed quale quid eſt indicat. quare neutrũ horum in eo quod quid eſt prædicatur.

3. ab accidentis definitione. Maxime autẽ ad accidentis definitionem inſpiciẽdum, ſi aptatur ad dictũ genus, vt ad ea quę nũc dicta

dicta ſunt: contingit enim quippiã mouere ſeipſum & nõ, ſimiliter autem & album eſſe & nõ, quare neutrum horũ genus, ſed accidẽs: eò q; accidẽs dicimus, quod cõtingit ineſſe alicui, aut nõ. Amplius, ſi non in eadẽ diuiſione genus eſt & ſpecies, ſed hæc quidẽ ſubſtãtia, illud autem quale: aut hoc quidem ad aliquid, illud autem quale, vt nix quidem & cygnus ſubſtantia, albũ autem non ſubſtãtia, ſed quale. quare non eſt genus albũ niuis, neq; cygni. Rurſum ſcientia quidem ad aliquid, bonũ autem & pulchrum quale. quare non eſt genus pulchrum vel bonum ſcientiæ. Nã genera eorum quæ ſunt ad aliquid, & ipſa ad aliquid oportet eſſe: vt in duplici, etenim multiplex genus eſt duplicis, & ipſum eorũ quæ ſunt ad aliquid eſt. Vt vniuerſaliter autem dicatur, in eadẽ diuiſione oportet genus eſſe ſpeciei. nam ſi ſpecies ſubſtantia, & genus: & ſi quale quippiam genus ſpecies eſt, & genus quale quippiam: vt ſi album quale quippiã, & color: ſimiliter autem & in alijs. Rurſum ſi neceſſe fuerit, vel ſi cõtigerit genus participare quod poſitũ eſt in genere. Definitio autem eius quod eſt participare, eſt ſuſcipere participati rationẽ. manifeſtũ igitur quoniam ſpecies quidẽ participãt genera, genera autẽ ſpecies non. Nam ſpecies ſuſcipit generis rationẽ, genus autem ſpeciei non. Conſiderandum igitur ſi participat, vel contingit aſſignatum genus participare ſpeciẽ, vt ſi quis entis, vel vnius genus quippiam aſſignauerit. accidet enim genus participare ſpeciem. Nam de omnibus quæ ſunt, ens & vnum prædicantur. quare & ratio eorum.

4. à prædicamẽti diſtinctiõe.

5. à ſpeciei participatione.

2. Amplius ſi de aliquo aſſignata ſpecies verificet, genus aũt non, vt ſi ens aut ſcibile, opinabilis genus ponat. Nã de nõ ente opinabile prædicabit: multa, n. nõ entia opinabilia ſunt, at q; ens vel ſcibile non prædicatur de nõ ente, manifeſtũ. quare nõ eſt genus ens neq; ſcibile, opinabilis. nã de quibus ſpecies prædicat, & genus oportet prædicari. Rurſum ſi nullã ſpecierũ contingit participare qđ poſitũ eſt in genere. Nã impoſſibile eſt participare genus. quod nullam ſpecierũ participat, niſi aliqua ſecundum primã diuiſionẽ ſpecierum ſit: hæc enim genus ſolũ participãt. ſi igitur motus genus voluptatis ponatur, conſiderandum, ſi neq; corruptio, neq; alteratio voluptas, neq; vllus reliquorũ, qui aſſignari ſolent, motuũ. manifeſtum enim quoniã nullam ſpecierum participabit, quare neq; genus: eò q; neceſſariũ eſt, quod genus participat, & ſpecierum aliquã participare: quare nõ erit ſpecies motꝰ voluptas, neq; indiuiduorum

1. à ſpeciei ueri fication.

2. à ſpecierũ participatione.

orum neq; eorũ quicquã, quę ſub ſpecie motus ſunt: nam & indiui
dua participãt ſpeciem, & genus: vt quidã homo, & hominem par-
3. à ſpeciei prædicatiõe maiori ticipat, & animal. Amplius, ſi in plus dicitur q̃ genus quod in
genere poſitũ eſt, vt opinabile, q̃ ens. Nã ens & nõ ens opinabile,
quare nõ erit opinabile ſpecies entis. in plus enĩ ſemp genus q̃ ſpe-
4. ab æqua ſpecici prædicatiõe cies dicit. Rurſus ſi de æqualibus genus & ſpecies dicit, vt ſi eo
rũ quæ omnia cõſequuntur, hoc quidem genus, illud autem ſpeci-
es ponatur, quẽadmodum ens & vnum: omne enim ens & vnum.
quare neutrum neutrius genus, eò quòd de æqualibus dicũtur. ſi-
militer autem & ſi primum & principium ad ſeinuicem ponãtur.
Nam & principium primũ, & primũ principiũ. quare aut vtraq;,
quę dicta ſunt, idẽ ſunt, aut neutrum neutrius genus. elementũ au
tem ad omnia eſt tale, q̃ in plus genus q̃ ſpecies & differentia di-
5. ab indiuiduis. citur. De paucioribus enim etiã differentia dicit, q̃ genus. Vidẽ-
dum autẽ & ſi alicuius indifferentiũ ſpecie nõ ſit genus quod dictũ
eſt, vel nõ videatur. Conſtruẽti autẽ, ſi eſt alicuius. idem enim om
niũ indifferentiũ ſpecie genus. ſi igitur, vnius mõſtretur, manifeſtũ
quoniã oĩum: & ſi vnius non, manifeſtũ quoniã nullius. vt ſi quis
inſecabiles ponẽs lineas, indiuiſibile genus earũ dicat eſſe. Nã line
arũ habentiũ diuiſionem nõ eſt, quod dictum eſt, genus, cũ ſint in-
differẽtes ſecundum ſpeciem: indifferentes enim ſibijnuicem ſecun
dum ſpeciem rectæ lineæ omnes.

Caput tertium, de genere loci alij.

1. à diuerſo genere. COnſiderandum autẽ & ſi quod aliud genus eſt aſſignatę ſpeci-
ei, quod neq; continet aſſignatum genus, neq; ſub illo eſt: vt ſi
quis iuſtitiæ ſcientiam ponat genus, eſt enim virtus genus: & neu-
trũ generum, reliquum continet. quare nõ erit ſcientia genus iuſti
tiæ. videtur enim quãdo ſpecies vna ſub duobus generibus eſt, al-
terũ ab altero contineri. Habet autẽ dubitationem in quibuſdã,
quod huiuſmodi eſt. nã videtur quibuſdam prudentia & virtus &
ſciẽtia eſſe, & neutrũ genus à neutro cõtineri: non tamen ab omni-
bus conceditur, prudentiã eſſe ſcientiam. Si igitur quis admittat,
quod dictũ eſt verum eſſe, attamen ſubalterna, vel ſub eodẽ ambo
eſſe, quę eiuſdẽ ſunt genera, neceſſarium videbitur eſſe: quemad-
modũ & in virtute, & in ſciẽtia accidit, vtraq; enim ſub eodem ge-
nere ſunt: nam vtrunq; eorum habitus & diſpoſitio eſt. Conſiderã-
dũ igit, ſi neutrum inſit aſſignato generi. ſi enim neq; ſubalterna
ſunt genera, neq; ſub eodẽ ambo, nõ erit quod aſſignatũ eſt, genus.

Conſide

Conſiderandum aũt, & genus aſſignati generis, & ſic ſemper ſu- 2. à prædicatiõe generis ſupioris
perius genus, ſi oĩa prædicãtur de ſpecie, & ſi in quid prædicantur.
Nã omne ſuperius genus prędicari oportet de ſpecie in quid, ſi er-
go alicubi diſſonet, manifeſtũ quoniã nõ eſt genus, quod aſſignatũ
eſt. Rurſum ſi genus participat ſpeciẽ, vel ipſum, vel aliqd ſupe- 3. à ſpeciem participantibus.
riorum generũ. Nam nullum ſuperiorum participat quod inferius
eſt. Deſtruenti igitur, quemadmodũ dictum eſt, vtendum. Aſtru- 4. à generis prædicatione.
enti autem, ſi confiteatur quidẽ ineſſe ſpeciei quod dictum eſt ge-
nus, at q; vt genus ineſt dubitetur, ſufficit oſtendere aliquid ſupio-
rũ generũ in quid eſt de ſpecie prędicari. Vno enim in quid eſt prę
dicato, oĩa & ſuperiora illius & inferiora, ſi prædicantur, de ſpecie
in quid prędicabunt: quare & aſſignatũ genus in quid prędicabit.
Quòd autẽ vno in quid prædicato, omnia etiã reliqua, ſi prædicã-
tur, in quid prædicabunt, per inductionem ſumendũ. Si aũt ſim-
pliciter ineſſe dubitetur aſſignatũ genus, non ſufficit oſtendere, ali
quod ſuperiorũ generũ in quid de ſpecie prædicari. vt ſi quis ambu
lationis genus aſſignauit lationem, non ſufficit oſtendere quòd mo
tus eſt ambulatio, ad oſtendendũ quod latio eſt: eò quòd & alij mo
tus ſunt: ſed oſtendendum quòd nullum participat ambulatio eo-
rũ quæ ſunt ſecundũ eandem diuiſionẽ, niſi lationem. nam neceſſe eſt
quod genus participat & ſpecierum aliquã participare ſecundum
primã diuiſionem. ſi igitur ambulatio neq; augmentationem, neq;
diminutionem, neq; alios motus participet, manifeſtum quoniam
lationem participabit. quare erit genus latio ambulationis.

4 Rurſum de quibus ſpecies quæ poſita eſt vt genus prædicat, 1. à ſpecie ſubalterna.
cõſiderandũ ſi & aſſignatũ genus in quid de ipſis ciſdẽ prędicat, de
quibus & ſpecies. ſimiliter autem & ſi omnia quę ſupra genus ſunt.
Nam ſi alicubi diſſonat, manifeſtum quoniam nõ eſt genus quod
aſſignatum eſt: ſi enim eſſet genus, oĩa & ſuperiora illius, & ipſum
in quid prædicarẽtur de ijs, de quibus & ſpecies in quid prædicat.
Deſtruenti igitur, vtile ſi non prædicetur genus in quid, de quibus
& ſpecies prędicatur. Aſtruenti autem, ſi prædicetur in quid, vtile.
Accidet enim genus & ſpeciem de eodem in quid prędicari. quare
& idem ſub duobus generibus fit. Neceſſe eſt igitur ſubalterna ge-
nera eſſe. ſi igitur oſtendatur quod volumus genus aſtruere nõ eſ-
ſe ſub ſpecie, manifeſtum quoniam ſpecies ſub hoc erit. quare oſtẽ-
ſum erit, quoniam genus hoc. Conſiderandæ autem & rationes 2. ab uniuoca prædicatione.
generum ſi aptantur ad aſſignatam ſpeciem, & ad participantia

ſpeciem. Neceſſe eſt enim generũ rationes prædicari de ſpecie, & de ijs quę participant ſpeciem: ſi igitur in aliquo diſſonet, dilucidũ quoniam non eſt genus quod aſſignatum eſt.

1. à differentia prædicante. 5. Rurſus ſi differentiã vt genus aſſignauit, vt ſi immortale genus dei, nam differentia eſt animalis immortale, cò q animalium, alia mortalia, alia immortalia. Manifeſtũ igitur, quoniã peccãt. nullius enim differentia eſt genus. Quòd autem hoc verũ, manifeſtũ. Nulla enim differẽtia ſignificat quid eſt, ſed magis quale quid, vt greſſibile & bipes. Et ſi differẽtiam in genere poſuit tanq̃ ſpeciẽ, vt imparem quidem numerũ. Differentia enim numeri impar, & nõ ſpecies eſt, neq; videtur participare differentia genus. Nã omne quod participat genus, vel ſpecies, vel indiuiduũ eſt: differẽtia aũt, neq; ſpecies, neq; indiuiduum. manifeſtum igitur quoniam non participat genus differentia: quare neq; impar ſpecies erit, ſed differentia: quoniam non participat genus. Amplius ſi genus in ſpecie poſuit, vt contiguitatem quod continuitatem, aut mixturam, quod temperamẽtum, aut (vt Plato definiuit) lationem, ſecundum locũ mutationem. Non enim neceſſarium, contiguitatẽ cõtinuitatem eſſe: ſed econuerſo, cõtinuitatem contiguitatem, nõ enim omne contiguum cõtinuatur, ſed quod cõtinuatur, cõtiguum eſt. Similiter autẽ & in alijs. Nam neq; mixtura omnis temperamentum: nã ſiccorũ mixtura non eſt temperamentũ, neq; ſecundum locũ mutatio omnis, latio: nam ambubatio non videtur latio eſſe. Penè enim in ijs quæ inuoluntarie locum ex loco permutant, dicitur latio, quemadmodum inanimatis accidit. Manifeſtum autem quoniam & in plus dicitur ſpecies q̃ genus in aſſignatis, cũ oporteat ecõtrario fieri. Rurſus ſi differentiã in ſpecie poſuit, vt immortale quod deũ. Nã accidit de ęqualibus aut pluribus q̃ ſpeciẽ dici. Differẽtia enim ſemper de æqualibus aut de pluribus, q̃ ſpecies dicitur. Amplius, ſi in differentia genus poſuit, vt colorem quod cõgregatiuum, aut numerũ quod ĩpar. Et ſi genus vt differentiã dixit. Poſſibile enim eſt, aliquem talem ſuſcipere poſitionem, vt temperaturæ, mixturã differentiam: aut lationis, ſecundũ locum mutationem. inſpiciendum autẽ omnia quæ ſunt huiuſmodi per eadem. communicant enim loci. De pluribus enim genus q̃ differẽtiam oportet dici, & nõ participare differentiam. ſic autem aſſignato neutrum eorum quę dicta ſunt poſſibile eſt accidere. Nam de paucioribus dicetur, & participabit genus differentiam. Rurſum ſi nulla differentia generis

2. à ſubiecta differentia.

3. à genere ſpeciei ſubiecto.

4. à differentia ſpeciei ſubiecta.

5. à genere differentiæ ſubiecto.

6. à genere.

7. à differẽtiarũ prædicatione.

generis prædicatur de aſſignata ſpecie, nec genus prędicabit. vt de anima neq; impar neq; par prædicatur, quare nec numerus. Amplius, ſi prius eſt natura ſpecies, & ſimul interimit genus: videt enĩ contrariũ, non igitur erit genus. Amplius, ſi cõtingit relinquere dictum genus, vel differentiã (vt animã moueri, vel opinionẽ verum & falſum) neutrum erit dictorum genus, neq; differentia, videtur enim genus & differentiã ſequi, quandiu fuerit ſpecies.

8. à priori ſpecie

9. ab eo quod à ſpecie eſt ſeparabile.

Tertium caput. De Genere loci item alij.

INſpiciẽdum autẽ & ſi quod in genere poſitum eſt participat aliud contrariũ generi, aut ſi contingat participare. Nam idẽ cõtraria ſimul participabit, eò quòd ipſum, genus quidẽ nũq̃ relinquit, participat autem & contrarium, aut contingit participare. Amplius, ſi quippiã communicat ſpecies, quod impoſſibile eſt omnino ineſſe ijs quæ ſunt ſub genere. vt ſi anima vitę communicat, numerorum autem nullum poſſibile eſt viuere, non erit ſpecies numeri anima. Conſiderandũ autem & ſi æquiuoca ſit ſpecies generi, elementis vtenti ijs quę dicta ſunt ad æquiuocum, vniuocũ enim genus, & ſpecies. Quoniam autem omnis generis plures ſpecies, inſpiciendũ ſi nõ contingit alterã ſpeciem eſſe dicti generis. Nã ſi nõ eſt, manifeſtum quoniam non erit genus omnino quod dictũ eſt.

1. à contrario genere.

2. à ſpeciei communicatione.

3. à ſpeciei æquiuocatione.

4. ab unitate ſpeciei.

Conſiderandũ autem etiã eſt, ſi, quod tranſlatitie dictũ eſt, vt genus aſſignauit: vt temperantiã, conſonantiã. nam omne genus proprie de ſpeciebus prędicatur, cõſonantia verò de temperantia non proprie, ſed trãſlatitie. omnis enim cõſonãtia in ſonis. Amplius, ſi ſit contrarium ſpeciei aliquid, conſiderandũ. Eſt autem multipliciter conſideratio. Primum quidem ſi in eodẽ genere & contraria, cum non ſit cõtrarium generi: oportet enim cõtraria in eodẽ genere eſſe, ſi nihil ſit cõtrariũ generi. Cum autẽ eſt contrariũ generi, conſiderandum ſi contrariũ in contrario. neceſſe enim eſt contrarium in contrario eſſe, ſi ſit contrarium quidem generi. Manifeſtũ autem eſt vnũquodq; eorũ per inductionẽ. Rurſum, ſi omni no in nullo genere quod ſpeciei eſt cõtrarium, ſed ſit ipſum genus, vt bonũ, nã ſi hoc nõ in genere, nec contrariũ huius in genere erit, ſed ipſum gen⁹, quẽadmodũ in bono & malo accidit: neutrũ enim horum eſt in genere, ſed vtrũq; eorũ genus. Deinde ſi contrariũ eſt alicui & genus & ſpecies, & horũ quidem eſt aliquid mediũ, illorum autem non. Nam ſi generum eſt aliquid medium, & ſpecierũ: & ſi ſpecierum & generum, vt in virtute & vitio, & iuſtitia & iniuſtitia.

5. à tranſlatione.

6. à ſpeciei contrario.

7. à ſpecie contraria cõtrariũ genus habente.

8. à genere cõtrario.

9. à contrariorũ medio.

ſtitia. Vtrorumq; enim eſt aliquid mediũ. Inſtantia huius, quoniam ſanitatis & ægritudinis nihil eſt mediũ, mali autẽ & boni aliqd mediũ. Amplius, ſi eſt vtriſq; quidẽ aliquid mediũ & ſpecieb⁹ & generibus, nõ ſimiliter autẽ: ſed horum quidẽ ſecundũ negationẽ, illorũ verò vt ſubiectũ. Probabile enim ſimiliter & in vtriſq;, vt in virtute & in vitio, & iuſtitia & iniuſtitia. vtriſq; enim ſecundũ negationem medium. Amplius, quando non eſt contrarium generi, conſiderandum, non ſolum ſi cõtrariũ in eodem genere, ſed & medium, in quo enim extrema, & medium: vt in albo & nigro. nã color genus & horum & mediorum colorum omnium. Inſtantia, quoniam defectus quidem & ſuperabundantia in eodẽ genere, in malo enim ambo: mediocre aũt, cum ſit mediũ horũ, nõ in malo, ſed in bono eſt. Conſiderandum etiã, ſi genus eſt contrariũ alicui, ſpecies autem nulli. nam ſi genus eſt cõtrariũ alicui, & ſpecies. quẽadmodũ virtus & vitiũ, & iuſtitia & iniuſtitia. ſimiliter aũt & in alijs conſideranti manifeſtũ videtur eſſe tale. Inſtãtia, in ſanitate & ægritudine, ſimpliciter enim ſanitas ęgritudini cõtraria, aliqua aũt ægritudo, cũ ſit ſpecies ægritudinis, nulli contrarium, vt febris, & oculi morbus, & vnumquodq; aliorũ. Interimẽti igitur tot modis inſpiciendũ. ſi enim nõ inſint quæ dicta ſunt, manifeſtũ eſt, non eſſe genus quod aſſignatum eſt. Conſtruenti verò, tripliciter. Primùm quidem ſi contrariũ ſpeciei ſit in dicto genere, cum nõ ſit contrariũ generi. Nam ſi cõtrariũ in hoc, manifeſtum quoniam & quod propoſitũ eſt. Amplius, ſi mediũ in dicto genere. Nã in quo medium, & extrema. Rurſum ſi ſit & contrarium quiddã generi, cõſiderandum & ſi contrarium in contrario. Nam ſi ſit, manifeſtum quòd & propoſitum in propoſito.

10. à mediis variè circũlocutis.

11. à medio contrariorũ eiuſdẽ generis.

12. à contrario genere.

13. à contrarijs mediis.

Quartum caput, De eodem loci alij.

RVrſum in caſibus & coniugatis, ſi ſimiliter ſequuntur & interimenti & cõſtruenti. Simul enim vni, & omnibus inſunt, vel nõ inſunt, vt ſi iuſtitia ſciẽtia quędã, & iuſte ſciẽter, & iuſtus ſciẽs: ſi aũt horũ aliquid nõ ineſt, nec reliquorũ vllũ. Rurſum in ijs quæ ſimiliter ſe habent adinuicem. vt delectabile ſimiliter ſe habet ad voluptatem, & vtile ad bonum: vtrunq; enim vtriuſq; effectiuũ. ſi igitur voluptas quiddã bonum, & delectabile quiddã vtile erit: manifeſtum enim quoniam boni erit effectiuũ, eò quòd voluptas bonũ. Similiter autẽ & in generationibus & corruptionibus. Vt ſi ædificare eſt operari, ędificaſſe operatũ eſſe: & ſi diſcere eſt remiſci,

1. à caſibus & cõiugatis.

2. à ſimilitudine & proportione

3 à generatiõib. & corruptiõib.

niſci, & didiciſſe recordatum eſſe: & ſi diſſolui eſt corrumpi, & diſſolutũ eſſe corruptum eſſe: & diſſolutio corruptio quædã. Et in generatiuis vero, & in corruptiuis, ſimiliter & in potentijs, & vſibus, & omnino ſecundũ quãlibet ſimilitudinẽ, & interimenti & cõſtruenti inſpiciendũ, quẽadmodum in generatione & corruptione dixi mus. Nã ſi corruptiuũ diſſolutiuum. & corrumpi diſſolui: & ſi generatiuũ eſt effectiuũ, & generari fieri, & generatio factio. Similiter & in potẽtijs & vſib⁹. & omnino ſi potẽtia diſpoſitio, & poſſe diſponi: & ſi alicuius vſus eſt actus, & vti agere, & vſum eſſe egiſſe.

4. ab efficientibus cauſis.

8 Si autẽ ſit priuatio id quod opponitur ſpeciei, duobus modis eſt interimere. Primum quidẽ, ſi in aſſignato genere eſt oppoſitũ. Aut enĩ ſimpliciter in nullo genere eodẽ priuatio, aut nõ in vltimo: vt ſi viſus in vltimo genere eſt ſenſu, cæcitas nõ erit ſenſus. Secũdo autẽ, ſi & generi & ſpeciei opponitur priuatio, nõ eſt autẽ oppoſitũ in oppoſito, nec quod aſſignatum eſt in aſſignato erit. Interimenti igitur quemadmodũ dictum, eſt vtendũ. Conſtruenti autem vno modo. Nã ſi oppoſitum in oppoſito, & ppolitum in propoſito erit. Vt ſi cæcitas inſenſibilitas quædã, & viſus ſenſus. Rurſum in negationibus cõſiderandum ecõuerſo, quemadmodum in accidente dicebatur: vt ſi delectabile quod bonum, quod non bonum non delectabile. Nã ſi nõ ita ſe habet, erit contra, non bonum delectabile. impoſſibile enim eſt, ſi bonum genus eſt delectabilis, eſſe quieq̃ nõ bonum delectabile. Nã de quibus genus nõ prædicatur, neq; ſpecierum vlla. Cõſtruenti etiam ſimiliter inſpiciendũ. Nã ſi nõ bonũ non delectabile, delectabile bonũ. quare genus bonũ delectabilis.

1. ab oppoſitis ſecundum priuationem & habitũ.

2. à cõtradictorie oppoſitis.

9 Si autẽ ſit ad aliquid ſpecies, cõſiderandum ſi & genus adaliqd. Nam ſi ſpecies ad aliquid, & genus. vt in duplici, & multiplici. Vtrunq; enim ad aliquid. Si aũt genus adaliqd, nõ neceſſariò & ſpecies. Nã ſcientia ad aliquid, grãmatica autẽ nõ. An nec quod prius dictũ eſt verum videbit̃? nã virtus ipſum quod bonũ, & ipſum quod honeſtum: & virtus quidem ad aliquid, bonũ verò & honeſtum non ad aliquid, ſed qualia. Rurſum ſi nõ ad idẽ dicitur ſpecies, & ſecundum ſe & ſecundum genus. vt ſi duplũ dimidij dicit̃ duplum, & multiplum dimidij oportet dici: ſi autem non, non erit multiplum genus dupli. Amplius, ſi nõ ad idẽ & ſecundũ genus dicitur, & ſecundum oĩa genera. nã ſi duplũ dimidij multiplũ eſt, & abundãs dimidij dicet̃: & ſimpliciter ſecundũ omnia ſuperiora genera ad dimidiũ dicetur. Inſtãtia, quòd nõ neceſſe eſt ſecundũ

1. à relatiue oppoſitis.

2. ab unitate relationis.

3. à ſuperiorũ relatione.

4. à relatiuis secundum casuum similitudinem.

se & secundum genus ad idem dici. nã sciẽtia scibilis dicit̃, habitus autem & dispositio non scibilis, sed animę. Rursum, si similiter dicit̃ genus & species secundũ casus: vt si alicui, aut alicuius, aut quo libet modo aliter dicitur. nã vt species, & genus, velut in duplo, & in superioribus, alicuius enim & duplũ & multiplũ. similiter autẽ & in scientia, alicuius enim & hæc, & genera, vt dispositio & habitus Instantia autẽ, quòd aliquoties nõ sic. Nam differens, & cõtrarium alicui: diuersum autem cũ sit genus horum, nõ alicui, sed ab

5. à relatiuis secundum casuum conuersionem.

aliquo. diuersum enim dicitur ab aliquo. Rursum, si quę similiter ad aliquid secundũ casus dicũtur, nõ similiter cõuertuntur. Quẽad modum in duplo & multiplo, vtrunq; enim horum alicuius, & idẽ etiã secundũ cõuersionẽ dicit̃. alicuius enim & dimidiũ & submultiplũ. Similiter autẽ & in scientia & opinione. Nã & hę alicuius, & conuertuntur similiter. Nã & scibile & opinabile, aliquo, si igitur in aliquo non similiter conuertuntur, manifestum est non esse ge-

6. ab æquali relationũ numero

nus alterum alterius. Rursum si non ad æqualia species & genus dicitur, Similiter enim & æqualiter vtrunq; videtur dici: quẽadmodum in dono & datione. nã & donũ alicuius & alicui dicit̃, & datio alicuius & alicui dicitur. Est autẽ datio genus doni. Nã donũ datio est irredibilis. In aliquibus autem nõ accidit ad æqualia dici. Nam duplũ alicuius duplum, abundãs autem & maius alicuius & aliquo, Omne enim abundãs & maius, aliquo abundat, & alicuius abundat. quare nõ sunt genera quę dicta sunt dupli, eò q; nõ ad æqualia dicunt̃ speciei, aut nõ vniuersaliter verũ est ad æqualia

7. à relatiua specie.

speciem & genus dici. Videndum autẽ & si oppositi est oppositũ genus, vt si dupli multiplum, & dimidij submultiplum: oportet enim oppositum oppositi genus esse, si igitur ponat aliquis scientiã idipsum quod est sensum, oportebit & scibile id quod est sensibile esse, sed nõ est: non enim omne scibile sensibile. nam intelligibiliũ quędã scibilia, quare non est genus sensibile scibilis. si autẽ hoc nõ, neq; sensus scientiæ. Quoniam autem eorũ quæ ad aliquid dicuntur, alia quidẽ ex necessitate in eis, aut circa ea sunt ad quæ dicuntur: vt dispositio & habitus, & commensuratio: in alio enim nullo possibile est esse quæ dicta sunt, quàm in eis ad quæ dicuntur.

Alia autẽ nõ necesse est quidẽ in eis esse ad quę dicuntur. contingit autem: quemadmodum si scibile est anima, nihil prohibet sui scientiam habere animam: nõ necessarium autem, possibile est enim & in alio esse hãc eãdẽ. Alia verò simpliciter nõ cõtingit in eis esse ad

quæ

quæ dicuntur: vt cõtrarium in contrario, neq; scientiam in scibili, nisi sit scibile anima vel homo, considerare igitur oportet, si quis in genere ponat quod tale est in nõ tali. vt si memoriam immansio nẽ scientiæ dicat. Nam omnis immansio in manente, & circa illud. quare & scientiæ immansio in scientia, memoria igitur in scientia, eò quòd immansio scientiæ est, hoc autem nõ contingit. memoria enim omnis in anima. Est autem qui dictus est locus, & ad accidens communis. Nihil enim refert, memoriæ genus immansionem dicere, aut accidere dicere illi hoc. nam si quouis modo est memoria immansio scientiæ, eadem adaptabitur de ipsa ratio.

8 à relatiuorum diuisione.

Quintum caput, Eiusdem rursus loci alij.

1. ab habitu & actu.

RVrsum si habitũ in actu posuit, aut actum in habitu, nõ est genus quod tale est: vt si sensum motũ per corpus. nã sensus habitus, motus autem actus. Similiter autem, & si memoriã habitũ contentiuũ opinionis dixerit. nam nulla memoria habitus, sed magis actus. Peccant autem & qui habitum in consequentem potẽtiã ordinant: vt mansuetudinem, cõtinentiã iræ: & fortitudinẽ & iustitiam, timorũ & lucrorũ cõtinentiam. Nam fortis & mansuetus perturbatione vacans dicitur, cõtinens autẽ qui perturbatur, sed non ducitur, fortasse igit̃ talis potentia sequit̃ vtrũq;, vt si perturbet̃, nõ ducatur. verũ continere nõ hoc est, hunc quidẽ fortem, illũ autẽ mansuetum esse: sed omnino perturbari ab huiusmodi nihil. Alí

2. ab habitu & cõsequente passione.

3. à cõsequẽtib.

quoties autẽ & quod sequitur quouis modo, vt genus ponunt: vt tristitiam iræ, & opinionem fidei. vtraq; enim prædicta sequuntur quidem quodã modo assignatas species, neutrũ autem eorũ genus est. nam qui irascitur, cõtristatur: priore in eo tristitia facta, non enim ira tristitię, sed tristitia iræ causa est. quare simpliciter ira non est tristitia: Similiter aũt, neq; fides opinio. cõtingit enĩ eandẽ opinionẽ etiã nõ credentẽ habere: nõ cõtingeret autẽ hoc, si fides esset species opinionis. nõ enim contingit idẽ amplius permanere, si ex specie oĩno permutatum sit. quẽadmodũ nec idẽ animal quandoq; hominẽ esse, & quandoq; nõ. si quis autem dicat, ex necessitate opinãtem etiã fidem habere, de æqualibus opinio & fides dicetur. quare neq; sic erit genus. de pluribus enim oportet dici genus.

11. Videndũ aũt & si in aliquo eodẽ nata sint vtraq; fieri. In quo enim species, & genꝰ: vt in quo albũ, & color: & in quo grãmatica, & sciẽtia, si igit̃ verecũdiã timorẽ dixit, aut irã tristitiã, nõ accidet in eodẽ speciem & genus esse. Nam verecundia quidẽ in rationali,

1. à subiecto.

timor in irascibili: at tristitia in cõcupiscibili (nam in hoc & voluptas) ira aũt in irascibili, quare nõ sunt genera quæ assignata sunt: eò q; nõ in eodẽ cũ speciebus nata sunt fieri. Similiter aũt, & si amicitia in cõcupiscibili, nõ erit volũtas quædã: ois enim volũtas in rationali. Vtilis autem hic locus, & ad accidẽs, & id cui accidit, in eodem enim accidẽs & cui accidit, quare nisi in eodẽ videatur, manifestũ quoniã nõ accidit. Rursum si secundũ quid species dictũ genus participat, nõ enim videt secundũ quid participari genus. Nã nõ est homo secundũ quid animal, neq; grãmatica secundũ qd scientia, similiter aũt & in alijs. cõsiderandum igit si in aliquibus secundũ quid participat genus: vt si animal, quod sensibile vel visibile dicitur, nã secundũ quid sensibile vel visibile animal: secundum corpus enim sensibile & visibile, secundum animam autem non, quare non erit genus animalis corpus visibile & sensibile.

2. *à specie secũdum quid genus participante.*

3. *à parte.*

Latent autem quandoq; & totũ in parte ponentes, vt animal corpus animatum, nullo enim modo pars de toto prædicatur, quare non erit genus corpus animalis, eò quòd pars est.

1. *ab eligendo.*

12. Videndũ autẽ si qd vituperandorũ aut fugiendoꝝ in potestate, aut potente posuit. Vt sophistã, potentẽ ab apparenti sapientia distari: vel calũniatorẽ, potẽtẽ decipere & inimicos facere amicos: vel furẽ potentẽ aliena clãdestine surripere. Nemo enim prædictoꝝ in eo q; possit aliquid horũ talis dicit. Potest enim & deus & studiosus praua agere, nõ sunt autẽ huiusmodi. Nã omnes praui secundũ electionem dicuntur. Amplius, omnes potestates sunt eligendorũ. nã prauoꝝ potestates sunt eligendę: eò q; Deũ & studiosum dicim? habere eas. Potẽtes enim dicimus eos esse praua agere. quare nulli us vituperabilis erit genus potestas. Si aũt nõ, accidet vituperãdorũ quiddã eligendũ esse. Nã erit quædã potestas vituperabilis. Et si qd erit ppter se honorabiliũ, vel eligibiliũ, in potestate, vel potẽte, vel effectiuo posuit. Nã omnis potestas & omne potens aut effectiuum, propter aliud eligendum. Aut si quid eorum quæ sunt in duobus generibus vel pluribus, in altero posuit. Quędã enim non est in vnogenere ponere, vt fraudulẽtum, aut calumniatorem. neq; enim qui eligit, impotens autem, neq; qui potest, at nõ eligẽs, calũniator aut fraudulentus: sed qui vtraq; hæc habet, quare non ponenda sunt in vno genere, sed in vtroq;, eorũ quæ dicta sunt.

2. *à bono ppter se.*

3. *à generũ ratione.*

1. *à differentia.*

13. Amplius, aliquoties ecõuerso, genus quidẽ vt differentiã, differentiã autẽ vt genus assignant: vt stuporem superabũdantiã admirationis,

rationis, & fidem vehementiam opinionis, nam neq; superabundãtia neq; vehementia, genus, sed differẽtia. Videtur enim stupor admiratio esse supabundãs, & fides opinio vehemẽs, quare genus admiratio & opinio est, supabundãtia aũt & vehemẽtia differentia. Amplius si quis superabũdantiã & vehemẽtiã vt genera assignet, inanimata credent & stupescẽt. Nam cuiusq; vehementia & superabundãtia illi adest, cuius est superabundãtia & vehementia, si ergo stupor superabundãtia est admirationis, aderit admirationi stupor, quare admiratio stupefaciet. similiter & fides aderit opiniõi, si vehementia quidẽ opinionis est, quare opinio fidẽ faciet. Amplius, accidet sic assignãti vehemẽtiã vehementẽ dicere, & superabũdantiam, superabundantẽ: est enim quędã fides vehemẽs, si ergo fides vehemẽtia est, vehementia erit vehemens. Similiter aũt & stupor quidã & superabũdãs. si ergo stupor est superabundãtia, superabũdãtia erit superabundãs. videtur autem neutrũ horũ, quemadmodum nec scientia scitum, nec motus motum. Quandoq; autẽ peccant, & passionem in genere eius quod passum est ponentes, vt immortalitatem vitã sempiternam dicentes esse. Passio enim vitę vel accidens immortalitas videtur esse, quòd autem verũ sit quod dicitur, manifestum fiet si quis admittat, aliquẽ ex mortali fieri immortalẽ. Nullus enim dicit, aliã vitam eũ sumere, sed accidens aliquod vel passionẽ huic eidẽ aduenire. quare nõ est genus vita immortalitatis. Rursum, si passionẽ, cuius est passio, illud genus dicũt esse. Vt spiritũ aerem motũ, magis enim motus aeris, spiritus. nam aer idem permanet, & quando mouetur & quãdo stat. quare non est omnino aer spiritus, esset enim & non moto aere spiritus: si quidem idem aer permanet, qui quidem erat spiritus. similiter autẽ & in alijs huiusmodi. si igitur & in hoc, oportet admittere q; aer motus est spiritus, non tamen de omnibus huiusmodi est assignandum, de quibus non verificatur tale genus, sed de quibuscunq; vere prædicatur assignatum genus. nam in quibusdam non videtur verificari: vt in luto & niue. nã niuem dicunt esse aquã coagulatã, lutum autem terram humido temperatã: est autem neq; nix aqua, neq; lutũ terra: quare neutrũ assignatorũ generũ erit genus. oportet enim genus verificari semper de omnibus speciebus. similiter autem neq; vinum est aqua putrefacta, sicut Empedocles dicit,

In ligno putruit vnda. Nam simpliciter non est aqua.

2. *à subiecti passione.*

3. *à subiecti passione.*

Sextum caput, de eodem.

Amplius

1.à toto.

AMplius ſi omnino quod aſſignatū eſt, nullius eſt genus: manifeſtū enim quoniã neq; eius quod dictū eſt. Cõſiderandū autẽ ex eo q̃ nihil eoꝝ differt ſpecie, quæ participãt aſſignatū genus, vt alba. nihil enim differũt ſpecie hęc à ſeinuicẽ. oĩs autẽ generis ſunt

2.à trãſcendẽte

ſpecies differẽtes, quare nullius erit albũ genus. Rurſum ſi quod omnia ſequit̃, genus vel differentiã dixit. Plura enim ſunt quę omnia ſequũtur: vt ens & vnũ eorũ ſunt quæ omnia ſequũtur, ſi igit̃ ens genus aſſignauerit, manifeſtũ quoniã omniũ erit genus, eò q̃ prædicet̃ de eis. de nullo enim genus q̃ de ſpeciebus prędicat̃. quare & vnũ ſpecies erit entis, accidit ergo de oĩbus de q̃bus genus prędicat̃ & ſpeciem prędicari, eo q̃ ens & vnũ de omnibus ſimpliciter prędicãtur. oportet aũt de pauciorĩbus ſpeciẽ prędicari. Si autẽ qđ oĩa ſequitur, differentiã dixit, perſpicuũ quoniã de æqualibus vel de pluribus differẽtia q̃ genus dicetur. Nã ſi & genus omnia ſequitur, de ęqualibus: ſin verò non omnia ſequitur genus, de pluribus

3. à continente ſubiecto.

differẽtia dicetur, q̃ ipſum genus. Amplius ſi in ſubiecta ſpecie eſt, quod aſſignatũ genus dicitur: vt albũ in niue. quare manifeſtum quoniã non erit genus. de ſubiecta enim ſpecie ſolũ genus dicitur.

4.ab uniuoco.

Cõſiderandum autem etiã eſt, ſi nõ vniuocũ ſit genus ſpeciei, nã de omnibus ſpeciebus vniuocè genus prædicatur.

ALII.

15. Amplius quãdo exiſtẽte & ſpeciei & generi cõtrario, ſi quod melius cõtrariorũ eſt, in peiori genere ponit. Nã accidet reliquũ in reliquo eſſe, eò q̃ cõtraria in cõtrarijs generibus. quare quod deteri

1.à cõtrariæ ſpeciei trãſumptiõe

us eſt in meliori erit, at videt̃ melioris & genꝰ melius eſſe. Et ſi eo dẽ ſimiliter ad vtraq; ſe habente, in peiore & nõ in meliore genere ponit: vt animã quod motũ aut qđ mouet̃. nã pari modo eadẽ ſtatiua & motiua eſſe videt̃. quare ſi melius ſtatio, in hoc oportet gene-

2.à pari.

re ponere. Amplius, ex magis & minus. Deſtruẽti q̃dẽ ſi genꝰ ſuſcipit magis, ſpecies autẽ non ſuſcipit, neq; ipſa neq; quod ab ipſa dicitur: vt ſi virtus ſuſcipit magis, & iuſtitia, & iuſtus. Dicit̃ enim iuſtus magis alter altero. ſi igitur aſſignatũ quidẽ genus magis ſuſcipit, ſpecies aũt nõ ſuſcipit, neq; ipſa, neq; qđ ab ipſa dicitur: nõ erit

3.à genere, magis & minus ſuſcipiente.

4. ab ipſo magis & paribus.

quidẽ aſſignatũ genus. Rurſum quod magis videt̃ vel ſimiliter, nõ eſt genus, manifeſtũ quoniã nec qđ aſſignatũ eſt. Vtilis autẽ hic locus in talibus maxime, in q̃bus plura videtur de ſpecie in eo qđ qđ eſt prædicata: cũ nõ determinatũ eſt, neq; prõptum nobis eſt dicere, quodnã eorũ ſit genus: vt de ira, triſtitia & opinio paruipẽdentiæ in quid prædicari videtur: cõtriſtatur enim iratus, & opinatur paruipẽdi. Eadẽ aũt cõſideratio & in ſpecie, ad aliud aliqđ cõparãti. Nã ſi quod magis aut ſimiliter videtur eſſe in aſſignato genere, nõ eſt in genere, manifeſtũ q̃ neq; aſſignata oĩno ſpecies erit in genere. Interimẽti igitur quẽadmodũ dictũ eſt vtendũ. Aſtruẽti verò, ſi qđẽ ſuſcipit magis quod aſſignatũ eſt genus, & ſpecies, nõ vtilis locus: nihil enim prohibet vtrorũq; ſuſcipientiũ nõ eſſe alterũ alteri genus. Nã bonũ, & albũ ſuſcipit magis, & neutrũ alterius genus. Generũ autẽ & ſpecierũ ad ſeinuicẽ cõparatio vtilis. vt ſi ſimiliter hoc & hoc genus, ſi alterum genus, & alterum. Similiter autẽ & ſi quod minus & quod magis: vt ſi cõtinẽtiæ magis poteſtas q̃ virtus genus, virtus autẽ genus, & poteſtas. Eadem autẽ & de ſpecie cõuenit dici. Nã ſi ſimiliter hoc & hoc propoſiti ſpecies, ſi alterũ ſpecies, & reliquũ: & ſi quod minus videtur ſpecies eſt, & quod magis.

16. Amplius, ad cõſtruendum perſpiciendũ, ſi de quibus aſſignatũ eſt genus in quid prædicatur, cũ non ſit vna aſſignata ſpecies, ſed plures & differentes, nã manifeſtum quoniã erit genus. Si autẽ vna aſſignata ſpecies eſt, cõſiderandum & ſi de alijs ſpeciebus genus in quid prædicatur. Nã rurſus accidit de pluribus & differẽtibus idẽ prædicari, & genus approbari. Quoniã aũt videt̃ in quibuſdã & differentia in quid de ſpeciebus prædicari, ſeparãdum eſt genus à differentia vtenti ijs quæ dicentur elementis. Primũ quidem, quoniam genus de pluribus dicitur q̃ differentia. Deinde quoniam ſecundum eius (quod quid eſt) aſſignationem magis conuenit genus q̃ differentiam dicere. Nam qui animal dicit hominẽ, magis indicat quid eſt homo, q̃ qui greſſibile. Et quoniã differentia quidẽ qualitatem generis ſemper ſignificat, genus autẽ differentiæ nõ. Nam qui dicit greſſibile, quale quid animal dicit: qui verò aĩal dicit, nõ dicit quale quiddã greſſibile. differẽtia igit̃ à genere ſic ſeparãda.

1.à prædicatione ne in quid.

2.à denominatiuis.

Quoniam autem videtur muſicũ quà muſicum eſt ſciens eſſe, & muſica ſcientia quædam eſt: & ſi ambulãs eò quòd ambulat mouetur, ambulatio motus quidam eſt: cõſiderandũ in quo genere vult quippiã conſtruere ſecundum dictum modum: vt ſi ſcientiã quod fidem, ſi ſciens quatenus ſcit, fidit, manifeſtũ enim quoniam ſciẽtia fides quædam erit, eodem autem modo & in alijs huiuſmodi. Amplius, quoniam quod ſequitur aliquid ſemper & nõ cõuertitur, difficile eſt ſeparare ab eo quod non eſt genus, ſi hoc quidem illud ſequitur omne, illud verò hoc non omne: vt tranquillitatẽ quies, & numerum diuiſibile, econuerſo autem nõ: nam diuiſibile nõ omne

3. à cõſequẽtib.

numerus

numerus, neq; quies omnis tranquillitas, ipſo quidem eſt vtendū vt genere, qđ eſt ſemper cōſequens: cū nō conuertatur alterū: alio autem proponente, non in omnibus obſequendū. Inſtantia nanq; huius, quoniā nō ens ſequitur omne quod fit. nam quod fit, nō eſt, & nō conuertitur: non enim omne quod non eſt, fit: attamen nō eſt genus non ens eius quod fit, ſimpliciter enim nō ſunt non entis ſpecies. De genere igitur quemadmodum dictum eſt tranſeundum.

ARISTOTELIS STAGIRITAE TOPICORVM LIBER QVINTVS. DE problematis proprij.

Primum caput, De modis proprij.

Proprij diuiſio. VTrum autē propriū, an nō propriū eſt, quod dictū eſt, per hæc quidem conſiderandum. Aſſignatur autē proprium aut per ſe, & ſemper, aut ad aliud, & aliquando. Per ſe quidē, vt hominis, animal manſuetū natura, ad aliud aūt, vt animę ad corpus: quoniā illa quidē imperare nata eſt, hoc autem parēre. ſemper autem, vt Dei, animal immortale. aliquādo verò, vt alicuius hominis, ambulare in gymnaſio. Sunt aūt proprij quod ad alterum aſſignatū eſt, aut duo ꝓblemata, aut quatuor. Nam ſi de hoc quidē aſſignatum quippiā fuerit, de illo verò negatum idipſum, duo dūtaxat problemata fiūt, quemadmodū hominis ad equum propriū eſt, quòd bipes eſt. nā & ꝙ homo non bipes eſt argumentabitur quiſpiā, & ꝙ equus bipes; vtrinq; autē remouetur proprium. Si autem de vtroq; vtrunq; aſſignatum fuerit, & de vtroq; negatum, quatuor problemata erunt. vt hominis proprium ad equum: quòd illē quidem bipes, hic autē quadrupes eſt, nam & quòd homo nō bipes eſt, & ꝙ eſſe quadrupes natus eſt, argumētari eſt: & quòd equus bipes, & quòd nō quadrupes poſſibile eſt argumētari. quolibet igit̄ modo oſtenſo, interimit̄ quod ꝓ poſitū eſt. *Propriū per ſe.* Eſt autem per ſe quidē propriū, quod ad oīa aſſignat̄, & ab omni ſeparat: quemadmodū hominis, animal mortale & diſciplinę ſuſceptiuū. *Proprium ad aliud.* Ad aliud autē, quod non ab omni, ſed ab aliquo ſtatuto determinat: vt virtutis ad diſciplinā, quoniā illa quidē in pluribꝰ, hæc in rationali ſolo, & in habētibus rationē nata eſt fieri. *Propriū ſemper* Semper autē, quod ſecundū omne tempus verificatur, & nunq̄ relinquam relinquitur, quemadmodum animalis, ex anima & corpore cōpoſitū eſſe. Aliquando verò, quod ſecundū aliquod tēpus verificatur, & non ex neceſſitate ſemper cōſequit̄. vt alicuius hominis ambulare in foro. Eſt autem ad alterū proprium aſſignare, differentiam dicere, aut in omnibus & ſemper, aut vt multum & in plurimis. *Propriū ad alterum.* Vt in omnibus quidem & ſemper, quemadmodū hominis proprium ad equum, quoniā bipes. nā homo quidem & omnis & ſemper eſt bipes: equus autem nullus eſt bipes & nunq̄. Vt multum autem & in plurimis: quēadmodum rationalis proprium imperare ad cōcupiſcibile, & iraſcibile: eò q; illud quidē imperat, hęc autem parent, nam neq; rationale ſemper imperat, ſed quandòque & illi imperatur, neq; concupiſcibili & iraſcibili ſemper imperat̄: ſed & imperant quandòq;, cum fuerit hominis anima flagitioſa.

Propriorum autem ea maxime logica ſunt, quæ per ſe, & ſemper, & quæ ad aliud. Nam eius quod ad aliud eſt proprium, plura problemata ſunt, quemadmodum diximus & prius. nam aut duo, aut quatuor ex neceſſitate fiūt ꝓblemata: plures autem orationes fiūt ad hæc. Quod autē per ſe eſt & ſemper, ad multa eſt argumēta ri, vel ad plura tēpora obſeruare. quod per ſe quidem ad multa. nā ad vnumquodq; eorum quæ ſunt: vtpote cui oportet ineſſe ꝓpriū. quare ſi non ab omni ſeparat, non erit bene aſſignatum propriū. Quod autem ſemper, ad plura tempora eſt obſeruare: & ſiue nō in eſt, ſiue nō infuerit, ſiue nō inerit, non erit propriū. Quod verò aliquando, nō in aliis vel ad illud, quod nunc dicitur, tempus, conſideramus. non igitur ſunt rationes ad ipſum plures. Logicū autem eſt problema, ad quod rationes fiunt, & crebræ quidem & bonæ. Ad aliud igitur propriū dictum, ex ijs quæ ſunt de accidente locis inſpiciendum, ſi huic quidem accidit, illi verò non. De ijs autem quæ ſemper, & quæ per ſe, per hæc conſiderandum.

Secundum caput, De locis proprij.

PRimum quidem an bene aſſignatū eſt proprium, an nō bene. Eius autem quod eſt bene aut nō bene, eſt vnū quidē ſi nō per notiora, aut per notiora poſitum eſt proprium, deſtruenti quidē, ſi non per notiora: at cōſtruenti, ſi per notiora. Eius autem quod nō ꝓ notiora eſt, hoc quidē ſi omnino ignotius poſitū eſt ꝓprium, quod aſſignauit, illo cuius ꝓpriū dixit. Non enim erit bene poſitū proprium. nam propter notitiam proprium facimus. diſcendi enim cauſa, & propriū & definitiones facimus: per notiora igit̄ accipiendū. *1. ab ignotiore.*

sic enim magis erit sufficienter cognoscere, vtputa qui ponit ignis proprium esse simillimum animę, ignotiore q̄ ignis vtitur, anima, magis enim scimus quid est ignis, q̄ quid anima. non igitur erit bene positum proprium ignis simillimū animæ. Aliud autem, si nō notius est hoc huic inesse. Oportet enim non solum notius esse re, sed & huic inesse, notius esse. nam qui nō scit si huic inest, neq; si illi soli inest cognoscit. quare cū quoduis horū acciderit, obscurū fit proprium. vt quia qui ponit ignis proprium in quo primo anima nata est esse, ignotiore vtitur q̄ sit ignis, eò quòd ignotius est, si in hoc est anima, & si in hoc primo est, non erit itaq; bene positū proprium ignis, in quo primo anima nata est esse. Cōstruenti aūt, si per notiora positum est proprium, & si per notiora secundum vtrunq; modū. Erit enim bene secundū hoc positum proprium, nā constructiuorum locorū eius quod bene, alij quidem secundū hoc solum, alij aūt simpliciter mōstrabunt q̄ bene. vt quia qui dixit animalis proprium sensum habere, per notiora, & notius assignauit propriū secundum vtrunq; modum: quare erit bene assignatum secundum hoc animalis proprium, sensum habere.

2. *ab ignotiore conuenientia.*

1. *à proprij æquiuocatione.*

3. Deinde destruēti quidē, si quod nominū quæ in proprio sunt assignata, multipliciter dicitur, vel etiā tota oratio plura significat. Nō enim erit bene positū propriū. vt quoniā sentire multa significat, vnū quidē sensum habere, alterū aūt sensu vti, vt nō erit animalis propriū bene positum, quod natū est sentire. quapropter nō vtendum est, neq; nomine quod multipliciter dicitur, neq; oratione quæ plura significet, quia quod multipliciter dicitur obscurū facit quod dictū est, dubitāte eo qui debet argumentari, quodnā dicit eorum quę multipliciter dicūtur, nā proprium discēdi gratia assignat. Amplius autem ad hoc necessariū est redargutionē aliquā fieri, cum sic assignant proprium, quando in dissidente quispiā conficiet syllogismum, de eo quod multipliciter dicitur. Construēti autem, si non plura significat neq; nominum quippiam, neq; tota oratio. Erit enim secundum hoc bene positum proprium, vt quia neq; corpus plura significat, neq; mobilissimum in superiorem locum, neq; totum quod ex his compositū est, erit bene positum secundū hoc ignis propriū, corpus mobilissimum in superiorē locū. Deinde destruēti quidē, si multipliciter dicit illud cuius ꝓpriū assignatur, non determinatur autem cuius eorū ponatur proprium. Non enim bene erit assignatum proprium, ob quas autem causas non immani-

2. *à subiecti multiplicitate.*

immanifestū est ex ijs, quę prius dicta sunt. nā eadē accidere necessariū est. vt quia scire hoc plura significat (vnū enim scientiā habere hoc, alterū autē scientia vti hoc, aliud verò scientiā esse huius, aliud aūt scientia vti huius) nō erit eius quod est scire hoc, bene assignatū propriū vllū, nō determinato, cuius horū ponit propriū. Cōstruenti verò, si nō dicit multipliciter hoc cuius propriū ponit, sed est vnū, & simplex. Erit enim bene positū secundū hoc propriū. vt quia homo simpliciter dicitur, erit bene positum secundum hoc hominis proprium, animal mansuetum natura.

4 Deinde destruēti quidē, si frequēter dictū est idē in proprio (sæpe enim latēt hoc facientes & in proprijs, quēadmodum & in definitionibus) nō erit bene positū quod hoc sustinet, proprium. Cōturbat enim audientē, quod frequenter dicitur. Obscurū igitur necessarium est fieri, & præter id nugari videnť. Euenict autē frequēter idem dicere duobus modis. vno quidem, quando nominauerit frequenter idē. vt si quis proprium assignet ignis, corpus tenuissimū corporum. hic enim frequenter dixit corpus. secundo autē, si quis assumat orationes pro nominibus. vt si quis reddat terræ propriū, substantiā quæ maxime corporum secundum naturā fertur in inferiorē locum: deinde assumat ꝓ corporibus, huiusmodi substātias. vnum enim & idem est corpus, & huiusmodi substantia. erit ergo hoc modo substantia frequenter dicta. quare neutrū erit bene positum proprium. Cōstruenti vero, si nullo vtitur frequenter nomine eodē. Erit enim secundū hoc bene assignatū ꝓprium, vt quia qui dixit hominis propriū, animal scientiæ susceptiuum, nō vsus est frequenter eodem nomine: erit vtiq; secundum hoc bene assignatum hominis propriū. Deinde destruenti quidē, si tale aliquid assignauit in ꝓprio nomē, quod oībus insit. Inutile enim erit, quod nō separat ab aliquo, quod aūt in proprijs dicitur, separare oportet, quē admodū & quę in definitionib⁹, nō igitur erit bene positū propriū. vt quia qui posuit scientiæ proprium opinionē indissuasibilē à ratione vnum existens, tali aliquo vsus est in proprio (vno inq̄) quod omnibus ineſt, nō erit vtiq; bene positum scientię proprium. Astruenti autem si nullo vsus est communi, sed quod ab aliquo separat: nam erit bene positum secundum hoc proprium. Vt quia qui dixit animalis propriū animā habere, nullo vsus est cōmuni: erit secundū hoc bene positū propriū animalis, animā habere. Deinde destruenti quidem, si plura propria assignat eiusdem, nō determinās

1. *à frequēter dicto.*

2. *à cōmuni noīe*

3. *ab obliquis.*

quòd plura ponit. Non enim erit bene positum proprium, nã quẽ admodum nec in definitionibus oportet prẽter eã, quæ indicat substantiam, orationem, adiungere quippiã plusculum: sic nec in proprijs prẽter eã, quæ facit ꝓprium quod dictum est, orationẽ quicq̃ coassignãdum, inutile enim fit eiusmodi. vt quia q dixit proprium ignis, tenuissimum & leuissimum, plura assignauit propria (vtrũq; enim de solo igne verum est dicere) nõ erit bene positũ proprium ignis, corpus subtilissimum & leuissimum. Astruẽti verò, si nõ plura eiusdẽ propria assignauit, sed vnum, erit enim secundum hoc bene positum proprium. vt quia qui dixit humidi proprium, corpus quod in omnẽ figurã ducitur, vnum assignauit proprium & nõ plura: erit secundum hoc bene positum humidi proprium.

1. ab eodem subiecto uel parte. 5 Deinde destruenti quidẽ, si eodẽ vsus est cuius propriũ assignauit, aut eorum quæ sunt illius aliquo, nõ enim erit bene positum ꝓprium, nã discendi gratia assignat propriũ: idem autem eidẽ similiter ignotũ est: id autẽ quod aliquid eorũ est quæ sunt eius posterius: nõ igit est notius, quare non fit vt per hoc quisq̃ magis quippiã discat, vt quia qui dixit animalis proprium, substantiã cuius species est homo, aliquo vsus est eorũ quæ sunt animalis: nõ erit bene positum proprium. Cõstruenti autẽ, si neq; eodẽ, neq; eorum quę sunt ipsius aliquo vtitur, Erit enim bene secundum hoc positum proprium, vt quia q posuit animalis propriũ, ex anima & corpore cõpositum esse, neq; eodem neq; eorum quæ sunt ipsius aliquo vsus est: erit vtiq; bene secundũ hoc assignatum aĩalis proprium. Eodẽ autem modo & in alijs cõsiderandum est, quænã non faciunt, aut faciunt notius.

2. ab oppositis uel simul natura uel posteriore. Destruenti quidem, si aliquo vsus est aut opposito, aut omnino simul natura, aut posteriore aliquo. Non enim erit bene positũ ꝓprium, nã oppositum simul natura, quod autẽ simul natura & posterius non efficit notius. vt quia qui dixit boni propriũ, quod malo maxime opponitur, opposito est vsus boni, nõ erit profecto bene assignatum boni propriũ. Construenti autẽ, si nullo vsus est neq; opposito, neq; omnino simul natura, neq; posteriore. Erit enim secundum hoc bene assignatum proprium. vt quia qui posuit scientiæ propriũ opinionẽ maxime facientem fidẽ, nullo vsus est neq; opposito, neq; omnino simul natura, neq; posteriore, erit secundum hoc bene positum disciplinę proprium.

1. ab accidente. 6 Deinde destruenti quidem, si non quod semper sequitur proprium assignauit, sed id quod fit quandoq; non proprium. Non enim erit

erit bene pronunciatum proprium. nã neq; in quo deprehẽdimus ineſſe ipsum, de hoc & nomen ex necessitate verificat: neq; in quo deprehenditur non ineſſe, de hoc ex necessitate nõ dicetur nomen: quare non erit bene positum proprium. Amplius autem adhæc, neque quando quisq̃ assignauerit proprium, erit manifestum si ineſt, siquidẽ tale est, vt quod ipsum relinquere possit: nõ igitur erit clarum esse proprium. vt quia qui posuit animalis proprium moueri quandoq;, vel stare, tale assignauit proprium, quod fit quandoq; non proprium, nequaq̃ erit bene positum proprium. Astruenti verò, si quod ex necessitate semper est, propriũ assignauit. Erit enim bene positũ secundum hoc propriũ. vt quia qui posuit virtutis propriũ, quod habentem facit studiosum, quod semper sequitur, proprium assignauit, erit vtiq; secundum hoc bene assignatum virtutis proprium. Deinde destruenti quidẽ, si quod nunc propriũ est assignans, non determinauerit quòd nunc proprium assignat. Nõ enim erit bene positum propriũ, primum quidem quia quod præter consuetudinẽ fit omne, semper determinatione indiget, solẽt autẽ vt plurimũ omnes, quod semper sequitur proprium assignare. Secũdo aũt, quia immanifestus est qui nõ determinauerit, si quod nũc est propriũ voluerit ponere, nõ igitur danda est obiurgationis occasio. vt quia qui posuit alicuius hominis proprium sedere cum aliquo homine, quod nunc proprium est posuit, non bene propriũ assignabit, si nõ determinãs dixerit quòd nunc. Cõstruenti autem, si nunc proprium assignans determinando posuit, quòd nunc proprium posuerit. Erit enim bene positum secundum hoc proprium. vt quia qui dixit cuiusdam hominis proprium ambulare nunc alicubi, distinguẽs posuit, hoc bene erit positum proprium. Deinde destruẽti quidẽ si tale assignauit propriũ, quod manifestũ nõ est aliter ineſſe q̃ sensu. Non enim erit bene positũ propriũ, nã omne sensibile extra sensum factũ, immanifestum est. latẽs enim est si adhuc ineſt: eò q; sensu solum cognoscitur. erit autẽ verum hoc in ijs quæ nõ ex necessitate semper consequũtur. vt quia qui posuit solis proprium, astrum quod fertur super terrã lucidissimũ, tali vsus est in proprio, super terrã inq̃ ferri, quod sensu cognoscitur: nõ vtiq; erit bene solis assignatũ ꝓpriũ: immanifestũ enim erit cum occidet sol, si adhuc feratur super terrã, eò quòd nos tunc deseruimus sensum. Construẽti verò, si tale assignauit ꝓpriũ, quod nõ sensu est manifestũ: aut cũ sit sensibile, ex necessitate ineſſe manifestũ est. Erit enim

2. ab ipso nomine.

3. à sensibili.

ſecundū hoc bene poſitum propriū, vt qa q poſuit ſuperficiei ꝓpri-
um quod primū coloratū eſt, ſenſibili quidē aliquo vſus eſt (colora
tum eſſe inq̄) tali quidē quod manifeſtum eſt ineſſe ſemper: erit ſe-
cundum hoc bene aſſignatum ſuperficiei proprium.

1. à termino. 7 Deinde deſtruēti quidem, ſi definitionem vt proprium aſſigna-
uit. nō enim erit bene poſitum proprium. nā non oportet indicare
quod quid eſt eſſe, propriū, vt quia qui dixit hoīs propriū animal
greſſibile bipes, quod quid eſt eſſe ſignificās aſſignauit hominis ꝓ
prium, nō vtiq; erit hoc hoīs propriū bene aſſignatum. Cōſtruenti
autē, ſi quod conuerſim quidē prædicatur aſſignauit proprium, nō
autem quod quid eſt eſſe indicās. Erit enim ſecundū hoc bene aſſi-
gnatum proprium, vt quia qui poſuit hominis proprium, animal
māſuetum natura, quod conuerſim quidem prædicatur aſſignauit
proprium, nō quod quid eſſe quidē indicās, erit ſecundum hoc be-
2. à genere. ne aſſignatum proprium hominis. Deinde deſtruenti quidē ſi nō
quippiā in quid eſt, ponens, aſſignauit proprium. Oportet enim in
proprijs quēadmodum in definitionibus, primū aſſignari genus:
deinde ſic iam addere reliqua, & ſeparare. quare quod nō hoc mo-
do poſitum eſt proprium animā habere, nō poſuit quicq̄ in quo, vt
in quid eſt animal, nō erit bene poſitum animalis propriū. Cōſtru-
enti verò, ſi quis quippiā quod in quid eſt ponens, eius cuius pro-
prium aſſignauit, reliqua adiungit. Erit enim ſecundum hoc be-
ne aſſignatū proprium. vt quia qui poſuit hominis proprium ani-
mal ſciētiæ ſuſceptibile, quippiā quod in quid eſt ponēs, aſſignauit
proprium, erit ſecundum hoc bene poſitum proprium hoīs. Vtrū
igitur bene, an nō bene aſſignetur propriū, per hæc inſpiciendum.

Tertium caput, De Proprio loci alij.

VTrum verò proprium eſt omnino quod dictum eſt, an nō pro
prium, ex his cōſiderādum. Nā ſimpliciter cōſtruentes propri
um q̄ bene poſitum eſt, loci ijdē erunt ijs qui propriū omnino faci
1. à conuerſione unt, in illis igitur dicētur. Primum ergo deſtruenti quidē inſpiciē
dū ad vnūquodq; cor cuius ꝓpriū aſſignauit. Vt ſi nulli ineſt aut
ſi nō ſecundū hoc quidē verificatur, aut ſi nō eſt proprium cuiuſq;
eorum ſecundum illud cuius proprium aſſignauit, nō enim erit ꝓ-
priū, quod poſitum eſt eſſe proprium. vt quia de geometra nō ve-
rificatur, indeceptibilē eſſe ab oratione (nā decipit geometer cum
pſeudographiam facit) non erit hoc ſcientis proprium, non decipi
ab oratione. Conſtruenti autem, ſi de omni verificat & ſecundum
hoc ve

hoc verificat. Erit enim proprium, quod poſitum eſt eſſe propriū.
vt quia animal ſcientiæ ſuſceptiuum de omni homine verificat & ꝙ
quā homo, erit hominis propriū animal ſcientiæ ſuſceptiuū. Eſt au
tem locus hic deſtruenti quidem, ſi nō de quo nomen & oratio ve-
rificatur: & ſi non de quo oratio, & nomen verificatur. Conſtruēti
autem, ſi de quo nomen, & oratio: & ſi de quo oratio, & nomē præ-
dicatur. Deinde deſtruēti quidē, ſi nō de quo oratio & nomē verifi
catur: & ſi nō de quo nomen & oratio verificat. Nō enim erit ꝓpri
um, quod poſitū eſt eſſe ꝓpriū. vt quia animal quidē ſcientiæ ſuſce
ptiuū verificatur de deo, homo aūt nō prædicatur: non erit homi-
nis proprium animal ſcientiæ ſuſceptiuū. Conſtruenti autem, ſi de
quo oratio & nomen prædicatur: & ſi de quo nomen & oratio præ-
dicatur. Erit enim proprium, quod poſitū eſt eſſe propriū. vt quia
de quo animā habere, verificatur animal: & de quo animal, animā
habere: erit animam habere animalis proprium.

9 Deinde deſtruenti quidem, ſi ſubiectū, propriū aſſignauit eius, 1. à ſubiectō.
quod in ſubiecto eſſe dicitur. Nō enim erit proprium quod poſitū
eſt eſſe proprium. vt quia qui poſuit propriū ſubtiliſſimi corporis,
ignem, ſubiectum aſſignauit prædicati propriū. non erit ignis cor-
poris ſubtiliſſimi proprium. propter hoc autē non erit ſubiectum,
eius quod in ſubiecto eſſe dicit propriū, eò q̄ idem eſſet pluriū &
differētium ſpecie propriū. nā eidem plura quędā diſcrepātia ſpe-
cie inſunt, de ſolo dicta: quorū erit omnium proprium quod ſubie-
ctum eſt, ſi quis hunc in modum ponet proprium. Conſtruenti ve-
rò, ſi quod in ſubiecto eſt, aſſignauit propriū ſubiecti. Erit enim ꝓ-
prium quod poſitum eſt non eſſe proprium, ſiquidē de ſolo prędica
tur (vt dictum eſt) propriū. vt quia qui dixit terræ propriū corpus
grauiſſimum ſpecie, ſubiecti aſſignauit propriū, quod de ſola dicit
re, & vt proprium prędicatur: erit terræ propriū recte poſitū. De 2. à ptĩcipatiōe.
inde deſtruenti quidē, ſi ſecundum participationem aſſignauit pro
priū. Non enim erit propriū quod poſitum eſt eſſe proprium. nam
quod ſecundū participationē ineſt, ad quod quid eſt eſſe conducit,
erit autē huiuſmodi differentia quædā de aliqua ſpecie dicta, vt ꝙ
qui dixit hominis proprium greſſibile bipes, ſecundū participatio
nem aſſignauit proprium, non erit vtique propriū hominis greſſi-
bile bipes. Conſtruenti autē, ſi non ſecundum participationem aſſi
gnauit proprium, nec quod quid eſt eſſe indicans, conuerſim prędi
cata re. Erit enim proprium quod poſitum eſt non eſſe proprium.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

vt quia qui posuit animalis proprium, quod natum est sentire, neq; secundum participationē assignauit proprium, neq; quod quid esse indicans, conuersim re prædicata: erit vtiq; quod sentire natum est, animalis proprium.

1. à tempore.

10 Deinde destruenti quidē, si nō cōtingit simul inesse propriū, sed vel posterius, vel prius q̄ idipsum nomē. Nō enim erit propriū qđ positum est esse proprium, aut nunq̄ aut nō semper. vt quoniā contingit alicui prius fore, & posterius ambulare per forū, q̄ quod homo, nō erit ambulare per forum hominis proprium, aut nunq̄ aut nō semper. Construenti autē, si simul ex necessitāte semper inest, cū neq; definitio, neq; differentia sit. Erit enim propriū quod positum est nō esse proprium, vt quia animal scientiæ susceptiuū, simul ex necessitate semper est & id quod est homo, cum neq; differentia sit, nec definitio, erit aīal scientię susceptiuū hominis propriū. Deinde destruēti quidē si eorundē, quà eadē sunt, nō est idem propriū. Nō enim erit proprium, quod positum est esse propriū, vt quia non est proprium prosequendi, apparere quibusdā bonum, neq; eligēdi fuerit vtiq; propriū apparere quibusdā bonum, idem enim est prosequendū & eligendū. Construēti, si eiusdem quatenus idē est, itē propriū. Erit enim proprium, quod positum est non esse proprium. Vt quoniam hominis, quà homo est, dicitur propriū, tripartitā animā habere: & terrigenæ, quatenus terrigena est, erit propriū tripartitā animā habere. Vtilis aūt locus hic & in accidēte, nā ijsdem, in eo q̄ eadē sunt, eadem oportet inesse vel nō inesse. Deinde destruēti q̄dē, si eoꝝ quæ sunt eadem specie, nō idem semper specie proprium est. Neq; enim eius quod dictum est erit proprium, quod positum est esse proprium, vt quia idem est specie homo & equus, non semper autem equi est proprium, stare à se: nec hominis erit proprium semper, moueri à se. Idem enim est specie, moueri, & stare à se, quatenus vtriq; eorum vt animal est, accidit. Construenti verò, si eorum quę sunt eadem specie, idē semper specie sit propriū. Erit enim proprium, quod positū est nō esse proprium, vt quia hominis est proprium, esse gressibile bipes: & auis erit propriū, esse volatile bipes. vtrunq; enim horum est idem specie, quatenus illa quidem sub eodem sunt genere species, cum sint sub animali: hęc autē vt generis, differentiæ animalis. Hic autem locus falsus est, quando alterum quidem eorū quæ dicuntur vni alicui soli inest speciei, alterū verò inest pluribus, quemadmodū gressibile quadrupes. Quoniā autē idem

2. ab eisdem numero.

3. à specie subalterna.

idē & diuersum multipliciter dicit', labor est sophistice assumenti vnius assignare & solius alicuius propriū. nā qđ inest alicui cui accidit aliquid, & accidenti inerit, sumpto cū eo cui accidit, vt quod inest homini, & albo homini inerit, si fuerit albus homo: & quod albo homini inest, inerit & homini. Calumniabitur autē aliquis multa propriorū, q̄ subiectum aliud quidē secundum se faciens aliud aūt cum accidente: vt aliud quidem hominem esse dicens, aliud uerò album hominē. Amplius autē diuersum faciens habitū, & qđ secundum habitum dicitur, nā quod habitui inest, & ei quod secundum habitū dicitur inerit. & quod ei quod secundum habitum dicitur inest, & habitui inerit, vt quoniā sciens secundum scientiā dicitur affici, nō inerit scientiæ proprium, indissuasibile à ratione, nā & sciens indissuasibilis erit à ratione. Cōstruenti autē dicendū quoniā nō est diuersum simpliciter id cui accidit, & accidēs cum eo cui accidit sumptū: sed aliud dicit', eò q̄ diuersum sit ipsis esse, nō enim idē est homini esse, quòd sit homo: & albo homini esse, quòd sit albus homo. Præterea autem considerandum est ad casus dicenti quòd neq; sciens est indissuasibile à ratione, sed indissuasibilis à ratione: neq; scientia indissuasibile à ratione, sed indissuasibilis à ratione, nā ei qui omnino instat, omnino est aduersandum.

11. Deinde destruenti quidē, si qucd natura inest volens assignare, hoc modo ponit secundū locutionē, vt qđ semper inest assignet. Videbitur enim moueri posse quod positū est propriū esse, vt quia q̄ dixit hoīs propriū bipes, vult quidē quod natura inest assignare, si gnificat autē locutione quod semper inest nō erit hoīs propriū bipes, nō enim omnis homo est duos pedes habens. Cōstruenti autē, si vult quod natura inest propriū assignare, & locutione hoc modo significat. Non enim mouebit' secundū hoc proprium, vt quia qui hoīs propriū assignauit aīal scientiæ susceptiuū, & vult & dictione significat quòd natura inest propriū, nō mouebitur secundum hoc quòd nō sit proprium hominis, animal scientiæ susceptiuum. Amplius quæcunq; dicuntur vt secundum aliud aliquod primum, aut vt primum ipsum, labor est assignare taliū proprium. Nam si eius quod est secundum aliud aliquid proprium assignauit, & de primo verificabitur, si autē primi posuerit, & de eo quod est secundum aliud prædicabitur, vt si quis assignet superficiei proprium coloratum esse, & de corpore verificatur coloratum esse: si autem corporis, & de superficie prædicabit', quare non de quo oratio, & nomen verifi-

1. ab eo quod natura inest.

2. ab alterò subiecto.

3. ab indeterminatione ꝓprij. verificabitur. Accidit autē in quibuſdā proprijs q̄plurimum fieri aliquod peccatum, propterea q̄ nō determinetur quomodo & quorum ponit quis propriū. omnes enim conantur aſſignare propriū, aut quod natura ineſt, vt hominis bipes: aut quod nūc ineſt, vt hominis alicuius quatuor digitos habere: aut ſpecie, vt ignis ſubtiliſſimū: aut ſimpliciter, vt animalis viuere: aut ſecundū aliud, vt animæ prudens: aut vt primū, quēadmodum rationalis prudēs: aut vt in eo quod habet, vt ſcientis indiſſuaſibile à ratione (nihil enim aliud q̄ habendo aliquid erit indiſſuaſibile à ratione) aut in eo quod habeatur, vt ſciētiæ indiſſuaſibile à ratione: aut in eo qđ participatur, vt animalis ſentire (ſentit enim & aliud quid, vt homo: ſed participans iā hoc, ſentit) aut in eo quod participat, vt alicuius animalis viuere. Qui nō addit igitur natura, peccat: eò q̄ cōtingit quod natura ineſt, nō eſſe illi cui natura ineſt. vt homini duos pedes habere. Qui verò nō determinat aſſignaſſe quod ineſt, q̄ nō erit tale vt nunc ineſt illi. vt quatuor digitos habere hominē. Non indicās quoq; quod vt primum aut vt ſecundum aliud ponit, quod non de quo oratio, & nomen verificatur. vt coloratū eſſe, ſiue ſuperficiei ſiue corporis aſſignauerit propriū. Nō prędicens etiā quòd aut in eo quod eſt habere, aut in eo quod haberi, propriū aſſignauit, ideo nō erit proprium quod aſſignatum eſt. nā inerit ſi in eo quod habetur aſſignauit proprium, etiā habenti: ſi autem habēti, & ei quod habetur. vt indiſſuaſibile à ratione, ſcientiæ vel ſcientis poſitum ꝓpriū. Non pręſignificās etiā in eo quod participat vel participatur, eò q̄ & alijs quibuſdā inerit proprium. ſi enim in eo quidem quod participatur, aſſignauit, participantibus inerit: ſi verò in eo quod participat, ijs quæ participātur. vt ſi alicuius aīalis vel animalis poſuerit viuere proprium. Non diuidēs etiā ſpecie quòd vni ſoli inerit eorū quæ ſub eo ſunt cuius proprium ponit. nā quod eſt ſecundum ſuperabundantiam, vni ſoli ineſt. vt ignis leuiſſimum. Aliquoties autem & ſpecie addens peccat, vnā oportebit vnā ſpeciem eſſe eorum quæ dicuntur, quando ſpecie addiderit, hoc autem in quibuſdā non accidit, vt nec in igne. non enim eſt vna ſpecies ignis. nā diuerſum eſt carbo & flamma & lux ſpecie: cū vnumquodq; horum ſit ignis. Propter hoc aūt non oportet quando ſpecie additur, diuerſam eſſe ſpeciē eius quod dicitur. quoniā his quidem magis, illis autem minus inerit quod dictum eſt propriū. vt in igne ſubtiliſſimū. ſubtilior enim eſt lux, carbone & flāma. Hoc autē nō oportet fieri, quando

quando nō & nomen magis prędicatur, de quo oratio magis verificatur. Si aūt non, nō erit de quo oratio magis, & nomē magis. Amplius autē ad hæc idem eſſe accidit propriū eius quod ſimpliciter, & eius quod maxime in ſimpliciter tali. vt in igne ſe habet ſubtiliſſimum. nā & ſimpliciter & ignis, & lucis erit hoc ipſum propriū. ſubtiliſſima enim eſt lux. cum igit̄ alius ſic aſſignet propriū, argumentandum. ſibi autē non danda hæc inſtātia, ſed ſtatim cum ponit proprium, determinandū eſt, quomodo ponit proprium.

Quartum caput. Alij de proprio loci

1. ab eiſdem inuēro. DEinde deſtruenti quidem, ſi idē ciuſdē ꝓprium poſuit. Non enim erit proprium, quod poſitū eſt eſſe propriū. nā idem cidē omne, quid eſt eſſe indicat, quod autē eſſe indicat, nō propriū, ſed definitio eſt. vt quia qui dixit honeſti propriū decens eſſe, idē ciuſdē proprium aſſignauit (idē enim eſt honeſtum & decens) nō vtiq; erit decens honeſti propriū. Cōſtruenti autem, ſi nō idem ciuſdē ꝓprium aſſignauit, cum conuerſim prædicatū poſuit. Nā erit proprium quod poſitū eſt nō eſſe propriū. vt quia q̄ poſuit animalis proprium id quod ſubſtantia animata, non idem quidē ciuſdē propriū poſuit, & conuerſim prædicatum aſſignauit, erit animalis propriū ſubſtātia animata. Deinde etiā in ijs quæ ſimilium partiū ſunt cō ſiderādum eſt: deſtruenti quidē, ſi quod totius eſt proprium, nō verificatur de parte: aut quod partis, non dicitur de toto. Nō enim erit propriū qđ poſitum eſt eſſe propriū. accidit autem in aliquibus hoc fieri. aſſignabit enim aliquis in ijs quę ſimilium partiū ſunt ꝓprium, aliquoties quidē in toto reſpiciēs, aliquoties autē in eo quod ſecundū partem dicitur, ipſe ſeipſum intelligēs: at erit neutrū recte aſſignatum. Vt in toto quidē: quia qui dixit maris propriū, plurima aqua ſalſa, alicuius ſimiliū partium poſuit proprium, & tale aſſignauit qđ nō verificat̄ de parte (nō enim erit quiddā maris plurima aqua ſalſa) nō vtiq; erit maris propriū, plurima aqua ſalſa. In parte aūt: vt quia qui poſuit aeris proprium, reſpirabile, ſimilium quidē partium alicuius dixit ꝓprium, tale autē aſſignauit qđ de aliquo aere verum eſt, de toto autē nō dicit̄ (non enim erit vniuerſus aer reſpirabilis) nō erit vtiq; aeris ꝓprium reſpirabile. Aſtruēti aūt, ſi verificat̄ de vnaquaq; ſimilium partium qđ eſt propriū ea⁊ ſecundum totū. Erit enim ꝓprium, quod poſitum eſt nō eſſe proprium. vt quia verificat̄ de omni terra deorſum ferri ſecundum naturā, eſt autem & hoc proprium alicuius terræ ſecundum totum (nā

2. à ſimilaribus partibus. ſecundum

ſecundum terram & id quod eſt terram eſſe) erit terræ proprium, deorſum ferri ſecundum naturam.

1. à contrarijs.

13 Deinde ex oppoſitis cõſiderandũ eſt, primùm quidẽ ex cõtrarijs: deſtruenti quidẽ, ſi contrarij non eſt contrariũ propriũ. Neq; enim contrarij erit contrarium proprium. vt quia contrariũ eſt iuſtitiæ quidem iniuſtitia, optimo autẽ peſſimũ, non eſt autem iuſtitiæ proprium optimum: non erit iniuſtitiæ propriũ peſſimũ. Conſtruenti autem, ſi contrarij contrarium proprium eſt, nam & contrarij contrarium proprium erit. Vt quia contrariũ eſt bono quidem malũ, eligendo autem fugiendũ: eſt autem boni propriũ eligendum, erit mali ꝓprium fugiẽdũ. Secundum autẽ, ex ijs quæ ad aliquid ſunt: deſtruenti quidẽ, ſi hoc quod ad aliqd eſt, cius quod eſt ad aliqd nõ eſt propriũ. Neq; enim hoc quod ad aliquid eſt, eius qđ ad aliquid eſt, erit ꝓpriũ. vt quia dicitur duplum quidẽ ad dimidiũ, ſuperans autem ad ſuperatum: nõ eſt autem dupli proprium ſuperãs, nõ erit dimidij proprium ſuperatũ. Conſtruenti autem, ſi eius quod eſt ad aliquid, hoc quod ad aliquid eſt propriũ. nã & eius quod eſt adaliquid, id quod eſt adaliquid erit propriũ. Vt quia dicitur duplũ quidem ad dimidiũ id eſſe quod duo ad vnũ: eſt autẽ dupli proprium vt duo ad vnũ, erit dimidij ꝓprium, vt vnũ ad duo. Tertiũ aũt, deſtruenti quidẽ, ſi habitus, id quod ſecundum habitũ dicitur non eſt proprium, neq; profecto priuationis, id quod ſecundũ priuationẽ dicitur, erit proprium: & ſi priuationis, id quod ſecundũ priuationem dicitur non eſt ꝓprium, neq; habitus, id quod ſecũdum habitum dicitur, erit proprium. Vt quia non dicitur ſurditatis propriũ inſenſibilitatẽ eſſe (nã & aliꝭ cõmune) neq; auditus erit ꝓpriũ ſenſum eſſe. Cõſtruenti verò, ſi quod ſecundum habitũ dicitur, eſt habitus propriũ, & priuationis, id quod ſecundũ priuationẽ dicit̃, erit propriũ: & ſi priuationis, id quod ſecundũ priuationẽ dicitur, eſt ꝓprium, & habitus quod ſecundũ habitũ dicitur erit proprium. Vt quia viſus eſt proprium, videre ſecundum quod habemus viſum: erit cęcitatis proprium non videre ſecundum quod non habemus viſum, nati habere. Deinde ex affirmationibus & negationibus, primum quidem ex ipſis quæ prædicãtur. Eſt autem locus hic vtilis deſtruenti tantùm. vt ſi affirmatio vel quod ſecundum affirmationem dicitur, eius eſt proprium: non erit profecto eius negatio, neq; quod ſecundum negationẽ dicitur, proprium. ſi autem ſit negatio, aut quod ſecundum negationem dicitur, proprium eiuſdem non

2. à relatiue oppoſitis.

3. ab habitu & priuatione.

Quartus ab oppoſitus ſecundũ affirmationẽ & negationem.

non erit affirmatio, neq; quod ſecundũ affirmationem dicitur, proprium. vt quia propriũ animalis eſt animatũ, nõ erit animalis proprium nõ animatum. Secundũ autem ex prædicatis vel etiã non prædicatis, & de quibus prædicatur vel nõ prædicat̃: deſtruenti qđem ſi affirmationis affirmatio nõ eſt proprium, neq; negationis negationis erit propriũ. & ſi negatio negationis nõ eſt propriũ, neq; affirmationis affirmatio erit propriũ. vt quia nõ eſt propriũ hoĩs animal, neq; nõ hominis, nõ animal: ſi autem non hominis nõ videt̃ propriũ nõ animal, neq; hominis erit proprium animal. Cõſtruenti autem, ſi affirmationis affirmatio eſt propriũ, & negatio negationis erit propriũ: ſi autẽ negationis negatio eſt ꝓpriũ, & affirmatio affirmationis erit propriũ. vt quia nõ animalis eſt proprium nõ viuere, erit animalis proprium viuere: & ſi aĩalis proprium videtur viuere, & nõ animalis proprium videbitur nõ viuere. Tertium autem ex ipſis ſubiectis: deſtruenti quidẽ, ſi quod aſſignatum eſt ꝓprium, affirmationis eſt proprium, nõ erit idem & negationis proprium: ſi autẽ negationis eſt propriũ quod aſſignatum eſt, non erit affirmationis proprium. vt quia animalis propriũ eſt animatũ, nõ aĩalis nõ erit propriũ animatum. Cõſtruenti verò, ſi aſſignatũ proprium nõ eſt affirmationis proprium, erit negationis. At hic locus falſus eſt. nã affirmatio negationis, & negatio affirmationis nõ eſt proprium, quandoquidẽ affirmatio negationi omnino nõ ineſt: negatio autem affirmationi ineſt quidem, at non vt proprium ineſt.

1. ab ijs quæ ſunt eiuſdẽ diuiſionis

14 Deinde ex ijs quę ex oppoſito diuiduntur: deſtruenti quidem, ſi eoꝝ quæ ex oppoſito diuidunt̃, nullum vllius reliquoꝝ ex oppoſito diuiſoꝝ eſt proprium. Neq; enim quod poſitum eſt, erit propriũ eius, cuius poſitũ eſt ꝓpriũ. vt quia animal ſenſibile nullius alioꝝ mortaliũ animalium eſt proprium, nõ erit animal intelligibile dei proprium. Cõſtruenti autẽ, ſi cæteroꝝ quæ ex oppoſito diuiduntur quoduis eſt ſumptum propriũ, talium cuiuſq; eoꝝ quæ ex oppoſito diuiduntur exiſtente proprio aliquo contradiuiſoꝝ, & reliquum erit reliqui proprium, cuius poſitum eſt nõ eſſe propriũ. vt quia prudentiæ eſt proprium, per ſe natum eſſe rationalis virtutem eſſe, & aliaꝝ virtutum: ſic vniuscuiuſq; ſumptæ, erit temperãtiæ propriũ, per ſe natum eſſe concupiſcibilis virtutem eſſe. Deinde ex caſibus: deſtruenti quidẽ, ſi caſus non eſt caſus proprium. Neque enim caſus erit propriũ caſus. vt quia nõ eſt eius quod eſt iuſte propriũ, id quod bene: neq; iuſti proprium erit bonum. Conſtruenti autẽ, ſi

2. à caſibus & coniugatis.

casus est proprium casus. Nã & casus erit casus propriũ, vt quia hominis est propriũ gressibile bipes, & homini erit propriũ gressibili bipedi dici. Nõ solum autẽ in eo quod dictum est secundum casus est considerãdum, sed & in oppositis. quẽadmodum & in prioribus locis dictum est. destruenti quidem, si oppositi casus, nõ est propriũ oppositi casus. Neq; enim oppositi casus erit proprium oppositi casus, vt quia nõ est eius quod est iuste propriũ quod bene, neq; iniuste erit propriũ quod male. Cõstruenti verò, si oppositi casus est propriũ oppositi casus. Nã & oppositi casus, erit proprium oppositi casus. vt quia boni est proprium optimum, & mali erit propriũ pessimũ. Deinde ex ijs quę similiter se habẽt: destruẽti quidẽ, si quod similiter se habet, eius quod similiter se habet, nõ est propriũ. Neq; enim quod similiter se habet, eius quod similiter se habet erit propriũ. vt quia similiter se habet ad extruẽdum ædificium ędificator, & medicus ad efficiendã sanitatẽ: nõ est autem proprium medici efficere sanitatem, neq; ædificatoris erit proprium, extruere ędificiũ. Construenti autẽ, si quod similiter se habet, erit proprium eius qđ similiter se habet. Nam & quod similiter se habet, eius quod similiter se habet erit proprium. vt quoniã similiter se habet medicus ad id quod est esse effectiuũ sanitatis, & ludimagister ad id qđ est esse effectiuum bonæ habitudinis: est autẽ proprium magistri ludi, esse effectiuum bonæ habitudinis, erit proprium & medici, effectiuum esse sanitatis. Deinde ex ijs quæ eodẽ modo se habent, destruẽti quidẽ, si quod eodẽ modo se habet, eius quod eodẽ modo se habet non est propriũ. Neq; enim quod eodẽ modo se habet, eius quod eodẽ modo se habet, erit propriũ. Si aũt eius quod eodẽ modo se habet, id quod eodẽ modo se habet est propriũ, eius nõ erit propriũ, cuius positũ est esse propriũ. Vt quia eodẽ modo se habet prudẽtia ad honestũ & turpe, eò q; sciẽtia vtriusq; eor; est, nõ est autem prudentię propriũ scientiã esse honesti, nõ vtiq; erit proprium prudẽtię scientiã esse turpis. si verò est proprium prudentię scientiã esse honesti, nõ erit propriũ eiusdẽ sciẽtiam esse turpis. impossibile est enim idẽ pluribus esse proprium. Construenti verò nihil locus iste vtilis, nam quod eodem modo se habet, vnum ad plura comparatur.

3. *à duorum proportione.*

4. *ab ijs quæ eo dẽ modo se habent.*

Deinde destruenti quidem, si quod secundũ esse dicitur, nõ est eius qđ secundũ esse dicitur ꝓpriũ. Nã neq; corrũpi eius quod est secundũ corrumpi, neq; generari eius quod secundũ generari dicit, erit propriũ, vt quia nõ est hominis propriũ esse animal, neq; eius quod

5. *à causis uel a generatione & corruptione.*

quod est hominẽ generari, erit propriũ generari aĩal, neq; eius qđ est hoĩem corrumpi, erit propriũ corrũpi animal. Eodẽ aũt modo accipiendũ est & ex generari ad esse & corrũpi, & ex corrumpi ad esse & generari, quemadmodũ dictũ est nũc ex esse ad generari & corrũpi. Cõstruẽti aũt, si eius quod est secundũ esse ordinatũ est, est aũt secundũ ipsum ordinatum proprium. nã & eius quod secundũ generari dicitur, erit hoc quod secundum generari dicit' propriũ: & eius quod est secundum corrumpi, hoc quod secundũ corrumpi est assignatum. vt quia hominis est propriũ esse mortalem, & eius quod est generari hoĩem, erit propriũ generari mortalẽ: & eius qđ est corrũpi hominẽ, corrũpi mortalẽ. Eodẽ modo accipiendũ est & ex generari & corrũpi: & ad esse, & ad ipsa ex ipsis fieri, quẽadmodũ & in destruenti dictũ est. Deinde inspiciendum ad ideã suppositi: destruenti quidẽ, si ideæ non inest, aut si nõ secundum hoc secũdum quod dicit' hoc, cuius est proprium assignatum. Non enim erit proprium quod positũ est esse proprium. vt quoniã ipsi homini nõ inest quiescere, vt homo est, sed vt idea: nõ erit hominis propriũ quiescere. Cõstruenti aũt, si ideæ inest, & secundum hoc inest, vt dicit' de illo ipso, cuius positũ est nõ esse propriũ. Erit enim propriũ quod positum est nõ esse proprium. vt quoniã inest ipsi animali, ex anima & corpore cõpositum esse, & vt animal est, ipsi inest id: erit proprium animalis, ex corpore & anima compositum esse.

Quintum caput, de eodem loci alij.

DEinde ex magis & minus. Primũ quidem destruenti, si quod magis est, eius quod magis, nõ est propriũ. Neq; enim quod minus est, eius quod minus erit propriũ, neq; qđ minime eius qđ minime, neq; quod maxime eius qđ maxime, neq; qđ simpliciter eius quod simpliciter. vt quia nõ est magis colorari magis corporis propriũ, neq; minus colorari minus corporis propriũ erit, neq; colorari corporis oĩo. Cõstruenti aũt, si quod magis est eius quod magis est, est propriũ. Nã quod minus est, eius quod minus est erit ꝓpriũ, & quod minime eius quod minime, & quod maxime eius qđ maxime, & quod simpliciter eius quod simpliciter. vt quia magis viuentis magis sentire est propriũ, & minus. viuẽtis minus sentire erit proriũ, & eius qđ maxime id qđ maxime, & eius quod minime id quod minime, & eius quod simpliciter id quoq; qđ simpliciter. Et ex eo autem quod simpliciter, ad eadẽ cõsiderandũ est, destruẽti quidẽ, si quod simpliciter eius quod simpliciter non est proprium.

1. *à proportione maioris & minoris.*

Neq; enim quod magis eſt eius quod magis, neq; quod minus eius qđ minus, neq; quod maxime eius qđ maxime, neq; qđ minime eius quod minime erit propriũ, vt quia nõ eſt hominis propriũ ſtudioſum, neq; magis hoĩs magis ſtudioſum erit propriũ. Cõſtruenti aũt, ſi quod ſimpliciter eſt, eius quod ſimpliciter eſt propriũ, nã & hoc quod magis eius quod magis, & quod minus eius quod minꝰ, & quod minime eius quod minime, & quod maxime eiꝰ quod maxime erit propriũ, vt quia eſt ignis propriũ, ſurſum ferri ſecundum naturã: & huius magis ignis erit magis propriũ, ſurſum ferri ſecũdũ naturã, eodẽ aũt modo conſiderandũ eſt & ex alijs ad omnia eadẽ. Secundũ autẽ deſtruenti quidẽ, ſi quod magis eſt, nõ eſt eius quod magis eſt propriũ. Neq; enim quod minus eſt, eius quod minus, erit propriũ, vt quoniã magis eſt propriũ animalis ſentire, q̃ hominis ſcire: nõ eſt autẽ animalis propriũ ſentire: nõ erit hominis propriũ ſcire. Conſtruẽti autẽ, ſi quod minus eius quod minus eſt propriũ. Nã & quod magis eius quod magis erit propriũ, vt quia minus eſt proprium hominis manſuetũ natura, q̃ animalis viuere: eſt autẽ hominis propriũ manſuetũ natura: erit propriũ animalis viuere. Tertium verò: deſtruenti quidẽ, ſi cuius magis eſt proprium, nõ eſt propriũ. Neq; n. cuius eſt minus propriũ, erit eius ꝓprium: ſi autẽ illius eſt proprium, nõ erit huius proprium, vt quia colorari magis ſuperficiei q̃ corporis eſt proprium, nõ eſt autẽ ſuperficiei proprium, nõ erit corporis propriũ colorari: ſi verò eſt ſuperficiei propriũ, non erit corporis proprium. Cõſtruenti autẽ, hic locus nõ eſt vtilis, nã impoſſibile eſt idẽ pluriũ propriũ eſſe. Quartum deſtruẽti quidẽ, ſi quod magis eſt eius proprium, nõ eſt ꝓpriũ, neq; profectò quod minus eſt eius proprium, erit proprium. Vt qa magis eſt propriũ animalis ſenſibile q̃ partibile: nõ eſt autẽ animalis ſenſibile proprium: quare non erit animalis partibile propriũ. Conſtruenti autẽ, ſi quod minus eſt eius proprium, eſt proprium. Nã & quod magis eſt eius proprium, erit proprium. vt quoniã minus eſt proprium animalis ſentire q̃ viuere, eſt autem animalis ꝓprium ſentire: erit animalis proprium viuere.

1. à paribus & ſimiliter inexiſtentibus.

17 Deinde ex his quæ ſimiliter inſunt: primum quidẽ deſtruenti, ſi quod ſimiliter eſt proprium, nõ eſt propriũ eius cuius ſimiliter eſt propriũ. Neq; enim quod ſimiliter eſt proprium, erit propriũ eius cuius ſimiliter eſt propriũ. vt quia ſimiliter eſt proprium cõcupiſcibilis cõcupiſcere, & rationalis ratiocinari: nõ eſt autem proprium concupiſcibilis cõcupiſcere, nõ erit rationalis proprium ratiocinari. Cõſtruenti verò, ſi quod ſimiliter eſt proprium, eius eſt propriũ, cuius eſt ſimiliter propriũ. Nã & quod ſimiliter eſt propriũ, erit eius propriũ cuius ſimiliter eſt propriũ. vt quia ſimiliter eſt rationalis proprium primum prudẽs, & cõcupiſcibilis primum tẽperãs: eſt autẽ rationalis primum prudens, erit igitẽ cõcupiſcibilis ꝓpriũ primũ temperãs. Secundũ aũt deſtruẽti quidẽ, ſi quod ſimiliter eſt ꝓpriũm, nõ eſt propriũ eius. Nã neq; quod ſimiliter eſt propriũ, erit ꝓpriũ eius, vt quia ſimiliter eſt ꝓpriũ hoĩs videre & audire, at nõ eſt hoĩs propriũ videre, non vtiq; erit hominis proprium audire. Conſtruenti verò ſi quod ſimiliter eſt eius proprium, eſt proprium. Nã quod ſimiliter eſt eius proprium, proprium erit. vt quia ſimiliter eſt proprium animæ, aliquid partium eius primo eſſe concupiſcibile, & rationale primo: eſt autem proprium animæ, quid partium eius eſſe cõcupiſcibile primo, erit vtiq; propriũ animæ quippiã partium eius eſſe rationale primo.

2. ab æqualiter inexiſtẽtibus eidem tertio.

3. ab eo qđ pluribus ſimiliter ineſt.

Tertium verò deſtruenti quidẽ, ſi cuius ſimiliter eſt proprium, nõ eſt proprium. Neq; enim cuius ſimiliter eſt proprium, erit proprium: ſi autẽ illius eſt proprium, nõ erit alterius proprium, vt quia vrere ſimiliter eſt proprium flãmę, & carbonis: non eſt autem flammæ proprium vrere, non erit carbonis proprium vrere: ſi autẽ eſt flammæ proprium, nõ erit carbonis proprium. Conſtruenti autem hic locus nõ eſt vtilis, differt autẽ quod eſt ex ſimiliter ſe habẽtibus, ab eo quod ex ijs eſt quæ ſimiliter inſunt: quoniam illud quidem ſecundum proportionem ſumitur non in eo quod ineſt aliquid contemplatum, hoc autem ex eo quod ineſt, alicui comparatur.

1. à potentia.

18 Deinde deſtruenti quidẽ, ſi potentia proprium aſſignãs & ad nõ ens aſſignauit proprium potentia, cum nõ poſſit potentia ineſſe nõ enti. Non erit enim proprium, quod poſitum eſt eſſe proprium. vt quia qui dixit aeris proprium reſpirabile, potẽtia quidẽ aſſignauit proprium (nã tale proprium vt reſpirari poſſit, reſpirabile eſt) aſſignauit aũt & ad nõ ens propriũ. nã & cum nõ eſt animal quod ſpirare natum eſt aerem, contingit aerem eſſe: nõ tamen cum non eſt animal, poſſibile eſt ſpirare. quare neq; aeris erit proprium huiuſmodi poſſibile reſpirari tunc. quia animal nõ erit quod tale eſt vt reſpirare poſſit, nõ ergo erit aeris propriũ reſpirabile. Cõſtruẽti autem ſi potentia aſſignans proprium, aut ad ens aſſignauit ꝓprium aut ad nõ ens, cũ poſſit potẽtia nõ enti ineſſe. Erit enim ꝓprium

prium quod positum est non esse proprium, vt quia qui assignauit propriũ entis, possibile pati aut facere, potẽtia assignãs propriũ, ad ens assignauit proprium. nã cum ens est, & possibile pati quid aut facere erit: quare proprium erit entis, possibile pati quid aut facere. Deinde destruenti quidẽ, si per superabundantiã posuit proprium. Non erit enim proprium quod positum est esse propriũ. accidit enim sic assignantibus propriũ, non de quo orationem, & nomẽ verificari. nã corrupta re, nihil minus erit oratio. nã eorũ quæ sunt, alicui maxime ineſt. vt si quis assignet ignis proprium, corpus leuissimũ. corrupto enim igne, erit aliquod corpus quod leuissimũ erit. quare nõ erit ignis proprium, corpus leuissimum. Cõstruenti aũt, si non per superabundantiã posuit proprium. Erit enim secundum hoc bene positum propriũ. vt quia qui posuit hominis proprium, animal mansuetum natura, non superabundantia assignauit proprium. erit vtiq; secundum hoc bene positum proprium.

2. *à superabundantia.*

ARISTOTELIS STAGIRITAE TOPICORVM LIBER SEXTVS. DE problematis definitionis.

Primum caput, De locis definitionis.

EIus autẽ quod est circa definitiones negotij, partes sunt quinq;. Aut enim quod omnino nõ verum est dicere de quo nomen & orationem (nam oportet hominis definitionẽ de omni homine verificari.) Aut q; cũ sit genus, non posuit in genere, vel nõ in proprio genere posuit (oportet enĩ eum qui definit in genere ponentem differentias adiungere. nam maxime eorum quę sunt in definitione, genus videtur definiti substantiam significare.) aut q; non propria est definitio (oportet enim definitionem propriam esse, quemadmodũ prius dictum est.) Aut si omnia quæ dicta sunt, is qui fecit, nõ definiuit, neq; dixit quid est esse rei definitione. Reliquum autẽ præter ea quæ dicta sunt, si definiuit quidẽ, at non bene definiuit. Si igitur non verificatur de quo nomen & oratio, ex locis accidentis considerandum. nam & illic vtrum verum vel non verum, omnis consideratio fit: quando enim q; ineſt accidens disputamus, qđ verum est dicimus: quando autẽ quòd non ineſt, quod non verum. Sin verò non in accommodato genere posuit, aut si nõ ꝓpria est assignata oratio, ex ijs q sunt

sunt ad genus & propriũ dictis locis perspiciendũ. Reliquũ verò si nõ definiuit, aut si nõ bene definiuit, aliquo mõ aggrediẽdũ dicere.

2 Primum igitẽ inspiciendum, si non bene definiuit. nã facilius est, quodlibet fecisse, q̃ bene fecisse. manifestũ igitur quoniã peccatum circa hoc plusculum, eò q; laboriosius: quare argumentatio facilior quæ circa hoc, q̃ quæ circa illud fit. Sunt autẽ eius quod est nõ bene partes duæ. Vna quidem, obscura interpretatione vti. Oportet enim definientem (vt contingit) quãclarissima interpretatione vti, eò quòd cognoscendi gratia assignatur definitio. Secunda autem, si in plus dixit definitionem q̃ par sit. nam omne quod superadiectum est in definitione, superfluum est.

Secundum caput de obscuritate definitionis loci.

RVrsus autẽ vtrunq; quod dictum est in plures partes diuidit. vnus autẽ locus eius quod obscure est, si sit æquiuocum alicui quod dictũ est. Vt q; generatio est ductio ad substãtiã, & q; sanitas cõmensuratio calidorũ & frigidorũ. nã æquiuoca est ductio & cõmẽsuratio. immanifestum igitẽ vtrũ vult dicere eorũ quæ significãtur ab eo, quod multipliciter dicitur. similiter autẽ & si cum definitum multipliciter dicitur, nõ diuidẽs dixit. nã immanifestum, vtrius definitionem assignauit: cõtingitq; calumniari, velut nõ conuenientẽ orationẽ ad omnia quorum definitionẽ assignauit. Maxime autẽ contingit tale quippiã facere, cum latet æquiuocatio. Contingit etiã & cum qui diuidit quoties dicitẽ id quod in definitione assignatum est, syllogisimum facere. nã si secundum nullum modorũ sufficienter dictum est, manifestum q; nõ definierit illo modo. Alius si secundũ metaphorã dixit. Vt scientiã indeciduã, vel terrã nutricẽ, aut temperantiam consonantiam. nam omne obscurum, quod secundum metaphoram dicitẽ, contingit & etiã metaphora loquentẽ calumniari, tanq̃ non proprie dicentem. non enim congruet dicta definitio: vt in temperantia. nam omnis consonantia in sonis. Amplius, si est genus consonantia temperantiæ, in duobus generibus erit idem nõ continentibus seinuicem. nam neq; cõsonantia virtutem, neq; virtus continet consonantiam. Amplius, si non positis nominibus vtitur. vt Plato ciliumbre oculum, aut araneum putrimordax, aut medullã offigenium dixit. nã id omne obscurũ est, quod insuetum est. Quædã autẽ neq; secundũ æquiuocationẽ, neque secundũ metaphorã, neq; proprie dicuntur. vt lex mẽsura, vel imago eorũ quæ natura iusta sunt. sunt autẽ huiusmodi deteriora metapho-

1. *ab æquiuoco.*

2. *à metaphora.*

3. *ab insuetis nominibus.*

metaphora,nã metaphora facit quodã modo notũ,quod designatũ est per similitudinem(oẽs enim metaphora vtentes,secundum aliquã similitudinẽ ea vtunt᷑)at quod tale est,nõ facit notum,nã neq; similitudo est,secũdum quã mẽsura vel imago lex est,neq; proprie solet dici, quapropter si proprie mensurã vel imaginẽ legem dicit esse,veritatis est expers,nã imago id est,cuius generatio per imitationem est:hoc autẽ non ineſt legi,si autẽ non proprie,manifestum q; obscure dixit, atq; deterius quolibet eox quæ secundum metaphorã dicuntur. Amplius,si non manifesta est cõtrarij oratio ex hoc quod dicitur. Nam quę bene assignantur, & contrarias cõmanifestãt. Aut si per se dicta, nõ sit manifestũ cuius est definitio:sed quemadmodũ ea quę sunt antiquorum scriptorum,nisi quis super scripsisset,non cognoscebatur quid vnumquodq;,si igitur non clare,ex huiusmodi est inspiciendum.

4. à contrarij finitione.

5. à definiti ignorantia.

De superfluitate definitionis loci

4 Si igitur superfluum in definitione dixit,primum quidẽ cõsiderandum si aliquo vsus est quod oĩbus insit, vel simpliciter ijs quæ sunt,vel ijs qui sub eodẽ genere sunt definitox. Nã superfluũ dici necessariũ id est, oportet enim genus ab alijs separare, differentiã autẽ ab aliquo eox quę sunt in eodẽ genere:atq; quod omnibus quidem ineſt simpliciter, à nullo separat:quod aũt oĩbus quę sub eodẽ sunt genere ineſt,nõ separat ab ijs quæ sunt in eodẽ genere: quare superuacaneũ huiusmodi appositum. Aut si est quidem propriũ quod appositũ est,ablato autẽ illo, & reliqua definitio propria est, & indicat substantiã. Vt in hominis oratione scientię susceptiuum appositum,superfluum,nã & eo ablato,reliqua oratio propria est, & indicat substantiã,simpliciter autem dicẽdo, omne superfluum, quo ablato reliquũ manifestũ facit id quod definit᷑. Talis autẽ est & animæ terminus,si est numerus ipse seipsum mouẽs,nã quod seipsum mouet, est anima: seu Plato definiuit, an propriũ quidẽ qd᷑ dicitur,nõ indicat autẽ substantiã interempto numero? vtrouis igitur modo se habeat,difficile est explicare. Vtendũ ergo in omnib⁹ talibus ad id quod expedit, vt est phlegmatis definitio, humidum primũ à cibo, indigestum,vnũ enim primum,nõ multa,quare superfluũ,indigestum appositum,nã hoc ablato,reliqua erit propria definitio,nõ enim cõtingit à cibo & aliud quiddã primũ esse. An non simpliciter à cibo phlegma,sed indigestorũ primum? quare addendũ est indigestum,nã illo quidem modo dicta,non vera erit definitio:siquidẽ nõ omniũ primum est. Amplius si quippiam eorum quæ sunt

1. à cõmuni nomine.

2. ab ablatione.

3. à definitionis parte.

quæ sunt in oratione nõ omnibus ineſt quæ sunt sub eadem specie. Nã talis peius definiuit,q; qui vsi sunt eo quod ineſt omnibus quæ sunt,nã illic,si reliqua ppria definitio,& tota ppria erit,simpliciter enim ad propriũ quodlibet addito vero, tota oratio propria fit,at verò si aliquid eox quæ sunt in oratione non oĩbus insit quæ sunt sub eadẽ specie, ipossibile est totã orationẽ propriã esse,nõ enim cõuersim prædicabitur de re,vt aĩal gressibile bipes quadricubitale, nã huiusmodi oratio nõ cõuersim prædicabit᷑ de re, eò q; nõ omnibus ineſt,quę sub eadẽ specie sunt,quadricubitale. Rursum si idẽ frequenter dixit,Vt qui cõcupiscentiã appetitũ delectationis dixit, nã oĩs cõcupiscentia delectationis est:quare & idẽ cõcupiscentię,delectationis erit,fit igitur definitio cõcupiscentiæ,appetitus delectationis (nihil enim differt cõcupiscentiã dicere,aut appetitum delectationis)quare vtrunq; eox delectationis erit. An hoc quidẽ nihil absurdũ? nã & homo bipes est:quare & idem homini,bipes erit:est aũt idẽ homini,animal gressibile bipes:quare aĩal gressibile bipes, bipes est,sed nõ propter hoc,absurdũ aliqd accidit,nõ enim de animali solũ gressibili,bipes prædicat᷑,sic enim de eodẽ bis bipes prædicat᷑:sed de aĩali bipede gressibili,bipes dicitur.quare semel tantũ bipes prædicatur,similiter aũt & in cõcupiscentia,nõ enim de appetitu id quod est delectationis esse prędicat᷑,sed de toto,quare semel & hic prædicatio fit. Nõ est aũt bis dicere idẽ nomen, aliquid absurdũ:sed frequenter de aliquo idẽ prędicari,sicut Xenocrates prudentiã eox definitiuã & contemplatiuã eox quę sunt, dicit esse, nã definitiua,cõtẽplatiua quædã est, quare bis idẽ dicit,addẽs rursum & contemplatiuã. Similiter aũt & quicunq; refrigerationem,priuationẽ eius quidem caloris qui secundũ naturã est,dicunt esse, nã omnis priuatio eius est, quod secundũ naturã est: quare superfluũ est addere, secundũ naturã,sed sufficit fortasse dicere priuationem caloris,eò quòd ipsa priuatio notum facit quod eius sit quod secundum naturam dicitur. Rursum si vniuersali dicto addidit & particulare. Vt si clementiã imminutionem expedientium & iustorũ, Nã iustũ expediens quippiã est. quare continet᷑ in expediente. superfluum igitur iustum,nam qui dixit vniuersale,addidit & particulare, & si medicinã disciplinã sanatiuox animali & homini: aut legem imaginem eorũ quæ natura sunt bona & iusta. nam iustum bonum quippiã:quare frequenter idem dicit. Vtrum igitur bene an non bene definiuit,per hæc & huiusmodi perspiciendum.

4. à frequenter dicto.

5. ab additione partis toti facta

Ter

Tertium caput, alij de definitione loci.

1. *ab ignotiore & posteriore.*

VTrum verò definiuit & dixit quid est esse, an nō, ex his. Primū ergo si nō per priora & notiora cōfecit definitionē. Nam quoniā definitio assignatur eius cognoscendi gratia quod dicitur, cognoscimus aūt nō ex quibuslibet, sed ex priorib⁹ notioribusq;, quē admodum in demonstrationibus (sic enim omnis doctrina & omnis disciplina se habet) manifestū igitur, quòd qui nō per huiusmodi definiuit, non definiuit. si enim definiuit, plures erunt eiusdem definitiones. nā manifestum, quòd & qui per priora & notiora, iterū melius definiuit: quare vtræq; erunt definitiones eiusdem. tale aūt nō videtur. nā vnicuiq; eorū quæ sunt, vnū est esse idipsum qđ est. quare si plures erunt eiusdem definitiones, idem erit definitio esse, quod quidem secundum vtrāq; definitionum significatur. hęc autem non eadem sunt, eò quòd definitiones diuersæ. manifestum igitur, quoniā non definiuit, qui non per priora atq; notiora definiuit. Igitur per non notiora quidem definitionem dici, dupliciter est accipere. Aut enim si simpliciter ex ignotioribus, aut si nobis ignotioribus: contingit enim vtroq; modo. Simpliciter igitur notius quod prius est, posteriore: vt punctum, linea: & linea, superficie: & superficies, solido, quemadmodum & vnitas, numero. prius enim & principium omnis numeri. similiter autē & elementū, syllaba. nobis autem econuerso quandoq; accidit. nā maxime solidum magis sub sensu cadit, q̄ superficies: superficies autem, magis quàm linea: linea autem, signo magis: quare multitudo magis huiusmodi cognoscit. nam illa quidem quomodolibet, hæc autem subtili & fœcundo intellectu comprehendere oportet. Simpliciter igitur melius per priora, posteriora tentare cognoscere: nam magis scientificum tale est. Verùm ad eos qui impotentes sunt cognoscere per talia, necessarium forte per ea quæ illis cognita sunt, facere orationem. Sunt autem talium definitiones, quæ & puncti, & lineæ, & superficiei: omnes enim per posteriora, priora indicāt. nam illud quidem lineæ, istam autem superficiei, hanc verò solidi fines dicunt esse. Non oportet autem latere, quoniā sic definiētes nō contingit quod quid est esse definito, indicare: nisi cōtingat idem nobis notius esse & simpliciter notius. siquidem oportet per genus & differentias definire eum, qui bene definit. hæc autē simpliciter notiora & priora sunt, specie. interimit enim genus & differentia speciem: quare priora hæc, specie. sunt autem & notiora. nā specie

specie quidem nota, necesse est & genus & differentiā cognosci. qui hominem enim cognoscit, & animal & gressibile cognoscit: at genere & differētia notis, nō necesse est & speciem cognosci: quare ignotior species. Amplius illis qui secundum veritatem huiusmodi definitiōes dicunt esse quæ sunt ex ijs quæ vnicuiq; sunt nota, plures eiusdem accidit dicere definitiones esse. nā alia alijs, & nō oībus eadem, contingit notiora esse, quare ad vnumquēq; erit altera definitio assignanda, siquidem ex ijs quæ singulis quibusq; sunt notiora, definitionē oportet facere. Amplius, eiidem alia, interdum alia magis nota. nā à principio quidē sensibilia, instructioribus autē factis, contra. quare neq; ad eundem semper eadem definitio assignanda, ijs quæ per ea quæ singulis quibusq; sunt notiora definitionē fatentur assignandā esse. manifestum igitur, q̄ nō definiendū per ea quę huiusmodi sunt, sed per simpliciter notiora. nā solo modo sic vna & eadē definitio semper fiet. Fortasse aūt & quod simpliciter notū, nō est id quod omnibus notum, sed quod bene dispositis intellectu. quēadmodum & simpliciter salubre ijs qui bene affectum habent corpus. oportet ergo vnumquodq; talium diligenter perueſtigare: vti autē disputantes ad id quod expedit. Maxime autē sine dissensione interimere contingit definitionē, si neq; ex simpliciter notioribus, neq; ex ijs quæ nobis, cōtingit definitionē fieri. vnus igitur locus est eius quod nō per notiora, quod per posteriora, priora indicat: quemadmodū prius diximus. Alius autem, si eius quod est in quiete, & definitū, per indefinitū & quod in motu est, assignata est oratio nobis. Prius enī est & notius, qđ manēs est & definitū, eo qđ indefinitū & in motu est. Eius autē quod est nō ex prioribus, tres sunt loci. Primus quidē, si per oppositū oppositum definiuit. vt si p̄ malū bonū. simul enim natura opposita, & nōnullis etiā eadē scientia vtrorumq; videtur esse: quare nō notius alterū altero. Oportet autem nō latere, quædam fortasse aliter definiri nō posse: vt duplū sine dimidio, & quęcunq; per se ad aliquid dicūtur. nā omnibus huiusmodi, est idē esse ei quod est ad aliquid quodā modo se habere. quare nō est possibile sine altero alterū cognoscere: eò q̄ necessariū est in alterius oratione coassumi & alterū. Ergo cognoscere quidē oportet huiusmodi omnia, vti autē eis in his vt videbit̄ expedire. Alius, si eodem vsus est ei quod definitur. Latet autē, cū non eodē definiti nomine vtit̄. vt si solem, stellā in die apparentē definiuit. nā qui die vtitur, & sole vtitur, oportet autem ad deprehendenda talia

2. *à motu & in definito.*

3. *ex nō prioribus.*

talia ſumere ꝑ nomine orationē, vt ꝙ dies eſt, ſolis latio ſuper terrā, nā tunc manifeſtū ꝙ qui ſolis lationem ſuper terrā dixit, ſolem
3. dixit, quare vtitur ſole qui die vtit. Rurſum ſi eo quod ediuerſo diuiditur, id quod ediuerſo diuiditur definiuit. Vt impar eſt qui vnitate maior eſt pare, ſimul enim natura, quę ex eodem genere ediuerſo diuiduntt, impar aūt & par ediuerſo diuidūtur, nā ambo nu-
4. meri differētię. Similiter aūt & ſi ꝑ inferiora, ſuperiora definiuit. Vt parem numerū, qui bipartite ſecat: aut bonū, habitū virtutis, nā & bipartite ſumptū eſt à duobus, quę paria ſunt: & virtus, bonū quoddā eſt, quare inferiora hæc, q̄ illa ſunt. Eſt autē neceſſe, eū qui inferioribus vtitur, & illis vti, nā & qui virtute vtit, bono vtitur: eò ꝙ bonū quoddā virtus. ſimiliter autē & qui bipartite vtitur, & pare vtitur, eò ꝙ in duo ſecari, ſignificat bipartite ſecari: duo autē paria ſunt. Vniuerſaliter igitur dicendo vnus eſt locus, nō per priora & notiora feciſſe orationē: partes aūt eius, ea quæ dicta ſunt.

1. à generis abſentia. 5 Secundus aūt, ſi res, cum ſit in genere, nō ponitur in genere. Nā in omnibus huiuſmodi peccatū eſt, in quibus nō prius ponitur in oratione, quid eſt, vt corporis definitio, qd̄ habet tres dimenſiones: aut ſi quis hoīem definiuit, quod eſt ſciens numerare, non enim dictum eſt quid eſt, quoniā magnitudo quæ habet tres dimenſiones: vel quid eſt, quoniā animal quod ſcit numerare, genus autē vult quid eſt ſignificare, & primum apponitur, eoꝝ quæ in definitione
2. ab immutatione. dicuntur. Amplius, ſi ad plura cum dicatur id quod definitur, nō ad omnia aſſignauit. Vt ſi grammaticen, ſcientiam ſcribendi quod profertur, nam indiget & quod legendi, nihilo enim magis ſcribendi q̄ legendi aſſignat, qui definit, quare nō aliud, ſed qui vtraq; hęc dicit, eò quòd plures nō contingit eiuſdem definitiones eſſe. In quibuſdam profectò ſecundum veritatem ſe habet vt dictum eſt, in quibuſdam autem non: vt in quibuſcunq; non per ſe dicitur ad vtrunq;, vt medicinā, ſcientiam ſanitatem & ægritudinem efficiendi, nam de illa quidem per ſe dicitur, de hac autem per accidēs, ſimpliciter enim alienum à medicina, ægritudinē efficere. Quare nihil magis definiuit, qui ad vtrunq; aſſignauit, q̄ qui ad alterū, verùm fortaſſe & deterius: eò quòd & reliquorum quodlibet poteſt ægritudinem efficere. Amplius, ſi non ad melius, ſed ad peius aſſignauit, cum ſint plura ad quæ dicitur quod definitur. Nā omnis ſcientia & poteſtas, optimi videtur eſſe. Rurſum ſi non poſitum eſt in
3. à genere. proprio genere quod dictū eſt, cōſiderandum ex ijs, quæ ad genera ſunt,

ſunt, elementis: quemadmodum eſt dictū prius. Rurſum ſi tranſiliens dicit genera, vt qui iuſtitiam, æquitatis habitum effectiuū, vel diſtributiuum æqui, nā tranſilit, qui ſic definit, virtutem, relinquēs igitur iuſtitię genus, non dicit quid eſt eſſe (nā ſubſtantia vnicuiq; eſt in genere) eſt autem hoc idem ei quod eſt nō in proximo genere ponere. Nā qui in proximo poſuit, omnia ſuperiora dixit: eò ꝙ omnia ſuperiora genera de inferioribus prædicātur. Quare aut in proximo genere ponendum, aut omnes differentias ſuperiori generi addendum, per quas definitur proximum genus, ſic enim nihil erit prætermiſſum, ſed pro nomine, in oratione dictū erit inferius genus, qui verò ipſum ſolum ſuperius genus dicit, non dicit & inferius genus, nam qui plantam dicit, non dicit arborem.

7. Rurſum in differentijs ſimiliter conſiderandū, ſi & differētias dixit generis. Nam ſi rei non ſpecialibus definiuit differētijs, aut ſi etiā omnino aliquid huiuſmodi dixit, quod nullius cōtingit differētiam eſſe (vt animal, aut ſubſtantiā) manifeſtum, quoniam non definiuit, nullius enim differētię, quę dicta ſunt, Videndū aūt, & ſi eſt aliquid quod ediuerſo diuiditur dictæ differentiæ. Nam ſi non eſt, perſpicuum, quoniam nō erit, quæ dicta eſt, generis differentia, nā omne genus ijs, quæ ediuerſo diuiduntur, differentijs diuiditur, vt animal greſſibili & volatili & aquatili & bipedi. Aut ſi eſt quidē ediuerſo diuiſa differētia, nō verificat autē de genere, manifeſtum, quoniam neutra erit generis differētia, omnes enim quæ ediuerſo diuidūtur differētiæ, verificātur de proprio genere. Similiter autē & ſi verificat quidem, at nō facit appoſita generi, ſpeciē. Nam manifeſtum, quòd nō erit hæc ſpecifica differentia generis, nā omnis ſpecifica differentia cum genere, ſpeciem facit. ſi autē hæc non eſt differētia, nec quę dicta eſt, quia huic ediuerſo diuiditur. Amplius ſi negatione diuidat genus. Vt qui lineā definiuit longitudinem illatabilem eſſe, nam nihil aliud ſignificat illatabile, q̄ quod non habet latitudinē. Accidet igitur genus participare ſpeciem, nā omnis longitudo vel illatabilis, aut latiudinem habens eſt, quia de omni vel affirmatio vel negatio vera fit, quare & genus lineæ cum lōgitudo ſit, vel illatabilis, aut latitudinem habēs erit, at lōgitudo illatabilis, ſpeciei eſt ratio. ſimiliter aūt & lōgitudo latitudinē habēs, nā illatabilis, & latitudinem habens, differentiæ ſunt, ex differentia autē & genere, eſt ſpeciei ratio, quale genus ſuſcipiet ſpeciei rationem, ſimiliter autem & differentiæ: eò quòd altera dictarum

1. à differentia.

2. à negatione loco differētiæ ſita.

differentiarũ ex neceſſitate prędicatur de genere. Eſt autẽ dictus locus vtilis ad eos qui ponunt ideas eſſe. nã ſi non eſt ipſa longitudo, quodãmodo prædicabitur de genere quod latitudinẽ habet, aut illatabile eſt. oportet enim de omni lõgitudine alterum eorũ verificari, ſi quidẽ de genere verificari debeat, hoc aũt non accidit. ſunt autem & illatabiles, & latitudinẽ habentes longitudines, quare ad illos ſolos vtilis hic locus, quicunq; genus vnum numero dicunt eſſe. hoc autem faciunt qui ideas ponunt. Nam ipſam longitudinẽ, & ipſum animal, genus dicunt eſſe. fortaſſe autem in quibuſdã etiã neceſſarium eſt negatione vti definientẽ: vt in priuationibus. nam cæcum eſt quod non habet viſum, quando natum eſt habere. Differt autem nihil, negatione diuidere genus, aut huiuſmodi affirmatione, qua negationem neceſſe eſt ediuerſo diuidi. vt ſi longitudinem habens latitudinem definiuit, nam habente latitudinem, ediuerſo diuiditur, non habens latitudinem, neq; aliud quicq̃. quare negatione rurſum diuiditur genus.

1. à ſpecie tanq̃ differentia conſtituta.
2. a genere differentiæ locum occupante.

8 Rurſum ſi ſpeciem vt differentiã aſſignauit, vt qui conuitiũ, iniuriam cum irriſione definiuit. nam irriſio iniuria quędã eſt. quare nõ differẽtia, ſed ſpecies eſt irriſio. Amplius ſi genus vt differentiã dixit, vt virtutem, habitum bonum vel ſtudioſum. nã bonũ eſt genus virtutis. An nõ genus eſt bonũ, ſed differentia? ſi quidem verum eſt, quod nõ contingat idem de duobus generibus eſſe nõ continentibus ſeinuicem. nã neq; bonum continet habitum, neq; habitus bonũ. nõ enim omnis habitus bonũ, neq; omne bonum habitus, quare nõ erunt profectò genera ambo. ſi igitur habitus genus eſt virtutis, perſpicuũ quoniã bonũ non eſt genus, ſed magis differentia. Amplius habitus quidem quid eſt virtus ſignificat, bonum autem nõ quid eſt, ſed quale quid eſt. videtur autem differẽtia quale quid ſignificare. Videndum autem & ſi non quale quid, ſed ipſum quid ſignificat aſſignata differentia. Nã videtur quale quid omnis differentia ſignificare. Conſiderandum autem & ſi ſecundum accidens ineſt definito differentia. Nam nulla differentia eſt eorum, quæ ſecundum accidens inſunt, ſicuti neq; genus. non enim contingit differentiam ineſſe alicui, & non ineſſe.

3. à prædicatiõe in quid.
4. a accidẽte.

1. à prædicatione differentiæ.
2. à generis de differentia prædicatione.

9 Amplius, ſi prędicatur de genere differentia, vel ſpecies, aut inferiorũ aliquid ſpeciei, nõ erit definiẽs. Nã nullũ eorũ quæ dicta ſunt contingit de genere prædicari: eò quòd genus de quãplurimis omniũ dicitur. Rurſum ſi prædicatur genus de differentia. Nã nõ de differentia

differentia, ſed de quibus differentia, genus videt prędicari. vt animal de homine & boue, & de alijs greſſibilibus animalibus, nõ aũtẽ de ea differentia, quæ de ſpecie dicitur. nã ſi de vnaquaq; differẽtiarum animal prædicabitur, multa animalia de ſpecie prędicabũtur. nam differentiæ de ſpecie prædicãtur. Amplius, differentię omnes aut ſpecies, aut indiuidua erunt, ſi quidẽ ſunt animalia. nã vnumquodq; animaliũ, aut ſpecies, aut indiuiduũ eſt. Similiter auẽ inſpiciendũ & ſi ſpecies, aut inferiorũ ſpeciei aliquod, de differentia prædicatur. Impoſſibile enim, eò q̃ de pluribus differentia, q̃ ſpecies, dicitur. Itẽ accidet, differentiam ſpeciem eſſe, ſi quidem prædicabitur de ea aliqua ſpecierum. nam ſi de differentia prędicatur homo, manifeſtum quoniam differentia eſt homo. Rurſum ſi nõ prior eſt differentia ſpecie. Nam genere quidem poſterior eſt, ſpecie autem priorem differentiam eſſe oportet.

3. à prædicatione ſpeciei uel indiuiduorum de differẽtia.
4. à differentia quæ ſpecie poſterior eſt.

ALII.

10 Conſiderandũ aũt, & ſi alterius generis eſt dicta differẽtia, neq; contenti, neq; continentis. Nam non videtur eadem differentia duorum generum eſſe non continentium ſeinuicem, ſi aũt non, accidet & ſpeciẽ eandẽ in duobus generibus eſſe non cõtinentibus ſeinuicem. infert enim vnaquæq; differẽtiarũ proprium genus, vt greſſibile & bipes animal coinferunt. quare ſi de quo differẽtia & generum vtrunq;, manifeſtum vtiq; quoniam ſpecies in duobus erit generibus nõ continentibus ſeinuicẽ. An non impoſſibile eandẽ differentiam duorum generum eſſe non continentium ſeinuicem, ſed addẽdum, neq; vtroq; ſub eodem exiſtente? nam greſſibile animal, & volatile animal, genera ſunt non continentia ſeinuicem, & vtriuſq; eorũ, eſt bipes differentia: quare addendum eſt, neq; ſub codẽ, vtroq; exiſtente, nã hæc ambo ſub animali ſunt. Manifeſtũ etiam quoniam nõ neceſſe eſt, differentiã omnem propriũ genus inferre, eò q̃ contingit eãdem duorũ generum eſſe nõ continentiũ ſeinuicẽ: ſed alterum tantum neceſſe eſt inferre, & ſuperiora huius omnia, vt bipes, greſſibile, vel volatile infert animal. Videndum autem, & ſi in aliquo differentiã aſſignauit ſubſtantiæ. Nã non videt differre ſubſtantia à ſubſtantia in eo q̃ alicubi eſt. quare & eos qui greſſibili, & aquatili diuidunt animal, increpant: tanq̃ greſſibile & aquatile alicubi ſignificet. An in his quidem nõ recte increpant? non enim in aliquo neq; alicubi ſignificat aquatile & terreſtre, ſed quale quid. nam & ſi in ſicco ſit, ſimiliter aquatile; ſimiliter autẽ & terreſtre, etſi in humido ſit ſimiliter terreſtre, ſed non aquatile erit.

2. à determinatione loci uel accidentis.

attamen si quãdoq; significat in aliquo differentia, manifestũ quoniam peccabit. Rursum si affectum differentiã assignauit, Nam omnis affectus cum magis fit, detrahit à substãtia: differentia autẽ non huiusmodi est, nã magis videtur saluare differentia id cuius est differentia, & simpliciter impossibile est singulum quodq; esse sine propria differentia, nã cum non est gressibile, non erit homo. & (vt simpliciter dicamus) secundum quæcunq; alteratur habens, nihil eox differẽtia illius est, nã omnia huiusmodi cum magis fiunt, detrahunt à substantia, quare si aliquam huiusmodi differentiam quispiam assignauit, peccauit, simpliciter enim non alteramur secundum differentias. Et si alicuius eorũ quæ sunt ad aliquid, nõ ad aliud quid differentiã assignauit, Nã eox quæ sunt ad aliquid, & differentiæ ad aliquid: vt & in scientia, cõtemplatiua enim, & actiua, & effectiua dicitur, vnũquodq; autem horx, ad aliquid significat, cõtẽplatiua, n. alicuius, & actiua alicuius, & effectiua alicui⁹.

11 Considerandum autẽ & si ad quod natum est vnũquodq; eorum quæ sunt ad aliquid assignauit definiens. Nã in quibusdã quidẽ ad quod natum est vnumquodq; eorum quæ sunt ad aliquid, solũ licet vti ad aliud autem nihil, vt visu ad videndum solũ. in quibusdã autẽ, & ad aliquid aliud, vt dolio sanè hauriat aliquis: attamen si quis definiuit dolium, instrumentũ ad hauriendũ, peccauit. non enim ad hoc natum est. definitio autẽ est, ad quod natum est: ad qd sane vtitur prudens quà prudens, & quæ circa vnũquodq; propria est scientia. Amplius si nõ primi assignauit, quando contingit ad plura dictum esse. Vt prudentiã virtutẽ hominis, aut animæ: & nõ rationalis. Primũ enim rationalis virtus, prudẽtia, nã secundũ hoc & anima & homo dicitur prudens. Amplius, si nõ susceptiuũ est ei⁹ cuius dicit̃ definitus affectus vel dispositio vel quoduis aliud, peccauit. Nã ois dispositio vel affectus in illo natus est fieri, cuius est dispositio vel affectus. vt & scientia in anima, dispositio existens animæ: aliquãdo autẽ peccãt in talibus, vt quicunq; dicunt q; somnus est impotentia sensus, & dubitatio æqualitas contrariax ratiocinationum, & dolor separatio naturaliũ partiũ cum violentia. nã neq; somnus ineſt sensui. oportet autẽ inesse si impotẽtia sensus est. Similiter autem neq; dubitatio, cõtrarijs ratiocinationibus inest: neq; dolor, naturalibus partibus, dolebũt enim inanimata, si dolor eis ineſt. talis autem & sanitatis definitio: si quidem commensuratio calidorum, & frigidorum est, necesse est enim sana esse calida & frigida. nã cuiusq; commensuratio illis ineſt, quorum est commẽsuratio. quare sanitas inerit vtiq; ipsis. Itẽ id quod fit, in effectiuum, aut econuerso accidit ponere, sic definientibus. non enim est dolor separatio naturalium partium, sed effectiuũ doloris: nec somnus, impotentia sensus, sed effectiuuum alterum alterius. aut enim propter impotentiã dormimus, aut propter somnum impotẽtes sumus. similiter autem & dubitationis videbitur effectiuum esse, cõtrariarum æqualitas ratiocinationũ. quandocunq; enim ad vtraq; ratiocinãtibus nobis similiter videntur omnia secundum vtrunq; fieri, dubitabimus vtrum agamus. Amplius, secundum tempora omnia considerãdum sicubi dissonet. vt si immortale definiuit, animal nunc incorruptibile esse. nam nũc incorruptibile animal, nũc immortale erit. An in hoc quidem nõ accidit? nam anceps secundum amphibologiã est nunc incorruptibile esse. Aut enim quoniã non corrumpitur nunc, significat, aut quoniam non possibile corrumpi nunc, aut quoniam huiusmodi est nũc, vt nunquam possit corrumpi. quando igit̃ dicimus, q; incorruptibile nũc est animal, nõ hoc dicimus, q; nũc tale est animal, sed vt nunq̃ possit corrũpi. hoc aũt immortali idẽ erat, quare nõ accidit, nũc idẽ immortale esse. Sed tamẽ sicubi accidit, quod secũdum definitionẽ quidem assignatũ est ineſse nũc vel prius, quod verò secundũ nomen nõ ineſt, nõ erit idẽ. vtendũ ergo hoc loco, quemadmodũ dictum est.

12 Inspiciendũ autem & si secundum aliud quippiã magis dicitur quod definitur, q̃ secũdũ assignatã orationẽ. Vt si iustitia potestas æqui distributiua est, iustus, n. magis est qui eligit æquũ distribuere, eo q potest. quare nõ erit iustitia potestas æq̃ distributiua, nã & iustus esset maxime, qui posset æquũ distribuere. Amplius, si res quidem suscipit magis, quod autẽ secundũ orationem assignat̃, nõ suscipit: aut contra, quod secundum orationem ei assignatur, suscipit, res aũt non. Oportet enim aut vtraq; suscipere, aut neutrum. siquidem idem est rei quod secundum orationẽ assignat̃. Amplius, si suscipiũt vtraq; quidem magis, nõ simul autẽ vtraq; augmentum sumũt. Vt si amor cõcupiscentia conuentionis est, nã magis amãs non magis cõcupiscit cõuentionẽ: quare nõ simul vtraq; suscipiũt magis, at oporteret si idem essent. Amplius si duobus quibusdã propositis, de quo res magis dicit̃, id quod est secũdum orationem minus dicitur. Vt si ignis est corpus subtilissimum. ignis enim magis flãma, q̃ lux: corpus autem subtilissimũ minus flãma, q̃ lux.

3 ab affectu.

4. à generis distinctione.

1. ab ipso accidente relatiui

2. à posteriori habitudine.

3. à qualitatis subiecto.

4. à tempore.

1. à cõparatione secundum magis & minus.

2. ab ipso magis & minus.

3. ab intensionis dissimilitudine.

4. à cõparatione duobus facta.

oportet autem vtraq; magis ineſſe eidem, ſi quidem eadem ſint.

5. *ab ipſo magis*

Rurſum, ſi hoc quidem ſimiliter vtriſq; ineſt propoſitis, aliud autē nō ſimiliter vtriſq;, ſed alteri magis. Amplius, ſi ad duo definitionē aſſignauerit ſecundum vtrunq;, vt bonum, quod per viſum aut per auditū delectabile: & ens, quod poſſibile eſt pati aut facere, ſimul enim idē & bonum & non bonum eſt: ſimiliter autē & ens & non ens, nā per auditum delectabile, idem bono erit, quare quod nō delectabile eſt per auditū, non bono idem, nā eiſdē & oppoſita eadem erunt, opponitur autem bono quidem non bonum: per auditum autē delectabili, per auditū nō delectabile, manifeſtum igitur quoniā idē nō delectabile per auditū, nō bono. ſi igitur aliquid eſt per viſum quidem delectabile, per auditum autem nō: & bonum, & non bonum erit. Similiter autem oſtendemus quoniā idem ens & non ens eſt. Amplius & generibus & differentijs & alijs omnibus quæ in definitionibus ſunt, aſſignatis, eis qui orationes pro nominibus faciunt conſiderandum, ſi quicq̄ diſſonet.

6. *à differentiarum diſtinctiõe.*

7. *à definitione.*

Quartum caput, de definitione loci alij.

8. *à correlatiuo.*

SI autem ſit ad aliquid quod definitur, aut per ſe, aut ſecundum genus, conſiderandū ſi non dictum eſt in definitione ad quod dicitur, aut per ſe, aut ſecundū genus. Vt ſi ſcientiā definiuit, opinionē indiſſuaſibilē: aut etiā voluntatē, appetitum ſine triſtitia. omnis enim eius quod eſt ad aliquid, ſubſtātia ad alterū: eò q; idem ſit vnicuiq; eorū quę ſunt ad aliquid eſſe, idipſum qd̄ eſt ad aliquid quodā modo ſe habere. oportebat igitur ſcientiā dicere opinionē ſcibilis: & voluntatem, appetitum boni. ſimiliter autē & ſi grāmaticen definiuit, ſcientiam literarū. oportebat enim aut ad quod ipſum dicitur, aut ad quod forte genus dicitur, in definitiōe aſſignari. Aut

2. *à medio.*

ſi cū quippiā ad aliquid dicitur, nō aſſignauit ad finē. Finis autē in vnoquoq; eſt quod optimum eſt, aut cuius gratia alia ſunt, dicendū igitur aut optimum, aut vltimū. vt concupiſcentiā non delectabilis, ſed delectationis. nam propter hanc, & delectabile eligimus.

3. *ab actione.*

Conſiderādū & ſi generatio eſt ad quod aſſignauit, vel actus. Nihil enim talium finis. nā magis quod eſt egiſſe & generaſſe finis, q̄ fieri & agere. An nō in omnibus verū huiuſmodi? pene enim plurimi delectari magis volūt, q̄ deſtitiſſe delectari: quare agere magis finem quis ſtatuat, q̄ egiſſe. Rurſum in quibuſdā ſi nō determinauit quāti, vel qualis, vel vbi, vel ſecundū alias differentias. Vt

4. *à defectu circūſtantiarum.*

ambitioſus, & qualis & quāti appetens eſt honoris. nā oēs appetūt honorem

honorē. quare nō ſufficit, ambitioſum dicere qui appetit honorē, ſed addere oportet dictas differētias. ſimiliter aūt & auarus, quantas appetit pecunias. aut intemperās, circa quales voluptates, non enim qui à qualibet voluptate tenetur, intemperās dicit̄: ſed qui ab aliqua. aut rurſum qui definiuit noctem, vmbrā terræ: aut ſuccuſſionem, motum terrę. aut nubē, denſitatem aeris: aut ventū, motum aeris. addendum enim quāti, & qualis, & vbi, & à quo. ſimiliter autem & in cæteris huiuſcemodi. nā omittēs differentiam quālibet, non dicit quid eſt eſſe. oportet autē ſemper ad id quo indiget, argumentari, nō enim quolibet modo terra mota, neq; quātacūq;, ſuccuſſio erit: ſimiliter autē neq; aere quolibet modo, neq; quātocunq; moto, ventus erit. Amplius, in appetitibus, ſi non apponit̄ quod apparet, & in quibuſlibet alijs cōgruit. Vt quoniā voluntas appetitus boni, concupiſcentia aūt appetitus delectationis: ſed non apparētis boni vel delectationis, plerūq; enim latet appetētes, quoniā bonum aut delectabile eſt. quare non neceſſariū bonū vel delectabile eſſe, ſed apparens ſolū. Oportebat ergo ſic & aſſignationē facere. Si aūt & aſſignauit quod dictum eſt, in ipſas ſpecies ducēdū eū qui ponit ideas eſſe. Non enim eſt idea vllius apparētis. ipſa aūt ſpecies ad ipſam ſpeciem videtur dici: vt ipſa concupiſcentia, ipſius delectationis: & ipſa volūtas, ipſius boni. apparētis igitur boni nō erit ipſa voluntas, neq; apparentis delectationis ipſa cōcupiſcētia. abſurdum enim eſt eſſe, ipſum apparēs bonū, vel delectabile. Amplius, ſi ſit quidem habitus definitio, conſiderandū in habēte, ſi qui dē habētis in habitu. ſimiliter autē & in cęteris talibus. Vt ſi delectatio eſt iuuantia, & delectabile iuuabile. Vniuerſaliter autē dicēdo in huiuſmodi definitionibus, quodā modo, vno plura accidit eū qui definit definire. nam qui ſcientiam definiuit, quodā modo & ignorantiam definiuit. ſimiliter aūt & ſciū & inſciū, & ſcire & ignorare. nā primo dilucido facto, & reliqua quodāmodo dilucida fiūt. inſpiciendū igitur in omnibus talibus, ne quicq̄ diſſonet: vtēdo elemētis ex cōtrarijs, & cōiugatis. Amplius, in ijs quæ ad aliqd ſunt conſiderandū, ſi ad quod genus aſſignatur, & ſpecies ad illud quod dam aſſignatur. Vt ſi opinio ad opinatū, & quædā opinio ad quoddā opinatū: & ſi multiplex ad ſubmultiplex, & quoddā multiplex ad quoddam ſubmultiplex. ſi aūt non ſic aſſignat̄, manifeſtū quoniā peccat̄. Videndū aūt, & ſi oppoſiti oppoſita definitio. Vt ſi dimidij ea ſit, quæ oppoſita eſt ei, quę eſt duplicis. nā ſi duplex eſt qd̄

9. *à defectu differētiæ apparētis.*

10. *à coniugatis & contrarijs.*

11. *à ſpecie relatiua.*

12. *à correlatiua definitione.*

1. à cõtrarij finitione.

inæquali ſuperat dimidium,& dimidium quod in æquali ſuperat.
14 Et in contrarijs autem ſimiliter. Nã contraria contrarijs oratio erit,ſecundum vnã quandã complexionem contrariorum. vt ſi adiutiuũ quidem effectiuũ boni eſt,nociuum effectiuũ mali, aut corruptiuum boni, alterum enim horũ neceſſariũ eſt contrariũ eſſe, ei quod ex principio dictũ eſt. ſi igit' neutrũ cõtrarium eſt ei quod ex principio dictum eſt,manifeſtũ,quoniã neutra erit earũ,quæ poſterius ſunt aſſignatæ, contrarij oratio. quare neq; quæ ex principio aſſignata eſt definitio,recte aſſignata eſt. Quoniã autẽ quędam cõtrariorũ priuatione alterius dicũtur (vt inęqualitas,priuatio æqualitatis videtur eſſe:inæqualia enim,quę nõ ſunt æqualia,dicũtur) perſpicuum,quoniã quod ſecundum priuationem quidẽ dicit' contrarium, neceſſarium eſt definire per alterũ:reliquũ verò non ſic oportet per id quod ſecundum priuationẽ dicitur,definire,nã accideret alterutrũ per alterutrũ cognoſci. Cõſiderandũ igitur in cõtrarijs huiuſmodi peccatum,vt ſi quis definiuit æqualitatẽ,contrariũ inæqualitati, nã per hoc quod ſecundum priuationem dicit' definiuit. Amplius,ſic definientem neceſſe eſt eõ quod definitur vti. Patet autem hoc,ſi accipiatur pro nomine oratio. nã quia nihil refert dicere inæqualitatem vel priuationẽ æqualitatis, erit æqualitas contrariũ priuationi æqualitatis,quare eodem erit vſus. Si autẽ neutrũ cõtrariorum ſecundũ priuationẽ dicatur, aſſignetur aũt oratio ſimiliter. Vt bonũ contrariũ malo,manifeſtum quoniã malum cõtrarium bono erit,nã ſic cõtrariorũ ſimiliter oratio aſſignãda,quare rurſum eo quo definit' accidit vti. ineſt enim in mali oratione bonũ,quocirca quoniã bonum eſt malo cõtrariũ,malum autem nihil differt vel quod eſt bono contrariũ:erit bonũ,contrariũ boni contrario,perſpicuum igitur, quoniã eodem vſus eſt.

2. à priuatiue contrarijs.

3. à cõtrarijs ſecundum habitũ.

8. à ſubiecto uel habitu priuationis.

15 Amplius,ſi quod ſecundum priuationẽ dicitur aſſignãs,non aſſignauit cuius eſt priuatio. vt habitus aut contrarij,aut cuiuſcunq; eſt priuatio. Et ſi non in quo natum eſt fieri addidit, vel ſimpliciter,vel in quo primo natũ eſt fieri. vt ſi ignorantiã dicens priuationem,non ſcientiæ priuationẽ dixit:aut ſi non addidit,in quo natũ eſt fieri:aut addens nõ in quo primo aſſignauit. vt quod nõ in rationali,ſed in homine, vel in anima. nam ſi quodlibet horum nõ fecerit,peccauit. ſimiliter autem & ſi cæcitatem non viſus priuationem in oculo dixit. oportet autẽ bene aſſignantem quid eſt, & cuius eſt priuatio aſſignare, & quidnam eſt quod priuatum eſt.

Videndum

2. à priuatione.

Vidẽdum autem,& ſi nõ ſecundum priuationem dictum, priuatione definiuit. Vt & in ignorãtia videbitur eſſe huiuſmodi peccatũ, ijs qui nõ ſecundum negationem ignorãtiam dicũt, nam quod nõ habet ſcientiã,nõ videtur ignorare,ſed magis quod deceptum eſt. propter quod neq; inanimata,neq; pueros, dicimus ignorare. quare nõ ſecundum priuationem ſcientiæ,ignorantia dicitur.

1. à caſibus.

16 Amplius, ſi ſimilibus noĩs caſibus, ſimiles orationis caſus aptãtur. Vt ſi adiutiuũ eſt effectiuũ ſanitatis, adiutiue eſt ſanitatis effectiue, & adiuuans efficiẽs ſanitatem. Conſiderãdum & in idea, ſi aptabitur dicta definitio. nam in quibuſdã nõ accidit. vt quemadmodum Plato definiuit, mortale addens in animalium definitionibus. idea enim nõ erit mortalis: vt ipſe homo. quare non aptabit' ad ideam definitio. Simpliciter autem in quibus apponitur effectiuum aut paſſiuum, neceſſe eſt diſſonare in idea terminum. nã impaſſibiles & immobiles videntur eſſe ideę ijs qui dicunt ideas eſſe, aduerſum hos autem & tales orationes vtiles ſunt.

2. ab idea.

Quintum caput,de æquiuocorum definitione loci.

1. ab æquocatiõe

AMplius ſi eorum quæ ſecundũ æquiuocationẽ dicuntur, vnã definitionẽ oĩum cõmunem aſſignauit. Vniuoca enim,quorũ vna eſt ſecundum nomen oratio,quare nullius eorũ,quę ſub nomine ſunt aſſignata eſt definitio,eò q; ſimiliter ad omne,æquiuocum adaptat'. Paſſa autem hoc eſt & Dionyſij vitę diffinitio:ſiquidem ea motus eſt generi nutriendi naturaliter inſeruiens,nihil enim hoc magis animalibus q̃ plãtis ineſt. vita aũt nõ ſecundũ vnã ſpeciem videtur dici, ſed altera quidem animalibus, altera plãtis ineſt. cõtingit igitur, & ſecũdum electionem ſic aſſignare definitionem,ac ſi vniuoca,& ſecundũ vnam ſpeciem omnis vita diceret'. Nihil autẽ prohibet & cum qui conſpicit æquiuocationẽ, & alterius vult definitionẽ aſſignare,latere non propriam,ſed cõmunem vtriſq; orationem aſſignare. ſed nihil minus ſi vtrouis modo fecerit,peccauit. Poſtq̃ autem quædam latent æquiuocorum, interrogãti quidem vt vniuocis vtendũ. Nã non adaptabitur alterius definitio ad alterũ. quare videbitur nõ definiuiſſe hoc pacto. oportet enim in omnẽ,vniuocũ adaptari. Ipſi aũt reſpondẽti,diſtinguẽdũ eſt. Quoniã aũt quidã reſpondẽtiũ,vniuocũ quidẽ dicũt eſſe ęquiuocũ,quãdo nõ accõmodatur ad omne aſſignata oratio;æquiuocũ autẽ vniuocũ,etiã ſi ad vtrunq; accõmodetur: præconfeſſione vtẽdum pro talibus,aut præcolligendũ,q; æquiuocũ vel vniuocũ aut

Secundus ab æquocis definitis latentibus.

3. à definiti determinatione.

quodcunq;

quodcunq; fuerit. Magis enim concedunt nō præuidentes, quod futurū est vt accidat. Si autem nō facta cōfessione dixerit aliquis vniuocū æquiuocū esse, eò q̄ nō accōmodat' & in hoc assignata oratio, cōsiderandū si huius oratio accōmodat' & ad reliqua. Nā manifestū, quoniā vniuocū erit reliquis. si aūt nō, plures erūt definitiones reliquis. nā duæ secundum nomē orationes accōmodabunt' ad eandem, quæ prior assignata est, & quę posterior. Rursum si quis definiens aliquid eorū, quæ multipliciter dicuntur, & oratio non accommodatur ad omnia, & quia æquiuocū esse nō cōcedat, nomen etiam dicat non ad omnia accommodari, quoniā nec oratio: dicendum ad talem, q̄ nominatione quidem oportet vtí quę tradita est, & assequuta est, & non dimouere quæ talia sunt, tametsi nonnulla dicenda non sint similiter multitudini.

4. ab autoritate & consuetudine

De complexorū definitione loci. 1. à remotione partis.

18 Si aūt alicuius cōplexorū assignet' definitio, cōsiderandū est auferendo alterius eorū quę cōplectunt' orationē, si est & reliqua reliqui. Nam si nō, manifestū quoniā neq; tota totius. vt si quispiā definiuit lineā finalem rectā, finem plani habētis fines, cuius mediū superadditur extremis: si finalis lineę oratio est, finis plani habētis fines, recte oportere esse reliquū, cuius medium superaddit' extremis: sed infinita neq; mediū, neq; extrema habet, recta aūt est: quare nō est reliqua reliq oratio. Amplius, si cū sit compositū quod definit', æquimēbris oratio assignetur definitio. Aequimembris aūt dicitur oratio esse, quādo quot fuerint cōposita, tot & in oratione nomina & verba fuerint, necesse est enim in talibus ipsorū nominū cōmutationem fieri, aut omnium, aut aliquorū. eò q̄ nihil plura nūc, q̄ prius, nomina dicta sunt. verùm oportet eū qui definit, orationē p nominibus assignare, maxime quidē omnibus, q̄ si nō, at saltem in plurimis. sic enim in simplicibus qui nomē cōmutat, nō definitur? est. vt pro tunica vestē. Amplius autem, maius peccatū, si & per ignotiora nomina cōmutationē fecerit. vt pro homine albo, terrigenā cādentē, neq; enim definiuit, cum minus sit clarū quod sic dicit'.

2. à partiū æqualitate.

1. à cōmutatiōe nominū diuersæ nominationis.

19 Considerandū aūt si per cōmutationem nominum, non idem iam significat. vt qui cōtemplatiuā scientiam opinionē contemplatiuā dixit. nā opinio scientiæ nō idem: at oportet, si debet & totum idem esse: nā cōtemplatiuū quidē cōmune in vtriusq; orationibus est, reliquum verò differens. Amplius, si alterius nominum commutationē faciens, nō differentiæ, sed generis cōmutationem fecit. vt in eo quod nuper dictū est, ignotius enim contēplatiua, q̄ sciētia. nam

2. à generis noti permutatione

nā hoc quidem genus, illud autem differentia: omnibus autem notius genus, nā cōmunius. quare nō generis, sed differentię oportebat commutationem fieri: eò quòd ignotior est. An hæc quidē ridicula reprehensio? nihil enim prohibet differentiā, quidem notissimo nomine dici, genus autem non. sic autem rebus se habentibus manifestum quoniā generis, & nō differentiæ secundum nomē cōmutatio facienda. si aūt non nomen pro nomine, sed orationē p nomine cōmutat, manifestum, quoniam differentiæ magis q̄ generis definitio assignanda est: eò quòd cognoscendi gratia definitio assignatur. nam minus differentia q̄ genus nota. Si autem differentiæ definitionem assignauit, cōsiderādum si & alicuius alius cōmunis est assignata definitio. Vt cū imparē numerū, numerum mediū habentē dixerit, determinandū est, quo pacto mediū habētē. nā numerus quidē coīs in vtrisq; orationibus est, imparis aūt coassumpta est oratio: habēt aūt & linea & corpus mediū, cum nō sint imparia: quare nō vtiq; erit definitio hæc imparis. si autē multipliciter dicit' mediū habens, determinandū, quomodo mediū habens: alioqui reprehēsio erit, aut syllogismus, quòd non definiuit.

3. à definitione communi.

1. à definitione nō ēs significāte

20 Rursum si id cuius quidē orationē assignauit, est eorū quæ sunt: quod autē sub oratione, non eorū quæ sunt. vt si albū quispiam definiuit, colorem igni permixtum, impossibile enim incorporeū cori permisceri. quare nō erit color igni permixtus: attamen albū est. Amplius, quicūq; non diuidūt in ijs quę sunt ad aliquid ad qd dicitur, sed in pluribus cōprehendentes dicunt: aut omnino, aut in aliquo falsum dicunt. Vt si medicinā disciplinā entis dixit. nam si nullius entiū medicina est disciplina, manifestum, quoniā tota oratio menda est. si autem alicuius quidem, alicuius aūt nō, in aliquo menda. nam oportet de omni, siquidem per se, & nō secundum accidens entis esse dicit', quemadmodū in alijs se habent ea quæ ad aliquid sunt. nam omne scitum ad scientiam dicitur, similiter autē & in alijs, eò q̄ conuertuntur omnia ad aliquid. omne enim scitū, ad aliquid. Cæterùm si is qui non per se, sed secundum accidēs assignationem fecit, recte assignauit: non ad vnum, sed ad plura, vnumquodq; eorum quę ad aliquid dicuntur, assignauit. nihil enim phibet, idē & ens, & albū, & bonū esse. quare qui ad quodlibet horū assignauit, recte assignauit. si quidem is qui secundū accidēs assignauit, recte assignauit. Præterea autē impossibile est, huiusmodi orationem propriā assignati esse. nam non solum medicina, sed

2. ab indeterminato correlatiuo

plures

plures aliarum ſcientiarum, ad ens dicũtur. quare vnaquæq; entis ſcientia erit. manifeſtũ igitur, quoniã talis nullius eſt ſciẽtiæ diffinitio. propriã enim & non communem oportet diffinitionem eſſe.

3. *à perfectione & habitu.*

Quandoq; aũt diffiniunt non rem, ſed rem bene ſe habentem aut perfectã. Talis autẽ & Rhetoris & furis diffinitio: ſi ſit Rhetor qui dẽ qui poteſt quod in vnoquoq; eſt veriſimile conſiderare, & nihil prętermittere. fur aũt qui clãm ſumit. perſpicuum enim, quoniã cũ talis vterq;, hic quidem bonus rhetor, ille autem bonus fur erit. nõ enim qui clãm ſumit, ſed qui vult clãm ſumere, fur eſt. Rurſum, ſi quod propter ſe eligendum eſt, vt actiuum, vel effectiuũ, vel quolibet modo propter aliud eligendũ aſſignauit. vt qui iuſtitiam, legum conſeruatiuã dixit: aut ſapientiam, effectiuã felicitatis. nã conſeruatiuũ & effectiuũ eorũ ſunt, quę propter aliud eligũt. An nihil quidẽ prohibet, quod propter ſe eligendũ eſt, & propter aliud eſſe eligendũ? Attamẽ nihil minus peccauit, qui ſic diffiniuit quod propter ſe eſt eligendum. nã vnicuiq; optimũ, in ſubſtantia maxime: melius autẽ, quod propter ſe eligẽdum, q̃ quod propter aliud. quare id & diffinitionem oportebit magis ſignificare.

4. *ab ijs quæ p ſe non ſunt eligenda.*

Sextum caput. Alij de diffinitione loci.

1. *à repugnãtib.*

COnſiderandum autẽ eſt, & ſi is qui alicuius diffinitionem aſſignauit, aut hęc, aut quod eſt ex his, aut hoc cum illo diffiniuit. Nã ſi hęc quidẽ, accidet vtriſq; & neutri ineſſe, vt ſi iuſtitiã, temperantiã & fortitudinẽ diffinierit. nã ſi ſint duo, vterq; aũt alterũ habeat, vtriq; iuſti erunt, & neuter: eòq; vtriq; quidem habent iuſtitiam, vterq; autem non habet. Si autẽ nondum, quod dictum eſt, ad modum abſurdũ videtur, eò q; & in alijs accidat huiuſmodi, (nihil enim prohibet vtroſq; habere minam, cum neuter habeat) attamẽ contraria ineſſe eidẽ, omnino abſurdum videbitur eſſe. accidet autem hoc, ſi hic quidem ipſorum temperantiam & timiditatem habet, ille autem fortitudinẽ & intemperantiã, non vtriq; & iuſtitiam & iniuſtitiã habent. nã ſi iuſtitia, tẽperantia & fortitudo eſt: & iniuſtitia, timiditas & intẽperãtia erit. Et oĩno quæcunq; ad argumentandum idonea, q; non idẽ ſunt & partes & totũ, omnia vtilia ad id quod nunc dictũ eſt. Videtur aũt qui ſic definit, partes toti eaſdẽ dicere eſſe, maxime aũt accõmodatæ fiunt orationes, in quibuſcunq; manifeſta partium eſt compoſitio: quemadmodum in domo & in cæteris talibus. manifeſtũ enim, quoniã cum ſint partes, nihil prohibet totum non eſſe, quare non idem partes toti. Si autem non

2. *à partibus ni-*

hæc

hęc, ſed quod ex his eſt dixit id eſſe q̃d diffiniẽ, primũ quidem cõſiderandum, ſi nõ natũ eſt quippiam vnũ fieri, ex ijs quę dicta ſunt. Quędã enim ſic ſe habent adinuicẽ, vt nihil ex eis fiat. vt linea & numer⁹. Amplius, ſi diffinitũ quidẽ in vno aliquo natũ eſt primo fieri, ex quib⁹ aũt dixit ipſum eſſe, nõ in vno primo nata ſunt fieri, ſed vtrũq; in vtroq;. Nam manifeſtũ quoniã nõ erit ex ijs illud, in quibus enim partes, & totũ neceſſe eſt ineſſe. quare nõ in vno totũ primo eſſet, ſed in pluribus. Si aũt & partes & totũ in vno aliquo primo, cõſiderãdum ſi nõ in eodẽ, ſed in altero totũ, & in altero partes. Nã in quo totũ, in illo & partes eſſe videẽ. Rurſum ſi cũ toto corrũpuntur partes. Ecõuerſo. n. oportet accidere, partibus corruptis totũ corrũpi. toto verò corrupto, nõ neceſſe eſt & partes corrũpi. Aut ſi totũ quidẽ bonũ vel malũ, partes autẽ neutræ, aut ecõuerſo, partes quidem bonæ vel malæ, totũ autẽ neutrũ. Nam neq; ex neutris poſſibile bonũ quippiã vel malũ fieri, neq; ex bonis vel malis neutrum. Aut ſi magis quidẽ alterũ bonum, q̃ alterum malum, quod aũt ex his, nõ magis bonum q̃ malũ. Vt ſi imprudẽtia ex fortitudine & falſa opinione. magis. n. bonũ fortitudo, q̃ malũ falſa opinio. oportet ergo & quod ex his eſt, ſequi illud q̃d magis eſt, & eſſe vel ſimpliciter bonũ, vel magis bonũ q̃ malum. An hoc qdẽ nõ neceſſariũ, niſi vtrunq; ſit per ſe bonũ vel malum? multa. n. effectiuo⁹ per ſe quidẽ nõ ſunt bona, mixta autẽ quibuſdã fiunt bona: aut ecõuerſo, vtrunq; quidẽ bonũ, mixta aũt malũ vel neutrũ. maxime autẽ manifeſtũ quod nunc dictũ eſt, in ſalubribus & morbificis. nã quædam medicamentor⁹ ſic ſe habent, vt vtrunq; quidẽ ſit bonum: ſi autẽ vtraq; dentur mixta, malum. Rurſum, ſi quod ex meliore & peiore eſt, nõ eſt totum peiore quidẽ melius, meliore autẽ peius. An neq; hoc neceſſariũ, niſi per ſe ſint ex quibus cõponuntur, bona? nam in ijs quę non per ſe ſunt bona, nihil prohibet totum non fieri bonum. vt in ijs quæ modo dicta ſunt. Amplius, ſi cognomine eſt totum alteri. Non oportet enim, vt neq; in ſyllabis, nulli enim elementor⁹ ex quibus componitur, ſyllaba cognominis eſt. Amplius, ſi nõ dixit modũ cõpoſitionis. Non enim ſufficiẽs eſt ad cognoſcendũ, quòd dicat ex his. nã nõ quod ex his, ſed quod ſic ex his, eſt cuiuſq; cõpoſitor⁹ ſubſtãtia, vt in domo. nõ enim ſi quolibet modo cõponant hæc, domus eſt. Si autẽ hoc cum illo aſſignauit, primũ quidẽ dicendũ, q; hoc cũ illo, aut hoc & illud dicitur, aut quod ex illis. Nam qui dicit mel cum aqua, vel mel & aquam

hil cõponere põtentibus.

3. *à ſubiecti unitate.*

4. *à ſubiecti diſtinctione.*

5. *à partium deſtructione.*

6. *à diſſimili & neutro.*

7. *ab ipſo magis tali.*

8. *à medio.*

9. *ab uniuoco.*

10. *ab indeterminata cõpoſitione*

11. *à finitionibus per hæc.*

aquam dicit, vel quod ex melle & aqua. quare si cuilibet eorũ quę dicta sunt idem cõfitebitur esse hoc cũ illo, eadem conueniet dicere quæ quidem ad vtrunq; horũ prius dicta sunt. Amplius diuidenti quoties dicitur alterum cum altero, considerandũ si nullo modo hoc cũ illo. Vt si dicitur alterum cũ altero, aut vt in aliquo eodem susceptiuo: vt iustitia & fortitudo in anima, aut in loco eodẽ, aut in tẽpore eodem, nullo aũt modo verũ sit quod dictũ est in his: manifestum est, quoniã nullius erit assignata definitio, eò q; nullo modo hoc cum illo est. Si autem diuiso quoties dicitur alterũ cũ altero, verum erit in eodem tempore vtrunq; esse, considerandum si contingit non ad eundem vtrunq; dici finẽ. Vt si fortitudinẽ definiuit audaciã cum recta intelligentia, cõtingit .n. audaciã quidẽ habere spoliandi, rectã autem intelligentiã circa salubria: sed nondũ fortis qui in eodem tempore hoc cũ illo habet. Amplius, si & ad idẽ ambo dicuntur, vt ad medicatiua. Nihil enim prohibet & audaciã quandam, & rectam intelligentiã hãbere ad medicatiua: attamen nec sic fortis, qui hoc cum illo habet, neq; enim ad alterum, eorum vtrunq; oportet dici, neq; ad idem quodcunq; sit; sed ad fortitudinis finem, vt ad bellica pericula, aut si quid magis est illius finis. Quędam autem sic assignatorum, nullo modo sub dictã cadunt diuisionem, vt si ira, tristitia est cũ opinione paruipendendi, nã quòd propter huiusmodi opinionẽ tristitia fit, hoc vult indicare, propter hoc autẽ fieri aliquid, nõ est idem ei qd' est, hoc quidem cũ illo esse, secundum vllũ dictorum modorũ. Rursum, si horũ cõpositionẽ, dixit totũ. Vt animæ & corporis compositionem, animal, primum quidẽ considerãdum, si nõ dixit qualis compositio, vt si carnem definiens aut os, ignis & aeris & terræ dixit cõpositionem, non enim sufficit cõpositionem dicere, sed & qualis determinandũ, non enim quolibet modo cõpositis his, caro fit: sed sic quidẽ cõpositis, caro: sic verò, os. Videtur autem neq; esse omnino cõpositioni idẽ neutrũ eorum quæ dicta sunt. nã cõpositioni oĩ dissolutio cõtraria, dictorũ autem neutri, nihil. Amplius, si similiter est verisimile, omne cõpositum compositionem esse, vel nullum: animalium autem vnumquodq; cum sit compositum, non est compositio: neq; profecto aliorum compositorum vllum compositio erit. Rursum, si similiter in aliquo nata sunt esse contraria, definiuit autem per alterũ: manifestum quoniã non definiuit. Si autem non ita est, plures accidet eiusdem definitiones esse, quid enim magis qui per hoc, quàm qui per

12. *à multiplicitate huius orationis hoc cũ illo.*

13. *à distinctis partium finibus.*

14. *à diuersis finibus totius & partium.*

15. *à diuisione huius cum illo.*

16. *ab indeterminatis partibus.*

17. *ab altero cõtrariorum similium.*

qui per alterũ definiens dixit? eò quòd similiter vtraq; nata sunt fieri in eodem. talis autem animę est definitio: si quidem est substãtia scientiæ susceptiua, nã similiter & ignorantiæ est susceptiua.

22 Oportet aũt, si nõ ad totã habeat aliquis argumentari definitionem, eò q; non nota sit tota, ad aliquã partium argumentari si sit nota, & non bene assignata appareat. nã parte interempta, & tota definitio interimitur. Quęcunq; autem obscuræ sunt definitionũ emendanti & condescribenti ad manifestãdum aliquid & habendum argumentũ, sic considerãdum. Necesse est enim respondentẽ aut susc ipere quod sumptum est ab interrogante, aut eundẽ declarare quid temere est ostensum à definitione. Amplius, quemad modum in congregationibus solẽt legem inducere, & si sit melior quæ inducitur, interimit anteriorem: sic & in definitionibus faciendum, & definitio alia ferenda. Nã si apparet melior & magis manifestans quod definit, perspicuũ quoniã interempta erit quæ posita est, eò q; non sunt eiusdem plures definitiones. Ad omnes autem definitiones non minimum elementum ad seipsum, solerter definire propositũ, aut apte dictam definitionem assumere. Necesse est enim veluti ad exemplar considerantẽ, & quod minus est ijs quæ oportet habere definitionem, & quod appositum est superflue, inspicere. quare magis argumentis abundare. Quæ igitur circa definitiones sunt, intantum dicta sint.

Primum præceptum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

ARISTOTELIS STAGIRITAE TOPICORVM LIBER SEPTIMVS.

Primum caput, De eodem & diuerso loci.

VTrum autem idem an diuersum secundũ proprijssimũ eorum, qui dicti sunt de eodẽ, modoq; dicendũ. Dicebatur autem proprijssime idem, quod numero vnũ. Considerandum autem ex casibus & coniugatis & oppositis. Nam si iustitia idẽ est fortitudini, & iustus forti, & iuste fortiter. Similiter autem & in oppositis. nam si hæc eadem, & opposita his eadem secundum quamlibet dictarum oppositionum. Nihil enim differt hoc vel hoc modo oppositũ sumere: eò q; idẽ est. Rursum, ex effectiuis & corruptiuis, & generationib9 & corruptiõibus, & oĩno ex ijs quæ similiter se habent alterũ ad altèrũ. nam quæcunq;

1. *à casibus, coniugatis, & oppositis.*

2. *ab effectiuis & corruptiuis.*

ſimpliciter eadem, etiam generationes eorum & corruptiones eædem, & effectiua & corruptiua.

1. ab ipſo maxime.

2 Conſiderandū autē, & quorū alterū maxime dicit' quoduis eſſe, ſi & alterū ipſorū ſecundū idem maxime dicitur. Sicut Xenocrates beatā vitā & ſtudioſam aſſignauit eandem: eò q̄ omnium vitarum maxime eligenda ſtudioſa & beata. vnū enim maxime eligendū & maximū. ſimiliter & in alijs huiuſmodi. Oportet aūt vtrunq; vnum numero eſſe, quod dicitur maximū & maxime eligendum. ſi aūt non, non erit oſtenſum q̄ idē (non neceſſariū enim ſi fortiſſimi Græcorum ſunt Peloponneſij & Lacedæmonij, eoſdē eſſe Peloponneſios Lacedæmonijs: eò quòd nō vnus numero Peloponneſius & Lacedæmonius) ſed contineri quidem alterum ab altero neceſſarium: vt Lacedæmonij à Peloponneſijs, ſi autē non, accidet ſeipſis inuicem eſſe meliores, ſi non continentur alteri ab alteris. neceſſe eſt enim Peloponeſios meliores eſſe q̄ Lacedæmonios, ſi non contineantur alteri ab alteris. nā omnibus reliquis ſunt meliores. Similiter aūt & Lacedæmonios neceſſe eſt meliores eſſe Peloponeſijs. nā & iſti oībus cæteris ſunt meliores: quare ſeinuicem meliores fiunt. Manifeſtum ergo, quoniā vnū numero eſſe oportet quod optimū & maximum dicitur, ſi debeat quòd idem ſint oſtendi, propter qđ Xenocrates nō idē aſſignauit, non enim vna numero beata & ſtudioſa vita, quapropter non neceſſarium eandem eſſe, eò q̄ ambæ maximæ eligendæ, ſed altera ſub altera. Rurſum conſiderandū, ſi cui alterū idem, & alterū. Nam ſi non ſunt ambo eidē eadē, manifeſtum quoniā nec ſibijnuicem. Amplius ex ijs quæ his accidūt, & quibus hæc accidunt, conſiderandum. Nam quæcunq; alteri accidunt, & alteri oportet accidere: & quibus alterum eorum accidit & alterum oportet accidere, ſi autem aliquid horum diſſonet, dilucidum quoniam non eadem.

2. ab eiſdē uel diuerſis eidē tertio

3. à ſubijciendi & prædicandi modis accidentium.

3 Videndum aūt & ſi nō in vno genere prædicamenti vtrāq;, ſed hoc quidē quale, illud autē quantū, hoc autē adaliquid indicet.

1. à prædicamentorū diſtinctione

Rurſum, ſi genus vtriuſq; non idē, ſed hoc quidē bonū, illud autem malum: aut hoc quidē virtus, illud autem ſcientia.

2. à generis medij diuortio.

3. à differentia rū diſſidio.

Aut ſi genus quidem idem, differentię autē nō eædem de vtroq; prædicantur: ſed de hoc quidem quoniā contemplatiua ſcientia, de illo autem quoniā actiua. ſimiliter autem & in alijs. Amplius, ex magis, ſi hoc quidem ſuſcipit magis, illud autem non: aut ſi ambo ſuſcipiunt quidem, non ſimul autem, Vt qui magis amat, non magis

4. à cōparatione ſecundū magis & minus.

magis concupiſcit venerem: quare non idem, amor & concupiſcentia veneris. Amplius, ex appoſitione, ſi eidem vtrūq; appoſitum, non facit idem totum. Aut ſi eodem ab vtroq; ſublato, quod relinquitur eſt alterum. Vt ſi duplum dimidij, & multiplum dimidij idē dixerit eſſe, ſublato enim ab vtroq; dimidio, reliqua idem oporteret indicare: non indicant autem, nam duplum & multiplum nō idem ſignificant.

5. ab appoſitione

6. ab ablatione.

1. ex hypotheſi.

4 Conſiderandū aūt non ſolum ſi iam aliquid accidit impoſſibile per poſitionem, ſed & ſi poſſibile ſit ex ſuppoſitione exiſtere, quem admodū ijs qui vacuum & plenum aere, idem dicūt eſſe, nam manifeſtum quoniā ſi exeat aer, vacuū quidem non minus, ſed magis erit: plenū aūt aere nō amplius erit, quare ſuppoſito aliquo ſiue vero ſiue falſo (nihil.n. refert) ſi alterum interimit' ipſorū, alterū aūt non, profecto nō idem ſunt. Vniuerſaliter autem dicendo, ex ijs quæ quouis modo de vtroq; prædicantur, & de quibus hæc prædicātur, conſiderandū ſi alicubi diſſonent. Nam quæcunq; de altero prædicantur, & de altero prædicari oportet: & de quibus alterum prædicatur, & alterum prædicari oportet. Amplius, quia multipliciter idem dicitur, conſiderandum ſi ſecundum alium aliquē modū eadem ſunt. Nā ſpecie vel genere eadem, nō neceſſe eſt numero eadem eſſe: conſideramus autem vtrum ſic eadem an non ſic. Amplius, ſi poteſt alterum ſine altero eſſe, nō erit enim idem. Qui igitur ad idem ſunt loci, tot dicuntur.

2. à ſubiectis & prædicatis.

3. ab eiſdem diuiſione & modis

4. à duorum ſeparatione.

Secundum caput, de eodem definitione loci alij.

PAlam autem ex ijs quæ dicta ſunt, quoniam omnes qui ad idē ſunt deſtructiui loci, & ad definitionē vtiles ſunt: quēadmodū prius dictū eſt. Nam ſi nō idem indicet & nomē & oratio, manifeſtū quoniā non erit definitio, aſſignata oratio. Cōſtructiuorū aūt locorū nullus vtilis ad definitionē. non enim ſufficit oſtendere idē quod ſub oratione & nomine eſt, ad conſtruendum quoniam definitio: ſed & alia oportet omnia habere quæ præcepta ſunt definitionē, interimere igitur definitionē ſic, & per hæc, ſemper tentandū.

6 Si autem conſtruere volumus, primum quidem ſcire oportet quoniā nullus vel pauci diſputantiū, definitionem ſyllogiſmo colligunt, ſed omnes principiū quod tale eſt accipiunt. vt qui circa geometriā & numeros, & alias huiuſmodi diſciplinas. Deinde quoniam exacte quidem alterius eſt negotij aſſignare & quid eſt definitio, & quomodo definire oportet: nunc autem quantum ſufficit ad

præsentē vtilitatē,tantū solum dicendū,quod possibile fieri definitionis & eius quod quid est,esse syllogismū.Nā si definitio est oratio,quę quid est esse rei indicat,& oportet ea quæ in definitiõe prędicantur,in quid de re sola prædicari,prædicātur autem sola in quid genera & differētiæ: manifestum,quoniā si quis sumat ea quæ solū de re in quid prædicari oportet,& hęc habēs oratio,definitio ex necessitate erit, non enim cõtingit aliud esse definitionē, eò quòd nihil aliud in quid de re prædicatur, quòd igitur possibile est ex definitione syllogismū fieri,manifestū. Ex quibus aũt oportet constituere,determinatū est quidē in alijs diligentius:ad propositā aũt methodum ijdē loci vtiles,inspiciendū enim in cõtrarijs & in alijs oppositis,& totas orationes,& secundū partē cõsiderāti, nā si oppositā oppositi,& eam quæ dicta est, propositi necesse est esse. Quoniā aũt contrariorum plures cõplexiones, sumenda est ex contrarijs quæcunq; maxime apparebit contraria definitio, totas igitur definitiones,quemadmodum dictum est,considerandum. *1.ex oppositis i summa sumptis.*

7 Secundum partem aũt hoc pacto:primū quidem quoniam assignatū genus recte assignatū est. Nā si contrariū in contrario,propositū autem non est in eodem, manifestū quoniā in cõtrario erit, eò quòd necesse est cõtraria in eodem genere,vel in contrarijs generibus esse. Et differentias quidem contrarias de contrarijs arbitramur prædicari;vt de albo & nigro,nā illud quidē dísgregatiuū, hoc autem congregatiuū visus.quare si de contrario contrariè prędicātur,de proposito quæ assignatæ sunt prædicabuntur. quapropter quia & genus & differētię recte assignatæ sunt, manifestū quoniā definitio erit,quæ assignata est. An non necessariū est,de contrarijs contrarias differentias prædicari, nisi in eodem genere sint contrariæ? quoꝝ autem genera sunt cõtraria, nihil prohibet eandē differentiā de vtrisq; dici:vt de iustitia & iniustitia. nam illa quidē virtus,hęc autem vitiū animę.quare id quod est animę differentia de vtrisq; dicitur:eò quòd & corporis est virtus & vitium, sed hoc verū,q; contrarioꝝ,aut cõtrariæ,aut eædē differentiæ sunt. si ergo de cõtrario cõtraria prædicātur,de hoc aũt non, manifestum quoniam quæ dicta est de hoc prædicabitur. Vniuersaliter autem dicendo,si definitio est ex genere & differentijs,si sit contrarij definitio manifesta,& quæ propositi definitio,manifesta erit. Nam quoniā contrarium in eodem genere,vel in contrario,similiter autem & differentiæ aut contrariæ de contrarijs,aut eædem prędicantur, dilucidum

dilucidū quoniā de proposito, aut idem genus prędicabitur quod de cõtrario,differentiæ aũt cõtrariæ vel omnes vel aliquæ,reliquę aũt eædē:aut contra,differentię quidē eædem, genera verò contraria,aut ambo contraria,& genera & differentiæ.nam eadē esse ambo non contingit: si autē secus, definitio eadē contrariorum erit. *1. à coniugatis & casibus.*

8 Amplius ex casibus & cõiugatis. Necesse est enim cõsequi genera generibus,& definitiones definitionibus,vt si obliuio,est scięntię amissio:& obliuisci,amittere scientiā erit:& oblitū esse, amississe scientiā. Vno igitur quolibet eorū quæ dicta sunt cõfesso, necesse est & reliqua cõfiteri.Similiter aũt & si corruptio, dissolutio substantiæ:& corrũpere,dissoluere substantiā,& corruptiue,dissolutiue.si corruptiuū,dissolutiuū substātiæ:& corruptio,substātię dissolutio. similiter autem & in alijs. quare vno quouis sumpto,& reliqua omnia confiteantur oportet. Et ex similiter se habentibus adinuicē,nā si salubre est effectiuum sanitatis,& habile effectiuum bonæ habitudinis erit:& adiutiuum, effectiuum boni. nā similiter vnūquodq; eorum quæ dicta sunt,ad suum finem se habet. quare si vnius eorū definitio est,effectiuum esse finis,& reliquorū cuiusq;,sic erit definitio. Amplius ex eo quod est magis, & similiter quod est similiter,quoties contingit cõstruere duas,ad duo cõparantem. vt si magis hæc huius, q̃ ista istius definitio, ista autem quæ minus, definitio est:& hæc quę magis. & si similiter hæc huius,& ista istius,si altera alterius, & reliqua reliquę. Vna autem definitiõe ad duo cõparata,aut duabus definitionibus ad vnum,neutiq̃ vtilis ea quæ ex magis est,consideratio. Nam neq; vnam duorū,neq; duas eiusdem definitiones possibile est esse. Sunt autē oportunissimi locorum,& qui nũc dicti sunt,& qui ex casibus,& qui ex cõiugatis. quocirca & oportet maxime detinere & promptos habere hos. vtilissimi .n. ad plurima. Aliorū autē ij qui maxime sunt cõmunes. nā illi maxime reliquoꝝ efficacissimi.vt inspicere in singularibus, & in speciebus considerare, si conueniat definitio:eò quòd vniuoca species est. est autem vtilis hic locus ad eos qui ponunt ideas esse,quemadmodum prius dictum est. Amplius, si per metaphorā dixit nomen, vel idem de eodem prædicauit vt diuersum: & si quis alius communis & efficax locorum,illo vtendū. *2. à proportiõe* *3. à cõparatione* *Primū documentum.* *Secundum.* *Tertium.*

Tertium caput,Loci aliquot de constructione & destructione prædicationis.

QVòd autem difficilius sit construere, quàm destruere definitionē,ex ijs quę postea dicentur,manifestū.Nam nosce ipsum,

& ſumere ab interrogatis huiuſmodi propoſitiones nō facile, vt q̄ eorum quæ ſunt in aſſignata oratione hoc quidem genus, illud autē differentia, & q̄ in quid genus & differētiæ prędicantur, ſine his verò impoſſibile eſt definitionis ſyllogiſmū fieri. nā ſi quædam & alia in quid de re prædicātur, incertum vtrūm ne quæ dicta eſt, an alia eius definitio eſt: eò q̄ definitio, eſt oratio quid eſt indicans. Manifeſtum autē & etiam ex his, nam facilius vnum concludere, q̄ multa, interimenti quidē ſufficit ad vnum differre. vnum enim, quodcunq; ſit, deſtruentes, interempturi ſumus definitionē. at conſtruenti omnia neceſſe eſt conſtruere quòd inſint, quæ in definitione ſunt. Amplius conſtruēti quidē vniuerſaliter ſtatuendū ſyllogiſmum, nā oportet de omni de quo nomen, prædicari & definitionē: & etiam adhuc conuerti, de quo orationem, & nomen, ſi debeat p̄pria eſſe aſſignata definitio. deſtruenti verò non neceſſe oſtendere vniuerſaliter, ſufficit enim oſtendere q̄ de quopiam eorum quæ ſub nomine ſunt, oratio non verificat: & tametſi vniuerſale oporteat deſtruere, nō tamē conuerti neceſſariū in deſtruendo, nā ſufficit deſtruenti vniuerſale, oſtēdere, quòd de aliquo eorū de quibus nomen prædicatur, oratio nō prædicatur, at ipſum econuerſo, non neceſſariū eſt, ad oſtendendū, q̄ de quibus oratio nō prędicatur, neque nomen prædicetur. Amplius etiā ſi omni ei ineſt quod ſub nomine eſt, at non ſoli, interempta eſt definitio. Similiter autē & circa propriū & genus ſe habet. In vtriſq; enim deſtruere q̄ cōſtruere facilius eſt, de proprio quidē manifeſtū, ex ijs quæ dicta ſunt, nā vt plurimū in cōplexione proprium aſſignatur. quare deſtruere quidē eſt, vnū interimenti: conſtruenti autē omnia ratiocinatione colligere neceſſe eſt. pene aūt & reliqua omnia quęcunq; ad definitionem, & ad propriū conueniet dici. nā & omni oportet quod ſub nomine eſt conſtruentem monſtrare quoniam ineſt: deſtruenti autē ſufficit oſtendere vni non ineſſe. ſi verò & omni ineſt, at nō ſoli, etiam ſic deſtructū fit perinde ac & in definitione dicebatur. De genere aūt, quoniā conſtruere quidē neceſſe eſt vno modo, qui oī oſtendit ineſſe: deſtruēti autē dupliciter, nā ſiue nulli, ſiue alicui oſtēſum ſit nō ineſſe, interemptū eſt quod in principio. itē conſtruēti quidē non ſufficit quod ineſt oſtendere, ſed & quod vt genus ineſt, oſtendendum. deſtruenti autē ſufficit oſtēdere non ineſſe, vel alicui, vel nulli. videtur autem quemadmodū in aliȝs, corrumpere quàm facere facilius: ſic & in his deſtruere quàm conſtruere. In accidente verò

verò vniuerſale quidem facilius deſtruere, q̄ conſtruere. Nam conſtruenti quidem oſtendendū quoniam omni, deſtruenti autem ſufficit oſtendere vni non ineſſe. Particulare verò econuerſo, nā facilius cōſtruere, q̄ deſtruere. Cōſtruenti enim ſat eſt oſtendere, alicui ineſſe, deſtruenti autē oſtendendum quoniā nulli ineſt. Manifeſtū autem qua de cauſa omnium facillimum eſt definitionem deſtruere. Plurima enim in ea ſunt, quę cōcēduntur dictis plurimis, ex pluribus autē citius fit ſyllogiſmus. nam veriſimile, in multis, magis q̄ in paucis peccatum fieri. Amplius, ad definitionem quidem cōtingit & per alia argumentari. ſiue enim non propria ſit definitio, ſiue nō genus qd̄ aſſignatur, ſiue nō ineſt aliquod eorȝ quæ ſunt in definitiōe, interēpta fit definitio. ad alia aūt neq; ea quæ ex definitionibus, neq; alia cōtingit omnia argumentari. ſola enim ea quę ad accidens, cōmunia ſunt omnibus prædictis. ineſſe enim oportet vnūquodq; eorum quæ dicta ſunt. ſi aūt nō vt propriū ineſt genus, nondū interemptū eſt genus. ſimiliter autē & propriū nō neceſſarium vt genus ineſſe, neq; accidens vt genus aut propriū, ſed ineſſe tantùm. quare non poſſibile ex aliȝs ad alia argumentari, niſi in definitione ſolùm. manifeſtum igitur, quoniā facillimum omniū eſt, definitionem interimere: conſtruere autem, difficillimum. nam & illa oportet omnia ratiocinatione colligere: & q̄ inſunt quæ dicta ſunt, & quòd genus quod aſſignatum eſt, quodq; propria definitio: & adhuc præter hæc, quòd indicat quid eſt eſſe oratio. & hæc probe oportet feciſſe. Aliorum autem proprium maxime huiuſmodi. nam interimere quidem facilius, eò quòd ex pluribus plerunque fit. Conſtruere autem difficillimum. quoniam multa oportet aſtruere, & adhuc quoniam ſoli ineſt, & quoniam conuerſim prædicatur de re. Facillimum autem omnium conſtruere accidens, nam in aliȝs quidem non ſolum ineſſe, ſed & quoniam ſic ineſt oſtendendum: in accidente verò quoniam ineſt duntaxat, ſufficit oſtendere. Deſtruere autem difficillimum eſt accidens. quia quàm pauciſſima in eo data ſunt: non enim conſignificat in accidēte quo modo ineſt. Quare in aliȝs quidem dupliciter interimere contingit, vel oſtendendo quòd non ineſt, vel quòd non ſic ineſt: in accidente verò nō contingit interimere, niſi oſtendendo quòd non ineſt. Loci igitur per quos copioſi erimus ad ſingula quęq; problemata argumentari, fere ſufficienter annumerati ſunt.

ARISTO

ARISTOTELIS STAGIRITAE TOPICORVM LIBER OCTAVVS.

Primum caput, Loci ad instruendum interrogantem.

POst hæc autem de ordine, & quomodo oportet interrogare, dicendũ. Oportet autem primũ quidẽ, eum qui interrogare debet, locũ inuenire, vnde fit argumẽtandũ. secundum autem, interrogare & ordinare singula apud seipsum, reliquum verò & tertium, dicere iam eadem ad alterum. Quoad autẽ inueniat locũ, similiter philosophi & dialectici consideratio. subinde verò illa ordinare & interrogare, propriũ dialectici. ad alterũ enim, omne quod tale est. Philosopho autẽ & quęrẽti per seipsum, nihil curæ est si vera quidẽ sint & nota per quæ syllogismus, non ponat aũt ea qui respondet, eò q; propinqua sint ei qđ est ex principio, & pręuideat quod subsecutuꝝ est, sed fortasse & studiose aget: vt maxime notæ & propinquę sint dignitates. ex illis enim scientifici syllogismi. Loci igit' vnde oporteat sumere, dicti sunt prius. de ordine autẽ & interrogatione dicendum, diuidendo propositiones quæcunq; sumendæ sunt præter necessarias.

Propositiones quædã necessariæ, quædam nõ necessariæ.

2 Necessariæ aũt dicunt', per quas syllogismus fit. Quę autẽ præter has sumũtur, quatuor sunt. aut enim gratia inductionis, vt det' vniuersale: aut ad magnitudinẽ orationis, aut ad occultationẽ conclusionis, aut vt dilucidior sit oratio. præter has autẽ nulla est assumẽda ꝓpositio, sed per has augere, vel interrogare tẽtandũ. Sunt aũt quæ ad occultationẽ, certaminis gratia. sed quia omne, quod huiusmodi est, negotiũ, ad alteꝝ est, necesse est & illis vti. Necessarias igitur per quas fit syllogismus, nõ statim pręordinandũ, sed abeundũ ad suprema. Vt nõ postulet quis cõtrarioꝝ eandẽ disciplinã, si hoc voluerit sumere: sed an oppositoꝝ, posito .n. hoc, & quoniã contrarioꝝ eadẽ disciplina, ratiocinabit', eò q; ex oppositis sunt cõtraria. Si verò illã nõ ponat, per inductionem sumendũ proponẽti in particularibus cõtrarijs. nã aut per syllogismũ, aut per inductionem, necessarias sumendũ: aut has quidẽ inductione, illas aũt syllogismo. Quæcunq; aũt valde manifestæ sunt, illas quoq; oportet præponere. nã magis latet semper in abscessu. & inductione qđ secuturum est, & simul ipsas vtiles proponere. & etiã qui nõ potest illo modo sumere, esse paratum. Quæ verò præter has sumptæ sunt, accipiendæ quidem illaꝝ gratia, vnaquęq; autem earum hoc modo

modo vtendũ, inducentem quidem à singularibus ad vniuersalia, & à notis ad ignota. nota aũt magis, quæ secundũ sensum, vel simpliciter, vel multis.

3 Occultantẽ verò ratiocinatione præcolligere oportet ea, per quę syllogismus eius quod ex principio est, debet fieri: & hæc vt plurimũ. Erit autem hoc, si quis nõ solũ necessarias, sed & earum quę ad illas sunt vtiles, aliquã syllogisauerit. Amplius, conclusiones nõ dicere, sed postea ratiocinatione colligere subitarias, sic enim lõgissime abscedet ab ea, quæ ex principio, positiõe. Vniuersaliter aũt dicẽdo, sic oportet cũ interrogare qui occulte interrogat, vt interrogata oĩ oratione & eo dicente conclusionẽ, quęratur propter qđ. Id autem erit maxime per antedictum modum. nã sola vltima dicta conclusione, immanifestũ quomodo accidit, eò q; non prævidit respondens, ex quo accidit, non per membra digestis prioribus syllogismis. minime autem per membra digeritur syllogismus cõclusionis, cũ non eius sumptiones ponuntur, sed cũ illa sumũtur, à quibus syllogismus fit. Vtile autem & nõ continua postulata sumere, ex quibus syllogismi: sed vicissim ad aliã & ad aliã conclusionẽ. Nam positis conuenientibus iuxta seinuicẽ, magis quod accidit ex ipsis manifestũ. Oportet aũt & definitione sumere (in quibus possibile est) vniuersalẽ propositionem: non in ipsis, sed in coniugatis. Nam decipiunt falsa ratiocinatione seipsos, quando in coniugato sumitur definitio, si non vniuersale concedunt. vt si oportet sumere, q; qui irascitur, appetit vindictã: sumatur autem, ira appetitus esse vindictæ propter apparentem contemptum: manifestũ autẽ quoniã hoc sumpto habebimus vniuersale quod præelegimus. at eis qui in ipsis proponunt, sæpe accidit vt abnuat respondens: eò q; magis se habeat in ea re instantia. vt quòd non omnis qui irascit' appetit vindictam, nam parentibus irascimur quidem, non autem vindictam appetimus. Fortasse autem non vera instantia est, nam à quibusdam sufficiens vindicta est, tristari solùm, & facere pœnitere, veruntamẽ habet aliquid verisimile, vt non videat' irrationabiliter negare propositum, in irę autem definitione nõ similiter facile est instantiam inuenire. Præterea proponere par est, non vt propter idipsum, sed alterius gratia, eum qui proponit. nam deuitant ea quæ ad positionem sunt vtilia. Simpliciter autem dicendo, quàm maxime facere dubium, vtrum quod proponitur, an oppositum sumere vult, nam dubio existente, quidnam ad positionem est

vtile,

vtile,magis quod ſibi videtur, ponunt. Amplius per ſimilitudinẽ interrogare,nã & veriſimile,& latet magis vniuerſale,vt q̃ quẽ admodum ſcientia & ignorantia contrariorũ eadem: ſic & ſenſus contrariorum idem, aut econuerſo,poſtq̃ ſenſus idem contrariorũ, & ſcientia,hoc autem eſt ſimile inductioni, non tamen idem, nam illic quidem à ſingularibus vniuerſale ſumitur, in ſimilibus autẽ non eſt quod ſumitur vniuerſale,ſub quo omnia ſimilia ſunt. Oportet aũt & ipſum ſibimet quandoq; inſtantiã ferre, nã inſuſpectè ſe habẽt reſpõdentes ad eos,qui videntur iuſte argumentari. Vtile autem & dicere,q̃ conſuetum,& quòd dicitur tale, nam timent quod ſolitum eſt,dimouere,inſtantiam non habentes,ſimul autem & quia vtuntur & ipſi talibus,cauent ea dimouere. Amplius, nõ ſedulo agere,etſi omnino vtile ſit,Nã aduerſus ſedulo agentes magis renituntᷣ. Et vt in ſimilitudine ꝓponere.Nã quod propter aliud aliquid proponitᷣ,& nõ propter ſeipſum,vtile,ponent magis.
Amplius,nõ id proponere quod oportet ſumere, ſed cui cõſequens id eſt ex neceſſitate. Nã & magis cõcedũt, eò q̃ nõ ſimiliter ex hoc manifeſtũ ſit,quod conſecutũ eſt:& ſumpto hoc, ſumptũ eſt & illud. Et id vltimo interrogare, quod maxime vult ſumere,nã maxime prima renuũt:eò q̃ plurimi interrogantiũ prima dicunt,circa quę vel maxime ſtudẽt.Ad quoſdam aũt prima quę vtilia ſunt, proponere,nã proterui maxime prima admittũt, niſi oĩno manifeſtũ ſit quod ſecuturũ eſt:in fine aũt proteruiunt. ſimiliter autẽ & q̃ cunq; arbitrantᷣ acuti eſſe in reſpõdendo. ponentes enim plurima, in fine recantãt,tanq̃ nihil acciderit ex ijs quæ poſita ſunt, ponunt autem prõpte confidẽtes habitui, & arbitrantes nihil ſe eſſe paſſuros. Amplius, plongare & interponere quę nihil ſunt vſui ad orationẽ,quẽadmodũ pſeudographia vtẽtes,nã cũ ſint plura,immani feſtũ in quo falſum ſit, quare & occultãt quandoq; interrogantes, in abſconſo proponentes ea,quæ per ſe propoſita non ponerentur, ad occultationem igitur, dictis eſt vtendum.

Secundum caput,Pro inſtitutione interrogantis loci alij.

AD ornatũ verò,inductione & diuiſione eorũ quæ affinia ſunt. Inductio igitur quale quid eſt, manifeſtum, diuidere autem huiuſmodi, vt ſcientiam ſcientia eſſe meliorem:aut eò quòd exactior eſt,aut quòd meliorum, & quòd ſcientiarum alię quidem ſunt cõtemplatiuæ,aliæ autem actiuæ,alię porrò effectiuæ,nam vnum quodq; talium coornat quidem orationem, at nõ neceſſarium eſt, vt dicatur ad concluſionem. Ad diluciditatẽ aũt exempla & ſimilitudines afferendũ. Exempla autẽ accommodata,& ex quibus ſcimus,qualia Homerus, non qualia Chœrilus, ſic enim clarius erit quod proponitur. Vtendũ aũt in differendo, ſyllogiſmo quidẽ ad dialecticos magis,q̃ ad multitudinem: inductione verò contra, ad multitudinem magis.Dictum eſt autem & de his & prius. Eſt aũt in aliquibus quidẽ inducẽti poſſibile interrogare vniuerſale:in aliquibus verò non facile, eò quòd nõ poſitum ſit ſimilitudinibus nomen omnibus commune, ſed quando oportet vniuerſale ſumere,ſic in omnibus talibus dicũt id determinare difficillimum eſſe: qualia ſunt ea quæ proferũtur huiuſmodi, & qualia nõ, & propter hoc ſæpenumero in ſeinuicẽ diſſidẽt in diſputatiõibus:alij quidẽ dicentes,ſimilia eſſe,quę nõ ſunt ſimilia:alij verò dubitãtes quę ſunt ſimilia nõ eſſe ſimilia.Quare tẽtandũ in omnib⁹ talibus,ipſum nomẽ effingere, vt neq; reſpõdenti liceat dubitare quòd nõ ſimiliter, quod infertur,dicitur:neq; interroganti calumniari,vt ſimiliter dicto, eò quòd plura corũ quæ non ſimiliter dicuntur,ſimiliter videntur dici. Quando autem inducenti in pluribus, nõ dederit vniuerſale:tunc iuſtum eſt efflagitare inſtantiam. non dicente autem ipſo in aliquibus ſic,nõ iuſtum eſt efflagitare, in aliquibus non ſic. Oportet enĩ inducentẽ prius,ſic inſtantiã efflagitare. Efflagitãdũ autẽ inſtantias nõ in eo quod proponitur ferre,niſi vnũ tantum ſit huiuſmodi, vt binarius parium numerorum ſolus primus. Nam oportet & eum qui inſtat in altero inſtantiã ferre, aut dicere quòd hoc ſolum tale eſt. Ad eos autem qui inſtant vniuerſali,nõ in eodem autem inſtantiã ferunt, ſed in æquiuoco (vt quòd habeat aliquis nõ ſuum colorẽ,vel pedẽ,vel manum,habebit enim pictor nõ ſuum colorẽ,& cocus pedẽ non ſuum) diuidendo reuera in talibus interrogandũ eſt. Nã latente æquiuocatione,bene videtur inſtare propoſitioni. Si autem non in æquiuoco, ſed in eodem inſtans præpediat interrogationem, oportet auferentem id in quo inſtãtia eſt,proponere reliquũ,vniuerſale faciendo: donec ſumat quod vtile eſt. Vt in obliuione & in oblitum eſſe, nõ enim cõcedũt eum q̃ amiſit ſcientiam oblitum eſſe, eò quòd tranſeunte re,amiſit quidẽ ſcientiam, oblitus autem non eſt. Dicendum autem auferenti id in quo inſtantia eſt,reliquum,vt ſi permanẽte re amiſit diſciplinã, idcirco oblitum eſſe.Similiter autem & contra inſtantes, quod maiori bono maius opponitur malum, proferunt enim quod ſanitati

Vbi ſyllogiſmo, & vbi inductione vtendum.

Quando petenda inſtantia.

minori bono q̃ bona habitudo, maius malum opponit, nã ægritudinem maius esse malum mala habitudine, auferendum igitur & in hoc id in quo instantia est, nam ablato, magis ponet. vt qd maiori bono maius malum opponitur, nisi coinferat alterũ. quemadmodũ bona habitudo sanitatem. Non solum autem eo instãte hoc faciendum: sed & si sine instantia negat, eò quòd præuideat aliquid taliũ. Nam ablato eo, in quo instãtia est, compelletur ponere. eò q̃ non præuideat in reliquo, in aliquo nõ sic esse. Si aũt nõ ponat, eleflagitatus instantiam non habebit assignare. Sunt autem huiusmodi propositionũ quę in aliquo falsæ sunt, in aliquo aũt veræ. in his .n. par est auferre: reliquũ aũt verũ relinquere. Si aũt in multis proponenti non ferat instantiã, postulandũ est ponere. Nã dialectica est propositio, ad quam sic in pluribus se habentẽ nõ est instãtia.

5 Quando autem contingit idem & sine impossibili & per impossibile syllogizare, demonstrãti quidẽ & non dissentiẽti, nihil refert vel sic, vel illo modo syllogismo colligere. differenti aũt nõ est vtendũ per impossibile syllogismo. nã si sine impossibili quidẽ syllogismo colligat, minime fiet vt dubitent. at quãdo per impossibile syllogizãt (nisi valde manifestum sit falsum esse) nõ impossibile dicũt esse. quare nõ fit interrogãtibus quod volũt. Oportet aũt proponere quæcunq; in pluribus quidẽ sic se habẽt: instantia aũt aut omnino nõ est, aut nõ in superficie est cõspicere. nã qui nõ possunt conspicere in quibus non sic, tanq̃ verum quidem sit, ponunt. Non oportet autem conclusionem, interrogationem facere. Alioquin autem eo renuente nõ videtur fieri syllogismus. nam & sæpe cũ non interrogat, sed vt sequens infert, negant. & hoc facientes non videntur redargui ijs qui non conspiciunt quòd accidit ex ijs quę posita sunt. quando igitur non dicens quidem accidere, interrogabit, ille autem negabit, omnino non videtur fieri syllogismus.

Non videtur autẽ omne vniuersale dialectica propositio esse. vt, quid est homo? aut quot modis dicitur bonum? est enim dialectica propositio, ad quam est respondere, sic, vel non: ad dictas autem non est. quare non sunt dialecticæ huiusmodi interrogationes: nisi ipse determinãs vel diuidens dicat: vt putásne bonum sic vel non sic dicitur? nam ad talia facilis responsio, vel affirmando, vel negãdo. quapropter tentandũ sic proponere huiusmodi propositiones. Simul autem & iustum fortasse ab illo interrogare, quot modis dicitur bonum: quando hoc diuidente & proponente, nullo modo concesse-

rit. Quisquis autẽ vnã orationem multo tempore interrogat, male interrogat. Nam si respondeat qui interrogatur ad id quod interrogatur, manifestũ quòd multas interrogationes interrogat, aut frequenter easdem. quare aut nugat, aut non habet syllogismum. nã ex paucis omnis syllogismus. si verò non respõdeat, patet quòd non increpat, aut discedit.

6 Est autem argumentari difficile: & sustinere facile easdem suppositiones. Sunt aũt talia, & quæ natura sunt prima, & quę postrema. Nã prima quidẽ definitiõe egẽt. postrema verò per multa terminãt volẽti cõtinuũ sumere à primis, aut sophisticæ videtur argumẽtationes. impossibile .n. demonstrare quippiã est eũ, qui non incipit à propriis principijs, & cõnectit vsq; ad vltima. definire autẽ nihil ducunt respondentes, neq; si interrogãs definierit, aduertunt. atqui nõ facto manifesto quidnã est quod propositum est, non facile est argumentari. maxime autem quod tale est, circa principia accidit. nã alia quidem per hæc mõstrantur, ipsa verò non contingit per alia: sed necesse est definitione talium, vnumquodq; cognoscere. Sunt autẽ difficile argumentabilia, & quæ valde propinqua sunt principio. Nõ enim cõtingit plures ad hæc rationes inuenire: cũ sint pauca media, horũq; & principioꝝ, per quæ necesse est monstrare ea quæ post illa sunt. Definitionũ autem difficile argumẽtabiles eæ omniũ maximæ sunt, quęcunq; vtuntur talibus nominibus, quę primũ quidem immanifesta sunt, simpliciterne dicantur, an multipliciter. adhæc autem quæ neq; nota vtrum proprie, an secundum metaphorã de definito dicantur. Nam quia obscura sunt, non habet argumenta. quia verò ignoratur si absq; metaphora dicitur quod tale est, nõ habet quod increpet. Omnino autem omne problema quãdo difficile atgumẽtabile, vel definitione indigere arbitrandũ est. vel est eorum quę multipliciter, vel eoꝝ quæ secundum metaphoram esse dicũtur, vel non longe à principijs: vel quia non manifestum est primum nobis hoc idẽ, secundum quẽ dictoꝝ modorum est quod dubitationem præstat. Nã cũ est manifestus modus, manifestũ quoniã aut definire oportebit, aut diuidere, aut medias ꝓpositiones inuenire. nã per hæc monstrantur vltima. In multis aũt positionibus, non bene assignata definitione, nõ facile disputare ac argumentari. vt vtrũ vnũ vni contrariũ, an plura. definitis autẽ contrarijs alijs aliquo modo facile est ostendere, vtrũ cõtingit plura eidem esse contraria, an non. eodem aũt modo

& in alijs definitione indigentibus. Videntur autem & in diſcipli nis quædã ob definitionis defectũ,non facile deſcribi.vt & quoniã quæ ad latus ſecat planum linea, ſimiliter diuidit & lineã & locũ. definitione autem dicta, ſtatim manifeſtũ eſt quod dicitur . nã eã= dem ablationem habent loca & lineæ.eſt autem definitio eius ora tionis hæc. Simpliciter autem prima elementorũ,poſitis quidẽ definitionibus(vt quid linea,vel quid circulus)facillimũ oſtẽdere: verùm non multis ad vnũquodq; eor̃ eſt argumentari: eò q̃ non ſunt multa media. ſi autem nõ ponantur principiorũ definitiones, difficile:fortaſſe autem omnino impoſſibile . Similiter autem his, & in ijs quæ ſunt circa orationes,ſe habet.nõ igitur latere oportet, quãdo difficile argumẽtabilis eſt poſitio, quòd paſſa eſt aliquid eo rũ quæ dicta ſunt. Quando aũt erit ad dignitatẽ & propoſitonem, maior labor diſputare,q̃ ad poſitionem.Dubitare vtiq; poſſit quiſ piam,vtrum ponenda ſint talia,an non. nam ſi non ponat,ſed poſ cat & ad illa diſputare , maius præcipiet q̃ quod in principio poſi tum eſt . ſi verò ponat , credet ex minus credibilibus . ſi igitur o= portet non difficilius problema facere, ponendũ : ſi autem per no= tiora ratiocinari,nõ ponendum. An diſcenti quidem non ponendũ, niſi notius ſit : exercenti verò ponendum,ſi verum ſolùm videat: quare manifeſtum , quod non ſimiliter & interroganti & docenti exiſtimandum eſt ponendum. Quo pacto igitur interrogare & or= dinare oporteat,pene ſufficiunt quæ dicta ſunt

Tertium caput. Loci pro reſpondente.

DE reſponſione autem primũ quidem determinandũ, quodnã eſt opus bene reſpondentis , quemadmodũ bene interrogan= tis.Eſt autem interrogantis quidem,ſic deducere orationẽ. vt faci= at reſpondentem dicere abſurdiora , q̃ ea quæ propter poſitionẽ ſunt neceſſaria:reſpondẽtis verò,non propter ſe apparere accidere impoſſibile,aut quod præter opinionẽ eſt:ſed propter poſitionẽ.nã alterũ fortaſſe peccatũ,ponere primum quod nõ oportet,& poſitũ nõ ſeruare aliquo modo. Quia autem ſunt indeterminata ijs,qui propter exercitationem & experientiam orationes faciunt (nã non eædem conſiderationes & diſcentibus & docentibus & concertan= tibus:neq; his,& ijs qui exercent ſemper ſe inuicẽ inſpectionis gra= tia,nã diſcenti quidem ponenda ſunt ſemper ea quę videtur: Neq; enim conatur falſum vllus docere: concertantium verò interrogã tem quidem videri aliquid facere oportet omnino, reſpondentem autem

autẽ nihil videri pati,& in dialecticis cõgreſſionibus, q̃æ nõ con= certationis gratia,ſed experimenti & inſpectionis orationes fiũt,nõ dũ enucleatũ eſt quopacto oporteat cõiectare reſpondentẽ,& qua= lia dare, & qualia nõ, ad bene aut non bene ſeruandã poſitionem, quoniam (inquam) nihil habemus traditum ab alijs , ipſi aliquid dicere tentemus.

8 Neceſſe eſt aũt reſpondentem ſuſtinere orationẽ,ponendo aut p babilẽ,aut improbabilẽ poſitionẽ,aut neutram . & aut ſimpliciter probabilem,aut improbabilem, aut determinate : vt alicui aut ſi= bi aut reliquo.Nihil aũt refert quomodo ea probabilis,aut impro babilis ſit.nã idem modus erit bene reſpondendi,dandi vel nõ dã= di quod interrogatũ eſt . nã cũ improbabilis eſt poſitio,neceſſe eſt & concluſionẽ probabilem fieri:cũ verò probabilis,improbabilẽ. nã oppoſitũ ſemper poſitionis interrogãs concludet . ſi autem neq; improbabile neq; probabile , quod poſitum eſt : & concluſio erit talis. Quoniã autem bene ratiocinãs,ex probabilioribus & noti= oribus propoſitũ demonſtrat:manifeſtũ eſt q̃ quãdo ſimpliciter eſt improbabile quod proponit , nõ dandum eſt reſpondenti, nec qđ non videtur ſimpliciter,nec quod videtur quidẽ,minus aũt cõclu= ſione videtur.Nã cum improbabilis eſt poſitio,probabilis eſt con= cluſio,quare oportet quæ ſumuntur , probabilia eſſe oĩa:& magis probabilia q̃ quod proponitur,ſi debet per notiora quod minus p= babile eſt , cõcludi.quare ſi neq; tale eſt quippiã eor̃ quæ interro= gantur,nõ ponendum eſt reſpondẽti. Simpliciter aũt ſi eſt probabi lis poſitio,dilucidum eſt quoniam concluſio ſimpliciter improba= bilis.Ponendũ igitur & quæ videntur omnia,& eor̃ quę nõ viden tur,quæcunq; minus ſunt improbabilia cõcluſione.Nam ſufficien ter ſic videbitur diſceptatum eſſe. Similiter aũt erit,& ſi neq; im probabilis,neq; probabilis eſt poſitio.Nam ſic & quæ videntur o= mnia dandũ,& eor̃ quæ non videntur,quæcunq; magis ſunt pro= babilia concluſione,ſic enim probabiliores accidit orationes fieri.

Omnis poſitio dialectica eſt p babilis, aut im= probabilis,aut neutra.

Si igitur ſimpliciter quidẽ probabile, vel improbabile quod po= nit̃,ad ea quę videtur ſimpliciter,cõparatio facienda. Si autem nõ ſimpliciter probabile vel improbabile ſit,quod ponitur,ſed reſpõ= dẽti:ad ſeipſum,quod videtur & quod nõ videtur iudicando,ponẽ dũ vel non ponendũ. Si verò alterius opinionẽ tuetur reſpondẽs, manifeſtum quoniam ad illius intelligentiam aſpiciendo , ponere ſingula debet & negare , quare & qui curant extraneas opiniões,

vt bonũ & malum esse idẽ: quemadmodũ Heraclitus inquit, non dãt non adesse simul contraria eidẽ: non quia nõ videntur eis hæc, sed qui secundũ Heraclitum sic dicendũ: faciunt hoc autem & qui suscipiunt ab inuicẽ positiones. coniectãt enim ac si is dicat qui ponit, manifestũ igitur quæ coniectandũ respondenti, siue simpliciter probabile, siue alicui positum est. Quoniã autem est necesse, oẽ quod interrogat aut probabile esse, aut improbabile, aut neutrum, & ad orationem, aut non ad orationem attinere quod interrogatur: si sit quidem quod videtur, & non ad orationem, dandum est, dicẽdo q̃ videtur. Non enim interimit, posito eo, quod in principio. Si verò nõ videtur, & non ad orationem, dandũ quidem, & cõsignificandũ quòd nõ videtur, ad deuitationem absurditatis. Si verò sit ad orationem & videatur, dicendum quoniã videtur quidẽ, sed valde propinquũ ei, quod in principio est, & interimitur, eo posito, quod propositũ est. Si autem ad orationẽ quidem, valde autem improbabile postulatũ, dicendum q̃ accidit, hoc posito, at valde absurdũ esse quod proponitur. Si verò neq; probabile neq; improbabile, si nihil quidem ad orationem, dandũ nihil determinando. Si autẽ ad orationem, consignificandum q̃ interimitur, posito eo quod in principio est. Nã sic & qui respõdet, nihil videbitur propter hoc pati, si quidem præuidens singula posuerit: & qui interrogat, assequetur syllogismum, positis ab eo omnibus probabilioribus cõclusione. Quicunq; verò non ex probabilioribus cõclusione conantur ratiocinari, perspicuum quoniam nõ bene ratiocinãtur, quare cum sic interrogãt, nõ ponendum.

Diuisio eorum quæ interrogãtur

9 Similiter aũt & in ijs quę obscure & multipliciter dicũtur, occurrendum est. Nã quia datum est respõdenti nõ intelligenti, dicere, non intelligo. & multipliciter dictum nõ ex necessitate cõfiteri vel negare: manifestum quoniã primum quidem nisi planum sit quod dicit, nõ cunctandum, vt dicat, haud intelligo. nã sæpe ex eo q̃ non clare interrogãtibus dãt, occurrit aliquid difficile. Si aũt notũ qui dẽ sit, multipliciter autem dictum, si in omnibus quidem verũ vel falsum sit quod dicitur, dandum simpliciter quod dicitur, vel negãdum. si verò in aliquo quidem sit verũ, in aliquo aũt falsum, significandum est quòd multipliciter dicitur: & quia hoc quidẽ falsum, illud autem verum. Nam cũ posterius distinguitur, immanifestũ si & in principio ambiguũ animaduerterit. Si autem non præuiderit dubium, sed in alterum aspiciens posuerit, dicendum ad eum

eum qui in alterum ducit, quoniã non ad id aspiciens dedi, sed ad alterꝫ eorꝫ. nam pluribus existentibus, quæ sub eodem nomine, vel eadem oratione sunt, facilis est ambiguitas. Si verò & dilucidũ sit & simplex qd̃ interrogatur, aut sic aut nõ respõdendum. Quoniã autem omnis propositio syllogistica, aut eaꝫ aliqua est, ex quibus syllogismus aut propter aliquam illarum, manifestum quòd quãdoq; alterius gratia sumetur, ex eo quòd plura similia interrogãt. Nã aut per inductionẽ aut per similitudinẽ, plerũq; vniuersale sumunt. singularia igitur omnia ponendũ, si sint vera & probabilia. ad vniuersale aũt tentandum instantiã ferre. Nã sine instantia vel quæ sit, vel quæ videatur, prohibere orationẽ, pteruire est. si igitur multis apparentibus, nõ dederit vniuersale, qui nõ habet instantiã: manifestum est quoniã proteruit. Amplius, si neq; cõtra argumẽtari habeat, q̃ nõ verũ, multo magis videbitur proteruire. quãuis nec hoc sufficit. nã cõplures orationes opinionibus cõtrarias habemus, quas difficile est soluere. velut Zenonis, quòd non cõtingit moueri neq; stadium pertrãsire, sed non propter id, quę sunt oppositа his non ponendum. Si igitur qui neq; contra argumentari habet, neq; instare, nõ ponit: dilucidum quoniã proteruit. est enim in disputationibus proteruia, responsio prꝫter dictos modos, syllogismi destructiua. Sustinere autem & positionẽ & definitionẽ, ipsum sibijpsi oportet præargumentando. Nã ex quibus interimũt interrogãtes quod proponitur, manifestũ quoniam ijs aduersandũ. Inopinabilem verò suppositionẽ cauendũ sustinere. Erit autem inopinabilis multipliciter, nam & ea, ex qua absona contingit dicere. vt si oĩa dicat aliquis moueri, aut nihil: & quęcũq; bonis moribus pugnãt esse eligenda, & quæ cõtraria voluntatibus. vt q̃ voluptas bonum, & iniuriã facere melius q̃ iniuriã pati. nã non vt orationis gratia sustinentẽ, sed vt ea quæ videantur dicentem, oderunt. Quæcunq; verò orationum falsum colligunt, soluendũ interimendo id propter quod fit falsum. Nã non is qui quoduis interimit, soluit: ne quidẽ si falsum est quod interimitur. habere enim potest plura falsa, oratio. vt si quis sumat sedentẽ scribere, Socratẽ verò sedere. accidit enim ex his, Socratem scribere. interempto igitur Socratem sedere, nihil magis soluta est oratio, quãuis falsum sit postulatum, sed nõ propter id oratio falsa. nã si quis sit sedẽs, nõ scribens autẽ: nõ amplius in tali, apte accõmodabitur eadẽ solutio. quare nõ id interimendum, sed sedentem scribere, nõ enim omnis qui sedet

Proteruire.

Proteruia.

Quomodo sint soluendæ argumentationes.

qui ſedet,ſcribit.Soluit igitur omnino,qui interimit id propter qđ ſit falſum,nouit aũt ſolutionem, qui ſcit quod propter id falſa oratio,quẽadmodũ in ijs quæ falſò deſcribũtur,nõ enim ſufficit inſtare,ne quidẽ ſi falſum ſit,qđ interimit. Sed & id propter quod falſum,aſſignandũ. ſic enim erit manifeſtũ,vtrũ prævidens aliquid, an non,facit inſtantiam.

Quatuor ſunt modi ꝓhibendi.

Quartum caput. Loci communes pro interrogante & reſpondente.

ESt autẽ orationẽ prohibere concludi, quadrupliciter. Nã aut interimendo id propter quod ſit falſum. Aut ad interrogantẽ, inſtantiã dicendo,ſæpe enim nõ ſoluit quidẽ:qui tamen interrogat, non poteſt longius producere. Tertiũ autẽ,ad interrogata, accidit enim ex interrogatis quidẽ non fieri quod volumus, eò ꝙ nõ bene interrogata ſint: addito aũt aliquo,fieri cõcluſionẽ. ſi igit nõ amplius poteſt ꝓducere interrogãs,ad interrogãtẽ erit inſtãtia:ſi autẽ poteſt,ad interrogata. Quartũ autem,peſſima eſt inſtantiarũ,quæ ad tempus,nam quidam talibus inſtant,quæ vt diſcutiãtur maiori tempore egent,q̃ ferat præſens diſputatio. Inſtantiæ igitur,vt dictum eſt prius,quatuor modis fiunt. Solutio autem eſt earum quę dictę ſunt,prima tãtum:reliquę autem prohibitiones quædã & impedimenta cõcluſionum. Inculpatio verò orationis,& ſecundum ipſam orationem,& quãdo interrogatur non eadẽ. Plerunq; enim, ꝙ non bene diſputatur oratio,is qui interrogatur, eſt cauſa: eò ꝙ nõ concedat ex quibus probe erat diſputare ad poſitionem,nã non eſt in altero ſolo,bene abſoluere cõmune opus. Neceſſarium igitur quandoq; ad dicentem, & non ad poſitionem argumentari:quando is qui reſpõdet,contraria interrogãti obſeruat calumnians, proteruientes igitur, altercatorias & non dialecticas faciunt exercitationes. Amplius aũt quia exercitationis & experimenti gratia,& non doctrinæ huiuſmodi ſunt orationes, perſpicuum quoniam nõ ſolùm vera cõcludendum,verùm etiam falſum:nec per vera ſemper,ſed quãdoq; & per falſa. Sæpe enim vero poſito,interimere neceſſe eſt diſputantem,quare proponenda falſa, quandoq; autem & falſo poſito interimendum per falſa. nihil enim prohibet,alicui videri quę non ſunt,magis q̃ vera,quapropter ex ijs quę illi videnť, oratione facta,magis erit ſuaſus q̃ adiutus. Oportet autem eum qui bene transfert, dialectice & non contentioſe transferre. Vt geometram geometrice: ſiue falſum ſiue verum ſit quod concludendum eſt,quales autem dialectici ſyllogiſmi,dictum eſt prius.

Quoniã

Quoniam aũtem malus ſocius,qui impedit commune opus, patet ꝙ & in orationibus,nam commune quippiam quod proponitur & in illis eſt: præterq̃ in concertantibus, his autem non eſt eundem vtriſq; finem aſſequi. nam plures vno impoſſibile eſt vincere. Differt autem nihil,ſiue in reſpondendo,ſiue interrogãdo id fiat, nam & qui contentioſe interrogat,praue diſputat: & qui in reſpondendo non dat quod videtur,neq; ſuſcipit quicq̃ quod vult interrogãs interrogare. Manifeſtum igitur ex ijs quæ dicta,quòd non ſimiliter inculpãdum & ſecundum ſeipſam orationem,& interrogãtem. Nam nihil prohibet,orationem quidem prauã eſſe, interrogantẽ verò,vt poſſibile eſt optime contra reſpondentem diſceptare,nam contra proteruos non poſſibile fortaſſe ſtatim ſumere quales quis vult: ſed quales fieri poſſibile, faciendi ſyllogiſmi. Quoniã autem eſt indeterminatum quando contraria, & quando ea quæ ſunt in principio,ſumunt homines (nam plerunq; per ſeipſos dicentes, contraria dicunt:& abnuentes prius,dant poſterius. eò ꝙ interroganti & contraria,& quæ in principio plerunq; obediunt) neceſſe eſt prauas fieri diſputationes. cauſa autem eſt qui reſpondet, hæc quidem non dans,illa autem talia dãs. manifeſtum igitur, quoniã nõ ſimiliter inculpandum & interrogantes,& orationes.

Orationis autem ſecundũ ſe quinq; ſunt inculpationes. Prima quidem,quãdo ex interrogatis nõ cõcluditur,neq; quod propoſitũ eſt,neq; omnino quicq̃:cum ſint vel falſa, vel inopinabilia,aut omnia aut plurima,in quibus cõſiſtere debet concluſio. & neq; ablatis quibuſdã,neq; additis, neq; his quidem ablatis, illis verò additis, fit cõcluſio. Secunda autem,ſi ad poſitionem non fiat ſyllogiſmus: & ex talibus,& eo modo quo dictum eſt prius. Tertia verò,ſi additis quibuſdã fiat ſyllogiſmus: hæc autem ſint deteriora ijs quæ interrogãť,& minus probabilia cõcluſione: etiã ſi ablatis quibuſdã. nã quãdoq; ſumunt plura neceſſarijs, quare nõ eò ꝙ hæc ſunt, fit ſyllogiſmus. Amplius ſi ex opinabilioribus & minus credibilibus concluſione:aut ſi ex veris, ſed maiore opera indigentibus demonſtrari, quàm problema. Non oportet aũt omniũ problematum ſyllogiſmos exiſtimare ſimiliter probabiles eſſe,& ſuaſibiles. natura enim ſtatim ſunt aliqua quidem faciliora,alia verò difficiliora, eorũ quæ interrogãť. quare ex aliquibus, vt fieri poteſt,maxime probabilibus,coniecturã fecerit:diſputatum bene eſt. Manifeſtũ igit quoniã orationis nõ eadem inculpatio, & ad problema & ſecundũ ſe,

se. Nã nihil secundũ se quidẽ orationem prohibet esse vituperabilẽ, ad problema autẽ laudabilẽ. & rursum ediuerso, secundũ se quidem laudabilẽ, ad problema autem vituperabilem: quãdo ex pluribus est facile cũ probabilibus tũ veris cõcludere. Erit aũt quãdoq; oratio etiã cõcludens q̃ nõ cõcludens deterior, quãdo illa quidẽ ex absurdis cõcludit, cũ non sit tale problema: hæc autem indigeat talibus quæ sunt probabilia & vera, & nondũ ex assumptis sit oratio Eos autem qui per falsa verũ cõcludunt, nõ iustũ est inculpare. Nam falsum quidẽ semper necesse est ex falsis colligere: verũ autem est quandoq; ex falsis colligere, manifestũ autem id ex analyticis. Cum autem demonstratio sit alicuius dicta oratio, si aliqd est aliud quod ad cõclusionem nullo modo se habet, nõ erit ex illo syllogismus, si autem appareat, sophisma erit, non demõstratio. Est aũt philosophema quidẽ, syllogismus demõstratiuus: epicherema autem, syllogismus dialecticus: sophisma verò, syllogismus cõtenti osus: aporema aũt, syllogismus dialecticus contradictionis. Si verò ex vtrisq; quæ videãtur, aliquid ostendatur, nõ autem similiter videãt: nihil phibet quod ostẽdit magis vtroq; videri. Sed si hoc quidẽ videatur, illud autem neutra parte: aut si hoc quidem videatur, illud aũt nõ videatur: si similiter quidem, similiter vtiq; erit, & nõ, si autẽ magis alteꝝ, sequetur quod est magis. Est autem quoddã & idem in syllogismis peccatum: quando ostenditur per longiora, quod cõtingit per breuiora, & quæ orationi assunt. Vt q̃ est opinio magis altera, q̃ altera: si quis petat ipsum vnũquodq; maxime esse, esse aũt opinabile, ipsum qd̃ vere est. quare quibusdã magis est se ipsum, ad quod aũt magis, magis dicit̃ esse. esse autẽ & ipsam opinionem verã, quæ erit accuratior cęteris, petitum est autem & ipsam opinionem veram esse, & ipsum vnumquodq; maxime esse: ista ipsa opinio quæ maxime vera est, certior est, sed quæ nequitia? an quòd facit propter quam est oratio, latere causam?

Quintum caput. Pro opponente & respondente loci communes.

ORatio autẽ est manifesta, vno quidẽ modo & publicissimo, si sit concludẽs sic, vt nihil oporteat interrogare. vno aũt, & qui maxime dicitur, cũ sumpta quidem sint ex quibus necessariũ est cõclusionẽ esse, quæ quidẽ sint per cõclusiones cõclusa. Insuper si id omittitur, quod valde probabile est. Falsa autem oratio vocatur quadrupliciter. Vno quidem modo, quando apparet concludere quę nõ concludit, vocatur aũt apparẽs litigiosus syllogismus. Alio modo

modo, quãdo cõcludit quidẽ nõ tamẽ ad propositum, quod accidit maxime in ijs quæ ad impossibile ducunt. Aut ad ꝓpositum quidẽ cõcludit, nõ tamẽ secundũ propriã disciplinã, hoc aũt est, si ea quæ nõ est medicinalis, videatur esse medicinalis: aut geometrica, quæ nõ est geometrica: aut dialectica, quę nõ est dialectica, siue verũ sive falsum sit quod accidit. Alio aũt modo, si per falsa cõcludit. huius aũt erit quandoq; quidem conclusio falsa, quandoq; autem vera. nã falsum quidem semper ꝑ falsa concludit. verũ autem possibile est & nõ per vera, vt dictum est prius. Quòd autem falsa sit oratio, dicẽtis peccatum potius est, q̃ orationis. at ne quidẽ dicẽtis semper, sed cum lateat ipsum, q̃ falsam orationẽ dixit aliquã. eò quòd secundum se magis eam probamus quàm multas veras, quoniã ex ijs quæ maxime videtur interimit aliquid verorũ (talis enim cum sit, verorũ demonstratio est) Nã oportet positorũ aliquid non esse omnino, quare erit huius demõstratio. Si autem verum concludat per falsa & valde absurda, cõpluribus deterior erit, quę falsum colligũt. erit aũt talis, & quæ falsum cõcludit. Quare manifestũ, q̃ prima qdẽ cõsideratio orationis secũdũ seipsam est, si cõcludit. se cũda aũt, vtrũ verũ an falsum: tertia verò, ex qualibus quibusdã. Nã si ex falsis quidẽ, opinabilibus aũt, rationabilis. si aũt existentibus quidẽ, sed inopinabilibus, praua. si verò & falsa & valde inopinabilia sint, dilucidũ q̃ praua, aut simpliciter, aut ad rem.

¶ Id autẽ qd̃ in principio & cõtraria quonã pacto peteret interrogãs, secundũ veritatẽ quidẽ in analyticis dictũ est: secundũ opinionẽ verò nunc dicendũ est. Petere aũt videnť id quod in principio quinq; modis. Manifestissimo quidẽ & primo, si quis idipsum quod mõstrari oporteat, petat. hoc aũt in eo ipso qdẽ nõ facile latere potest, in synonymis aũt, & in quibuscũq; nomẽ & oratio idẽ significat, magis. Secũdo aũt, quãdo quod particulariter oporteat demõstrare, vniuersaliter quis petat. vt q̃ argumẽtať, q̃ contrariorꝝ vna sciẽtia, oĩm oppositorꝝ postulauerit vnam esse. nã videtur id quod oportebat secundũ se ostendere, cum alijs petere pluribus. Tertio, si quis quod vniuersaliter est ostẽdere propositũ, particulariter petat. vt si de oĩbus cõtrarijs propositũ est, de aliquib⁹ postulet. videtur enim hic quod cũ pluribus oportebat ostendere secundũ se, extrà petere. Rursus si quis diuidẽs, petat ꝓblema. vt si oportet ostẽdere medicinã sani & ægri, extrà, vtrũq; postulet. Aut si quis eorꝝ quæ sequũť seinuicẽ ex necessitate, alterũ petat, vt latus incommẽ

surabile

ſurabile eſſe diametro, ſi oporteat oſtẽdere, q̃ diameter lateri. Aequaliter aũt & cõtraria petũt ei quod ex principio eſt. Nam primo quidem, ſi quis oppoſita petat ſecundũ affirmationẽ & negationẽ. Secundo autem contraria ſecundum oppoſitionem, vt bonũ & malũ, idem. Tertio verò, ſi quis vniuerſaliter poſtulans, particulariter petierit contradictionẽ, vt ſi quis ſumens, cõtrariorũ vnã diſciplinã, ſani & ægri diuerſam eſſe petat. Aut ſi hoc petens, in vniuerſali oppoſitionẽ tentet ſumere. Rurſum ſi quis petat cõtrariũ ei, quod ex neceſſitate accidit per ea quę poſita ſunt. Et ſi quis ea quidẽ non ſumat quæ oppoſita, ad alia petat duo, ex quibus erit oppoſita cõtradictio. Differt autẽ cõtraria ſumere tantillũ ab eo quod eſt in principio. quoniam huius quidem eſt peccatum ad concluſionem, nam ad illam aſpicientes, quod in principio eſt dicimus petere: contraria autem ſunt in propoſitionibus, eò quòd ipſæ aliquo modo ſe habent ad inuicem.

nõ est caput in multis

Sextum caput. Præcepta exercitationis conſtituuntur.

AD gymnaſiã autem & exercitationẽ talium orationũ, primũ quidẽ aſſueſcere oportet cõuertere orationes. Sic enim & ad id quod dicitur, copioſius nos habebimus, & in paucis, plures ſciemus orationes, nã conuertere, eſt tranſſumẽtem cõcluſionẽ cũ reliquis interrogatiõibus, interimere vnũ quippiã eorũ quę dicta ſunt. neceſſe enim, ſi concluſio nõ eſt, vnam aliquã interimere propoſitionũ: ſi quidẽ omnibus poſitis neceſſe erat cõcluſionem eſſe. Ad omnem autem poſitionem & quòd ſic, & quòd non ſic argumentũ conſiderandũ: & cum inueneris, ſolutionem ſtatim quærendũ. Sic enim ſimul accidet, & ad interrogãdum, & ad reſpondendũ exerceri. Et ſi cũ aliquo non diſputemus, apud noſipſos ſenſim cõparanda ſunt, quæ attinent ad ipſam poſitionẽ, argumenta. nã id ad cogendũ multã copiam præbet, & ad redarguendum magnũ habet adiumentũ, quando quiſpiã promptus eſt argumentari: & quòd ſic, & quòd nõ ſic. nã ad contraria accidit facere obſeruationẽ. Et ad cognitionem & eã, quę ſecundum philoſophiã eſt, peritiam poſſe cõſpicere, & conſpexiſſe quę ab vtraq; accidunt ſuppoſitione, nõ paruum inſtrumẽtum. reliquum enim horum, recte eligere alterum. oportet autem ad id quod tale eſt, eſſe bono ingenio. & hoc eſt ſecundum veritatem bonum ingenium, poſſe bene eligere verũ, & diffugere falſum, quod qui nati ſunt bene, poſſunt ꝓbe facere. nam qui amant, & qui oderũt, quod profertur, facile diſcernũt optimũ.

Et ad

Et ad ea quæ ſæpiſſime incidunt problemata, ſcire oportet orationes: & id maxime de primis poſitionibus. nã in his faſtidiunt ſæpe qui reſpondent. Amplius definitionũ copioſos eſſe oportet, & probabilia & prima habere in promptu. nã per hæc fiunt ſyllogiſmi. Tentandũ autem & ea, in quæ ſæpiſſime incidunt diſputationes, tenere. nã quemadmodum in geometria antè opus eſt circa elementa exercitatũ eſſe, & in numeris circa capitales prõpte ſe habere, & multum refert ad hoc & alium numerum cognoſcere multiplicatum: ſimiliter quoq; & in orationibus promptum eſſe ad principia, & propoſitiones quas memoria ſcire oportet. nã perinde ac in memoriæ ſenſorio ſolũ, loci poſiti ſtatim faciunt ipſas res memorare, & hæc faciunt ad ratiocinandũ promptiorem. eò quòd ad determinatas illas inſpiciat ſecundum numerum. Et propoſitionem communem magis quàm orationem in memoria ponendum. Nã principij & ſuppoſitionis copioſum eſſe, quanuis mediocriter, difficile. Amplius, orationem vnã plures facere aſſueſcendũ: velut ij, qui occultiſſime abſcondunt. Tale autem erit, ſi quis q̃plurimum abſcedat ab affinitate eorum, de quibus eſt oratio. Erunt autem potiores orationum vniuerſales maxime, quæ id pati poſſint. vt quoniã nõ vna eſt pluriũ ſcientia. ſic enim & in ijs quæ ſunt adaliquid, & in cõtrarijs, & cõiugatis eſt. Oportet aũt & reminiſci, vniuerſales facere orationes: tametſi fuerit diſputãs particulariter. Sic enim & plures licebit vnã facere. ſimiliter aũt & apud rhetores in enthymematibus. Ipſum autem q̃ maxime fugere, cõtra vniuerſale ferre ſyllogiſmos. Et ſemper oportet conſiderare orationes: ſi in pluribus cõmunibus diſputantur. Nam omnes particulares in vniuerſali diſputatæ ſunt, & ineſt in particularibus eius quod eſt vniuerſale, demonſtratio. eò q; nõ eſt colligere quicquam ſine vniuerſali. Exercitatio autem faciendi: inductiuarũ quidem, ad rudẽ: ſyllogiſticarũ autem, ad expertũ. Et tẽtandũ accipere ab ijs quidẽ q̃ in ſyllogiſmis triti ſunt, ꝓpoſitiones: ab ijs verò qui in inductionibus, ſimilitudines. in hoc enim vtriq; exercitati ſunt. Omnino autem exercitationis gratia diſceptãtibus, tentandum afferre aut ſyllogiſmum de aliquo, aut propoſitionem, aut ſolutionem, aut inſtantiã: ſiue recte quis dicat, ſiue perperam vel ipſe vel alter: & propter quod vterq; vtrunq;. Ex his enim facultas: exercitatio autem, facultatis gratia. Et maxime circa propoſitiones & inſtantias. eſt enim (vt ſimpliciter dicam) dialectici, proponere & inſtare.

Est autem proponere quidem, vnum facere quæ sunt plura. oportet enim vnum omnino sumere, ad quod est oratio. Instare autem, quod vnũ est, facere plura. nam aut diuidit, aut interimit: hoc quidem dans, illud autem non dans, eorum quæ proposita sunt. Nõ est autem cum omni disputandum, neq; contra quemlibet exercitandum. Nam necesse ad aliquos, prauas fieri orationes, ab eo enĩ qui omnino tentat apparere, diffugiendum. iustum autem omnino tentare syllogismo cõcludere. verũtamen non pulchrum: eò quòd non oportet aduersus quoslibet facile consistere. quandoquidem necesse est paruiloquium inde emergere. nam qui exercitati sunt, non possunt abstinere à disputatione, sine altercatione.

Oportet autem & factas habere orationes ad huiusmodi problemata, in quibus cum paucissimorum copia eas ad quamplurima vtiles habeamus. Huiusmodi autem sunt vniuersales, & ad quas in promptu quippiam adinuenire difficile est.

Finis Topicorum Aristotelis.

Liber Elenchorum

DIVIDITVR IN DVOS LIBROS PARTIALES.

Primi libri primus tractatus est de quibusdam communibus præambulis ad cognitionem Elenchi sophistici oportunis.

Propositio præmialis.

DE sophisticis autẽ elenchis, & de his qui videtur elenchi, Sunt aũt paralogismi & nõ elenchi, dicemus, incipiẽtes secundũ naturã à primis. Quosdã autem esse syllogismos, alios autẽ videri, sed non esse, manifestũ est. Nam quemadmodũ in rebus, ita & orationibus per quandã similitudinem sese habet. Etenim alij quidẽ habitũ verè habent, illi verò videntur, extribu tumentes & componentes se ipsos. & alij quidẽ pulchri sunt propter decorẽ, alij verò videtur, se ipsos fuco ornãtes. Et in inanimatis quoq; similiter. Nã & horũ hęc quidẽ verè aurea sunt, illa aũt argentea. Alia verò vt lithargirina & stannea argentea videntur, orichalcea quoq; & felle tincta aurea.

Conclusio. Declaratio. Aliter bonã corporis cõstitutionem. Aliquis est syllogismus uerus, & aliquis apparẽs. similiter & elenchus.

rea. Eodẽ mõ syllogismorũ quidã vere syllogismus est & elenchus, Quidã aũt nõ est, sed videt. Videtur quidẽ propter imperitiã. Nã imperiti velut distãtes à longe speculantur. Syllogismus enim est oratio, in qua quiddam à positis diuersum ex necessitate accidit. Elenchus verò est syllogismus cũ conclusionis contradictione. Sophistici aũt & syllogismi & elenchi huiusmodi non sunt, sed videt ob multas causas. Aptissimꝰ aũt & publicissimꝰ locus est per nomina. Nam quoniam non cõtingit res ipsas nobiscũ ad disputatiões ferre, sed nominibus ꝓ rebus vtimur, ideo quod in nominibus accidit, in rebus quoq; accidere arbitramur, veluti per numeros ratiocinantibus contingit. sed non sic in rebus est, quemadmodum & in nominibus. Nam nomina quidem finita sunt, & orationũ multitudo finita, res verò numero finitæ. Necesse igitur est, vnam eandemq; orationẽ, & nomen vnũ plura significare. Quemadmodum ergo illic, qui in arte numerorũ prompti nõ sunt, à peritioribus facile circũueniuntur: ita & in orationibus, vocabulorũ virtutes ignorantes, facile paralogisantur & ipsi disputantes, & alios audientes. Ob hanc ergo causam & eas quæ dicendæ sunt, est syllogismus, & elenchus apparens, non existens aũt. Quoniã autẽ quibusdã operæ precium magis est videri esse sapientes, q̃ esse & non videri, (Est enim sophistica apparẽs & nõ existẽs sapiẽtia. Sophista aũt pecuniaucupator ab apparente sapiẽtia & non existente) palam quòd sophistis necessarium est, videri facere opus sapientis magis, q̃ facere & non videri. Sapientis autem opus est, nõ mentiri de ijs quæ nouit, & mentiẽtem manifestare posse, quorum hoc quidem ad argumentantẽ, illud verò ad respondentem spectat. Necesse est ergo, eos qui sophistice agere volunt, sophisticarum disputationũ genera inuestigare. His enim facile consequentur, vt sapientes videantur, quod vehementer desiderant. Palam igitur est, quasdã esse disputationes sophisticas, & hanc facultatem sophistas appetere.

Cap. 2.

Auctoritas.

Auctoritas.

Auctoritas.

Auctoritas.

Quis sit finis sophistæ ostẽdit.

Sophista depingit.

Duo officia sapientis.

Caput secundum de generibus disputationum.

QVot autem sunt species sophisticarũ disputationum, & ex quot numero consistat sophistice disputãdi facultas, & quot partes huius cõtingit esse negocij, & de alijs quę ad hanc artem suffragantur, nunc dicemus. Sunt aũt disputationum genera quatuor, doctrinales, dialecticæ, tentatiuæ, & litigiosæ. Doctrinales quidẽ, quæ ex propriis cuiusq; disciplinæ principijs, & non ex his quæ videntur respondenti, syllogisant.

Quatuor sunt genera disputationum.

Quæ doctrinales disputatiões.

Auctoritas. Oportet enim eũ credere qui diſcit. Dialecticæ autem ſunt, quæ ex
Quæ dialecticæ probabilibus collectiuæ ſunt contrardictionum. Tentatiuæ verò,
Quæ tentatiuæ. quæ ex his ſunt, quæ videnť reſpondẽti, & quæ neceſſe eſt eũ ſcire
qui ſe ſimulat habere ſcientiã, quemadmodũ in alijs determinatũ
Quæ litigioſæ. eſt. Litigioſæ quidem ſunt, quæ ex his quę videntur probabilia, nõ
ſunt autem, ſyllogiſant. De demonſtratiuis autem in Analyticis dictum eſt. De dialecticis verò & tentatiuis in Topicis. De agoniſticis autem & litigioſis nunc dicemus.

Caput tertium de metis, & numero modorum, quibus ad eas ducimur.

Quinq; ſunt metæ. PRimum ergo ſumendum quot intendunt hij, qui in
Quid nugari. diſputationibus decertant & corrixantur. Sunt autẽ
hæc quinq;, Redargutio, Falſum, Inopinabile, Solœciſmus, Et facere reſpondentem nugari, id eſt, idẽ frequenter dicere. Atq; horum ſingulum aut vere, aut apparenter, conſequi intendunt: Nam maxime redarguere videri volunt, Proxime autẽ falſum aliquid mõſtrare, Deinde ad id quod
Quid ſolœciſmũ committere. prętèr opinionẽ eſt ducere, Quarto ſolœciſmũ à reſpondẽte cõmitti, (Solœciſmum aũt cõmittere, eſt ſecundũ loquutionem barbari
Duplices fallaciæ in dictione & extra dictionem. fare) Poſtremo idem frequenter dici. Modi autẽ redarguendi ſunt
Sex ſunt fallaciæ in dictione. duo. Nã alij quidẽ ſunt propter dictionẽ, alij verò extra dictionẽ. Qui autem propter dictionem fantaſiam faciunt, ſex numero ſunt, Aequiuocatio, amphibologia, compoſitio, diuiſio, accentus, & figura dictionis, quod & inductione manifeſtum eſt, & ſyllogiſmo, Totidem enim modis ex dictione apparentia accidit, quot modis nominibus eiſdem, & orationibus, non idem ſignificamus.

Tractatus ſecundus de Elenchis ſophiſticis in ſpeciali. Primum caput, de fallacijs in dictione, cuius prima pars eſt de his quæ peccant penes multiplex actuale.

De fallacia æquiuocationis. ACcidũt aũt ſecundũ æquiuocationẽ huiuſmodi ora-
Primũ exẽplũ. tiones, ſcilicet Sciẽtes diſcũt. Nã grãmatici ea quæ
memoriter recitãtur diſcũt, & Grãmatici ſunt ſciẽ-
Secund. exẽplũ. tes. Diſcere. n. æquocũ eſt ad vti diſciplina, & ad diſciplinam accipere. Et rurſus, mala bona ſunt. Nam quæ expediunt bona ſunt, mala aũt expediunt. Duplex. n. expediẽs eſt & neceſſariũ, quod accidit plerũq; etiã in malis. Eſt enim quoddam malum neceſſarium, & bona quoq; expedientia dicimus eſſe.
Alia exempla. Prętera hę, idem eſt ſedẽs & ſtans, laborans & ſanus. Nam qui ſurgebat ſtat, ſedens autem ſurgebat. Et qui ſanabatur ſanus eſt, laborans aũt ſanabatur. Laborantem enim aut ſedentẽ aliquid facere, aut pa-

ti, non vnum ſignificat, ſed quãdoq; quidem illũ, qui nũc laborat aut ſedet, quandoq; aũt eum, qui laborabat prius, aut ſedebat. ſanabatur quidẽ laborãs cũ laborans eſſet, Sanus eſt aũt laborans, nõ nũc quidẽ laborãs, ſed prius. Secundũ amphibologiã aũt tales ſunt orationes, Vellem me accipere pugnantes, & quod quis ſcit, hoc ſcit. Nã & ſcientẽ, & rẽ ſcitã ſcire, contingit hac oratione ſignificari, Et quod quis videt hoc videt, videt columnam, igiť columna videt. Et iterũ, quod tu dicis eſſe, hoc tu dicis eſſe, lapidẽ dicis eſſe, igitur tu lapis dicis eſſe. Et rurſus ſilentẽ dicere. Duplex enim hoc eſt, Nam & quod ſilens dicit ſignificat, & quod ſilens dicatur. Sunt aũt tres modi ſecundũ æquiuocationẽ & amphibologiã. Vnus quidem, quando nomen vel oratio plura ſignificat principaliter, vt piſcis vel canis. Alius autem, quãdo nomine vel oratione ſoliti ſumus ſic vti. Tertius verò, quãdo cõpoſitũ plura ſignificat, ſeparatũ verò ſimpliciter, vt ſcire ſęculũ, nã vtrũq; ſeparatũ & ſcire & ſęculũ vnũ ſignificat. Ex his aũt cõplexa oratio plura, & quod ſæculum ſcientiam habeat, & quod ſæculi ſcientia habeatur.

De fallacia amphibologiæ. *Primũ exẽplum* *Secũdũ exẽplũ.* *Tertium exẽplũ* *Quartũ exemp.* *Quint. exemplũ*

Tres ſunt modi æquocationis & amphibologiæ. *Primus modus.* *Piſcis animal & ſignum cœleſte ſignificat.* *Secund. modus.* *Tertius modus.* *Fallacia cõpoſi.*

Secunda pars de fallacijs prouenientibus penes multiplex potentiale.

SEcundum compoſitionem autem huiuſmodi orationes ſunt. Poſſibile eſt ſedentem ambulare, & non ſcribentem ſcribere. Non enim idem ſignificat, ſi diuidens quis dicat & componens. Si enim quis componat non ſcribentem ſcribere, ſignificabit profecto quòd habet poteſtatem vt non ſcribens ſcribat, Diuidens autem ſignificabit, quòd quis quando non ſcribit, poteſtatẽ habeat vt ſcribat. Prætera ſecundũ cõpoſitionẽ hæ orationes accidere poſſunt, Qui ſcit literas quas didicit prius, nũc didicit eas. Amplius, quod vnum ſolum poteſt ferre, plura poteſt ferre. Per diuiſionẽ verò huiuſmodi ſunt orationes, Quinq; ſunt duo & tria, & quinq; ſunt paria & imparia. Prætera & per diuiſionem accidit, quòd maius eſt æquale, Nam maius eſt æquale & amplius. Eadem enim oratio diuiſa & compoſita non ſemper idem videbiť ſignificare, vt ego poſſui te ſeruum exiſtentem liberum, Et rurſus, Quinquaginta viros centum diuus reliquit Achilles in bello. Secundum accentum aũt in his quæ ſunt ſine ſcriptura, nõ facile eſt Dialecticis facere orationem, in ſcripturis aũt & poematibus magis. Vt me tuo longas pereũte noctes, Lydia dormis, Et, Heu quia nam tanti cinxerunt æthera nymbi. Talia igitur ſecundum accentum ſunt.

igitur nũc didicit eas. *Paralogiſ. ſecũdi cõſequẽtis, qđ poteſt unũ & unũ ferre, põt plura ferre, ſed qđ põt unũ ſolũ ferre, põt unũ & unũ ferre, ergo qđ põt unũ ſolũ ferre, põt plura ferre.* *Fallacia diuiſio.* *Dialecticis ſuple apparenter.* *Orationem, ſuple deceptionẽ.*

Tertia pars de fallacia ſecundum multiplex fantaſticum.

De fallacia figuræ dictionis.

QVæ autem ſecundum figuram dictionis ſunt, accidunt, quãdo non idem vt idem interpretatur: vt maſculinum, fœmininum: vel ecõtrario: vel neutrum genus, alterum horum, vel rurſus quale quantũ, aut quantũ quale, vel faciens patiens, aut ecõtrario, & ſic de alijs prædicamentis. Contingit enim aliquid eorũ, quę non ſignificant facere, vt eorũ quæ ſignificãt facere, aliqua dictione ſignificare. Vt valere ſecundum figurã dictionis videtur ſignificare agere, quemadmodũ ſecare, vel ædificare, quis illud quidem qualitatem aut affectum quodãmodo ſignificat, hoc verò facere. Secundum dictiones igitur huiuſmodi fiunt redargutiones.

Valere qualitatẽ ſignificat, videlicet ſanitatẽ.

Cap. 4m.

Secundum caput de fallacijs extra dictionem.

Septẽ ſunt fallaciæ extra dictionem.

EOrum quæ extra dictionẽ ſunt paralogiſmorũ, ſpecies ſunt ſeptem. Vna quidẽ ſecundũ accidens. Alia propter id quod ſimpliciter vel non ſimpliciter, ſed aliquo modo, aut vbi eſt, aut quando. aut ad aliquid dicitur. Tertia ſecundum elẽchi ignorantiã, Quarta ſecundũ conſequẽs, Quinta propter id quod in principio eſt ſumere. Sexta quando nõ cauſa pro cauſa ſumitur, Septima verò, quando plures interrogationes vt vna fiunt. Secundũ accidẽs autẽ huiuſmodi fiũt paralogiſmi, quando idem ſimiliter exiſtimatur rei & accidenti ineſſe. Nam qa multa eidẽ accidunt, non eſt neceſſe omnia illa ineſſe omnibus prędicatis, & ei de quo prædicantur, ſic enim omnia eadẽ eſſent. Vt ſi Coriſcus eſt alter ab homine, & Coriſcus eſt homo, Coriſcus alter eſt à Coriſco. At ſi Socrates eſt homo, & Coriſcus eſt alter à Socrate, Coriſcus eſt alter ab homine: eò quòd accidit (à quo dixit alterũ eſſe) hũc eſſe hominẽ. Secundũ quid aũt & ſimpliciter fiunt paralogiſmi, quando quod ſecundũ quid dicit, vt ſimpliciter dictũ ſumitur, vt ſi non ens eſt opinabile, non ens eſt: non enim idẽ eſt, eſſe ſecundum quid, & ſimpliciter. Et rurſus, ſi aliquid non eſt homo, nõ eſt: non enim idẽ eſt, non eſſe ſecundũ quid, & non eſſe ſimpliciter. Apparent aũt idẽ, eò quòd proxima ſunt dictione, & parũ differũt eſſe quid, & eſſe ſimpliciter: & nõ eſſe quid, & non eſſe ſimpliciter, Similiter autem & fiunt paralogiſmi, quando aliquid eſt ſecundũ quid, & aliquid ſimpliciter ſumptũ, vt ſi æthiops ſit niger & albus dentibus, igitur albus eſt & non albus. Aut quando ambo ſunt ſecundum quid dicta, ex quibus inferuntur cõtraria eidẽ ineſſe. Huiuſmodi aũt in quibuſdã facile eſt conſiderare, vt ſumẽs æthiopem nigrum

De fallacia accidentis.

Cauſa apparentiæ.

Cauſa defectus.

De fallacia à dicto ſecundum qd ad dictum ſimpliciter.

Primus modus.

Exempla. Cã apparentiæ.

Secund. modus.

nigrum eſſe, ſimul aſſumat quòd dentibus ſit albus, ex quo inferat quòd albus ſit, ſyllogiſtice putabit diſputaſſe, quòd æthiops niger ſit & non niger. In quibuſdã verò latet frequenter, vt in his in quibus quod ſecũdum quid dicitur, ſimpliciter videtur ſequi, & in quibus non eſt facile conſiderare, vtrũ eorum proprie aſſignandũ eſt ineſſe. Hoc autem fit in quibus inſunt ſimiliter oppoſita ſecundum partes, Vt ſi dimidiũ alicuius ſit album, dimidium verò nigrũ, latet vtrũ eorum aſſignandũ ſit, an albũ, an nigrũ: videtur enim ambo, aut neutrũ ſimpliciter prædicari. Qui aũt ſunt paralogiſmi, propterea quòd nõ determinat quid eſt ſyllogiſmus vel quid elẽchus, fiunt propter omiſſionẽ alicuius orationis in definitione elẽchi. Elenchus aũt eſt cõtradictio vnius & eiuſdẽ, nõ nominis, ſed rei & noĩs, nõ ſynonymi, ſed eiuſdem, ex ijs quæ data ſunt ex neceſſitate, non connumerato eo quod erat in principio, ſecundũ idem, ad idem, ſimiliter, & in eodẽ tempore. Quidã enim omittentes aliquid ex his quæ dicta ſunt, apparẽt redarguere, vt quòd idẽ eſt duplum & non duplũ: nam duo vnius duplũ ſunt, trium autem non ſunt: aut ſi eiuſdẽ idem duplum, & non duplum concludatur, Nam ſecundum longitudinem duplum, ſecundũ latitudinẽ verò non duplum: aut ſi idẽ eiuſdẽ, & ſecundũ idem, & ſimiliter, ſed non ſimul, His igitur modis apparens fiet elenchus. Trahet aũt aliquis hãc deceptionem ad eas quæ ſunt in dictione deceptiones.

De fallacia ignorantiæ elenchi. Boetius, cum ex illorum legẽ aliquid omittitur. Definit. elenchi.

Exempl. in quo omittitur particula ad idem.

Exemp. in quo omitt. iſta parti. ſecundum idem.

Paralogiſmi aũt qui ſunt propter id quòd ſumũt quod in principio erat, ſic & tot modis fiũt, quot modis cõtingit quod in principio eſt petere. Vidẽt aũt redarguere, eò q̃ nõ poſſit quis inſpicere idẽ & diuerſum. Secundũ conſequẽs apparent elenchi, eò q̃ putetur conuerti conſequentia. Vt ſi quũ hoc eſt, ex neceſſitate ſit illud, & propter id putetur, quũ illud eſt, ex neceſſitate alterũ eſſe, vnde & propter opinionẽ ex ſenſu deceptiones fiunt. Nam ſæpe mel eſſe fel ſuſpicatur quis, eò quòd mel flauus ſequatur color. Et quia accidit terram madidã eſſe, eò quòd pluat, etiã accidere opinatur pluiſſe, eò quòd terra eſt madida, quod quidem non eſt neceſſarium. Et demonſtrationes à ſigno in Rhetoricis ſecundum conſequens ſunt, Nam volentes oſtendere aliquem adulterum, accipiunt aliquod quod conſequens eſt, videlicet comptum eſſe, vel noctu errabundum eſſe. Pluribus autem hęc inſunt, quibus non ineſt adulterum eſſe. Similiter autẽ & in ratiocinatiuis apparent elenchi, vt eſt Meliſſi ratio, concludens vniuerſum eſſe infinitum, ſumens ipſum eſ-

Fallacia petitionis principij. Boetius, quia id quod in principio controuerſum eſt.

esse ingenitũ,eò quòd ex nihilo nihil fiat. Si autem factum est vniuersum,principium habet, igitur si non est factum,principium nõ habet,quare infinitum. Non enim necesse est, si omne quod factũ est principium habet, & omne quod principium habet factum esse,Quemadmodum si omnis febriens calidus sit,non tamen necesse est omne calidum febriens esse. Secundum autem non causam vt causam fiunt elenchi sophistici, quum id quod non est causa assumitur,tanq̃ propter illud fiat redargutio, quod quidem in ad impossibile syllogismis accidit. In his enim aliquid eorum quæ posita sunt interimere necessarium est. Si ergo inter propositiones syllogismi ad impossibile enumeretur propositio, quæ non est causa, vi debitur propter hanc sæpe fieri redargutio. Continget enim ostendi animam & vitam non esse idem, veluti si quis argumentetur, Anima & vita sunt idem, omne contrarium corruptioni est generatio,sed vita est contraria morti,quæ est corruptio quædam,ergo vita est generatio,& viuere generari,Hoc autem impossibile,ergo falsum est quod anima & vita sunt idem, quare & oppositum verum. At hoc oppositum esse verum, nequaq̃ syllogisatum est, nam accidit impossibile,& si non coassumptum sit animã & vitam idem esse,sed solum ex alijs propositionibus. Huiusmodi ergo orationes non sunt insyllogisatæ simpliciter, sed insyllogisatæ ad propositum, & id propter quod falsum non accidit, latet plærunque non minus ipsos interrogantes, quàm respondentes. Secundum consequens igitur, & secundum non causam huiusmodi sunt orationes Paralogismi autem qui sunt propter id, quod quis duas interrogationes vt vnam facit, fiunt quando latet plures esse, & perinde ac si vna sit,assignetur responsio vna. In aliquibus facile est videre, quòd plures & non vna danda sit responsio, vt vtrum terra mare est, an cœlum. In aliquibus verò minus facile est, & quasi vna sit interrogatio, aut ad quæsitum non respondendo assentiri,aut si respondeant, redargui videntur, Vt si interrogatus, est ne hic & hic homo? Respondeat sic esse, Igitur percutiens hunc & hunc,hominẽ percutit,& non homines. Aut rursum,omnia hæc sunt ne bona,aut non bona? demonstratis bonis,& nõ bonis,Nam vtrumuis dixerit,aut vere,aut apparenter redarguetur. Nam eorq̃ non bona sunt aliquid esse bonum dicere,Aut eorum quæ bona sunt,non bonum,falsum est. Quandoq̃ aũt quibusdam admissis, vera fiet redargutio, vt si quis concedat similiter vnũ & plura dici,al-

De fallacia secundum nõ causam ut causam.

Corollarium.

Corollarium. Secundum corollarium. Tertium coroll.

Fallacia scd'm plures interrogatiões ut unam

Priuatiua non similiter in singulari & in plurali differunt.

dici,alba,nuda,& cæca,Nam si cęcum est quod non habet visum, natum tamen est habere: & cæca erunt quæ non vident,nata autẽ videre. Quando igitur aliquorum hoc quidem visum habet,illud verò non habet,ambo erunt vel videntia, vel cæca: quod est impossibile.

Tractatus tertij primum caput ostendit,omnes elenchos sophisticos à vero elencho deficere.

Cap. 5m

AVt igitur sic diuidendi sunt elenchi sophistici, aut omnes in elenchi ignorantiam reducendi his,qui hãc principium omnium redargutionum faciunt. Fieri enim potest,vt omnes dictos modos resoluamus ad elenchi definitionem. Primum quidem si asyllogistici fuerint, Oportet enim in vero elencho ex positis sequi cõclusionem ex necessitate, & non apparenter solùm. Deinde & secundũ partes definitionis elenchi resoluunt. Nã eorq̃ qui sunt in dictione, quidam sunt paralogismi propter multiplex,vt æquocatio, amphibologia, & similis figura: consuetũ enim est hęc oĩa hoc vt illud significare. Compositio aũt & diuisio, & accentus,eò quòd non eadẽ est oratio,aut nomen,quę tamẽ eadẽ esse oportebat, quemadmodum & rem eandem, vt verus elenchus fiat, vt pro tunica non vestis accipiatur,Nam & si sic verũ inferat, non tamen syllogisatũ est, sed adhuc interrogãti quare sequit, declarari debet,quia idẽ significant. Paralogismos autẽ secundũ accidens à definito elẽcho deficere manifestũ est, Nam eadẽ definitio est syllogismi & elenchi, adiũgere tamen oportet contradictionẽ,cũ elenchus sit contradictionis syllogismus. Si igit paralogismus accidẽtis non sit syllogismus,nec elenchus erit. Non enim necesse est,coruũ esse albũ,si quũ coruus sit,aĩal sit,& aliquod animal sit albũ. Neq̃ si triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis,ei autem accidit vt forma sit,aut primum,aut principium,efficit vt forma,primũ,aut principiũ etiã tres angulos habeat æquales duobus rectis. Quare si elẽchus syllogismus quidẽ sit,non erit secundũ accidens paralogismus elenchus, verum secundũ accidens,artifices & omnino scientes ab inscijs redarguuntur. Nam secundũ accidens syllogismos faciunt contra sapientes, qui quum non possunt distinguere, aut interrogati cõcedunt quod quęritur, aut cum non respondent,putantur annuisse. Paralogismi aũt propter id quod dictũ secundum quid vt limpliciter sumitur, ab elencho deficiunt, quoniam non de eodẽ affirmatio & negatio est. Nã albi se-

sic) scilicet in prædict. modos

Aliquo modo in generali reducit

Reducit in specialiter partes definiti. elẽchi.

Reducit fallacias in dictione.

Reducit fallacias extra dictio. primò fallaciã accidentis.

Auctoritas.

Distinguere) supple malos syllog. à bonis.

Reducit fallaciã à dicto secundũ quid.

albi ſecundum quid, non album ſecundum quid negatio eſt, & albi ſimpliciter, nō albū ſimpliciter. Si igitur, quum datur album ſecundum quid, quis vt ſimpliciter dictum ſumpſerit, non facit elenchū, videtur tamen facere, quia quid ſit elēchus ignorat. Omniū autem manifeſtiſſime ab elencho deficiunt, qui prius paralogiſmi ſecūdum ignorantiā elenchi dicti ſunt, vnde & ſic nuncupati ſunt, Nam propter omiſſionē definitionis, in eis apparentia fit. Eos verò qui quod in principio eſt ſumunt, aut non cauſam vt cauſam ponunt, per elenchi rationem manifeſtum eſt deficere. Oportet enim in vero elencho concluſionem, eò quòd hęc ſunt accidere, quod in non cauſis minime verum eſt, etiam non commemorato eo quod erat in principio, quod in his qui quod in principio eſt ſumunt nō continget. Secundū conſequens aūt paralogiſmi, partes ſunt accidentis, nam cōſequens accidit. Differt autem ab accidente, quoniam accidens in vno ſolo contingit ſumere, vt idem eſſe rubrum & mel, atq; album & cygnum, qui autem propter cōſequens, ſemper in pluribus. Nam ſecundum conſequēs redargutio fiet, ſi cum ad aliqua aliquid ſequatur, ad id rurſus ſequi eadem putētur, quare & eadem inter ſe eſſe, Vt ſi putētur cygnus & nix album ſequi, & eadem inter ſe eſſe, eò quòd album hæc ſequatur. Aut rurſus, vt in Meliſſi ratione, ſi idē accipiatur factum eſſe, & habere principium, Quoniam enim quod factum eſt, principium habet, Idcirco & quod principium habet, factum eſſe probat, tanq̄ ambo eadem ſint. Aut iterum, ſi idem accipiatur æquale eſſe, & eandē magnitudinem accipere. Quoniam enim quæ eandem magnitudinem accipiunt, æqualia ſunt: igitur & quæ æqualia ſunt, eandem magnitudinem accipere probat, tanq̄ eadem ſint. Cum igitur ſecundum accidens paralogiſmus ab elencho deficit, manifeſtum eſt, & eū qui ſecundū conſequens eſt deficere. Deceptiones verò, quę ſunt propter id, quòd quis duas interrogationes vt vnam facit, in eo fiunt, quòd non enucleamus propoſitionis definitionē, Nam propoſitio vnū de vno enuntiat. Eadem enim definitio vnius ſolius rei, & rei ſimpliciter, vt hominis & vni⁹ ſolius hominis, & in aliis ſimiliter. Si igitur propoſitio vna eſt, quę vnū de vno enūtiat, & ſimpliciter propoſitio talis erit. Atq; quum ſyllogiſmus ex propoſitionibus eſt, & elēchus ſyllogiſmus ſit, ex propoſitionibus erit. Manifeſtum igitur, Paralogiſmos hos à ratione elenchi deficere, Nam apparet eſſe propoſitio, quæ non eſt propoſitio, Si itaq; quis dederit reſponſionem

Reducit fallaciā ignorātiæ elēchi

Reducit fallaciā petitionis principij & ſecundū nō cām ut cām.

Reducit fallaciā conſequentis.

Æquale eſſe) in plus eſt, q̄ eandē magnitudinē habere qa in numeris etiā repitur. Reducit fallaciā ſecundum plures interrogatiōnes ut unam. Auctoritas.

ſionem, vt ad interrogationem vnam erit redargutio. Si aūt non dederit, vt ad vnam, ſed apparet, apparēs redargutio erit. Patet igitur, omnes dictos locos in elenchi ignorantiam cadere, qui quidem ſunt ſecundum dictionē, quia illic eſt apparens contradictio, (Proprium autem elenchi eſt, veram eſſe contradictionem) Qui verò non ſecundum dictionem, propter ſyllogiſmi definitionem.

Cap. 6m

Caput ſecundum, cauſas deceptionum ſophiſticorum Elenchorum continens.

Fallacia autem propter æquiuocationem & amphibolo giam ex eo fit, quòd non poteſt quis quod multipliciter dicitur diſtinguere. Nam quædam, vt vnum, & ens, & idem, non eſt promptum diuidere. Propter compoſitionem verò & diuiſionem deceptio fit, eò quòd nihil differre videntur compoſita & diuiſa oratio, ceu vt in pluribus euenit. Secundū accentum autem, eò quòd non videtur aliud intēſa oratio, q̄ remiſſa ſignificare. At verò ſecundū dictionis figuram, ob dictionis ſimilitudinē. Difficile enim admodū eſt diuidere, quę ſimiliter & quæ diſſimiliter dicantur. Qui enim hoc facere poteſt, promptus eſt diſcernere verum, & maxime innuere quòd omne quod de aliquo prædicatur, id aliquid eſſe arbitramur, & vt vnum intelligimus. Nam vnum & ſubſtantiam maximè videtur ſequi id, quod eſt aliquid & ens, Quare in his quæ ſunt propter dictionem hic locus ponendus eſt. Primū quidē, quia deceptio magis in his gignitur, qui cum aliis diſceptant, q̄ qui ſecum conſiderant. Nam quę cū aliis fit deceptio, per orationē eſt: quæ autem per ſeipſos, conſideratio per ipſam rem. Deinde ſecū conſiderantē falli contingit, cū ſolam orationem contēplatur. Amplius deceptio huiuſmodi ex ſimilitudine prouenit, Similitudo autē in dictione eſt. Secundū accidēs verò deceptio prouenit, eò quòd nō poteſt quis iudicare idem & diuerſum, vnum & multa, neq; quibus prædicatorū & rei ſubiectæ hæc accidunt. Similiter & ſecundum conſequens, pars enim accidentis eſt conſequens. Amplius & in pluribus videtur, atq; ſic probatur, ſi hoc ab illo non ſeparatur, nec ab altero ſeparatur alterū. Secundum aūt elenchi rationis diminutionem, & à dicto ſecūdum quid, propter parum differre, deceptio oritur. Nam quaſi nihil conſigni ficat dictum ſecundum quid, aut quo, aut quomodo, aut vbi, aut nunc ſimpliciter concedimus. Similiter & ſecundum petitionem principij, & nō cauſam vt cauſam, & plures interrogationes vt vnam, propter parum differre, oritur deceptio, Nam non exactè decernimus

Cauſæ deceptē. fallaciæ compoſitio. & diuiſiō.

Cauſæ fallaciæ accentus.

Intenſa) i. acuta. Remiſſa) grauis

Cauſæ fallaciæ figuræ dictionis

Auctoritas.

Probat fallaciā figuræ dictionis eſſe fallaciam in dictione.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

De fallacia extra dictionem.

De fall. accidēt.

De fall. cōſequē.

De cā deceptiōnis fallaciæ imperitiæ elenchi. & à dicto ſecundū quid.

Reliquarū fallaciarum extra dictionē cauſæ.

cernimus propoſitionis, aut ſyllogiſmi definitionem.

Cap. 7.m Tertium caput oſtendit, quòd ſyllogiſmi peccantes in materia innituntur eiſdem principijs, quibus ſyllogiſmi peccantes in forma.

Conclusio. *Tentãs & ſophiſta eodẽ utuntur ſyllogiſmo peccãte in materia, differẽter tamẽ. Sophiſtes erroꝝ amator & ſeductionis.*

VOniam aũt habemus ſecundum quęcunq; fiunt apparentes ſyllogiſmi. Habemus & ea ſecundum quæ fiunt ſyllogiſmi ſophiſtici, & elẽchi. Dico autem ſophiſticum ſyllogiſmum & elenchũ, non ſolùm apparentem ſyllogiſmum aut elenchum, non exiſtentem quidem, ſed & exiſtentem, & apparenter ſolùm rei accommodatum. Sunt autem hi, qui non ſecundum rem redarguunt, & qui ignorantes manifeſtãt, quod qui dem proprium eſt tentatiuæ. Tentatiua aũt pars dialecticę eſt, quę falſum ſyllogiſare poteſt propter ignorantiã reſpondentis. Sophiſtici autem elenchi, & ſi contradictionem colligant, non tamen faciunt manifeſtum ſi ignorat, nam & ſciẽtem inuoluunt his oratiõnibus. Quod autem * eadẽ via habemus ſyllogiſmos ſophiſticos, & apparentes ſyllogiſmos, manifeſtum eſt. Nam ſecundum quæcunq; audientibus ex interrogatis falſum apparet eſſe ſyllogiſmũ, ſecundum eadem & videbitur reſpondenti, falſum illud, quum aſſumitur, eſſe verum. Quare erunt ſyllogiſmi falſi per eadem principia. Quod enim aliquis non interrogatus arbitratur eſſe concedendum, & interrogatus admittet verum. In quibuſdam locis ſophiſticis accidit ſimul & interrogare quod deeſt, & falſum apparere, vt in his quæ ſecũdum dictionem ſunt, & ſolœciſmum. Si ergo contradictionis paralogiſmi ſecundum apparentem elenchum fiunt, manifeſtum quòd per tot erunt falſorum ſyllogiſmi, ſecundũ quot apparens elenchus. Apparens verò elenchus eſt ſecundũ particulas veri elenchi. Nam quæcunq; particula defuerit, adhuc elẽchus videbitur, vt in paralogiſmo ſecundum nõ cauſam falſum accidit propter definitionẽ eius qui ad impoſſibile, & in reliquis omnibus vt ſupra oſtendebatur. Habemus igitur ſecundum quot fiunt paralogiſmi, quoniam ſecundum ea quæ dicta ſunt, & non plura, erunt omnes. Eſt autem ſophiſticus elenchus non ſimpliciter elenchus aut ſyllogiſmus, ſed ad aliquem. Nam ſi non admittat reſpondens eum, qui ſecundum æquiuocum eſt, tantum vnum ſignificare, & qui ſecundum ſimilitudinis figuram ſolum hoc, neq; ſyllogiſmi erunt, neq; elenchi, neq; ſimpliciter, neq; ad eum qui reſpondet. Si autem admittat, ad eum qui reſpondet erunt elenchi, ſimpliciter verò non erunt.

Admittit quando aſſumitur pro præmiſſa ſyllogiſmi peccantis in materia.

** Eadem uia) ſyllogiſmus .n. peccãs in mater. fit ſcãm eadem princip. qa eius præmiſſa flã. apparet eſſe uera ex princip. ſyllogiſmi peccantis in forma.*

Interrogatis) in ſyllogiſ. peccante in forma.

Quar

Cap. 8.m Quartum caput oſtendit, dialecticum poſſe ſumere locos, ſecundum quos per communia fiunt, vel veri, vel apparentes elenchi.

OMnia autem principia, quibus vtuntur redarguentes, non eſt tentandum ſumere ſine omnium quę ſunt ſcientia, Id autem non eſt vnius artis, infinitæ enim fortaſſe ſcientię ſunt, quare & infinitę ſunt demonſtrationes, hę aũt veri ſunt elenchi. Nam quæcũq; contingit demonſtrare, cõtingit & elencho concludere, ſi quis concluſionis contradictionẽ admittat: veluti ſi quis cõmenſurabilem diametrum poſuit, demonſtratione oſtendetur incommenſurabilis eſſe. Quare ſi omnia ſecũdum quæ ſunt elenchi oporteat ſumere, omniũ rerũ ſciẽtiam habere neceſſe erit. Nam alij elẽchi ſunt ſecundũ Geometriæ principia & eorum concluſiones. Alij aũt ſecundum Medicinæ, & cuiuſcũq; aliarum principia: ſed & falſi elenchi ſimiliter infiniti. Nam ſecundum vnamquamq; artem eſt ſyllogiſmus falſus, vt ſecũdum Geometriam geometricus, & ſecundũ Medicinam medicinalis. Dico autem ſecundum artem aliquem elenchum, qui eſt ſecundum illius principia. Manifeſtum igitur, quòd nõ omnium elenchorum, ſed eorum qui ſunt ſecundum dialecticam, ſumendi ſunt loci. Huiuſmodi enim loci ad omnem artem & facultatem cõmunes ſunt. Atq; ſecũdum vnamquamq; diſciplinam elenchum, ſiue ſit verus, ſiue apparens, eam diſciplinam ſcientis eſt cõſiderare. Eum autem qui ex cõmunibus eſt, & ſub nulla arte cadens, dialecticorum. Nã ſi habemus ea ex quibus probabiles fiũt ſyllogiſmi in qualibet ſcientia, habebimus & ea ex quibus elenchi. Elenchus enim ſyllogiſmus eſt cõtradictionis, aut vnus, aut duo. Habemus ergo ſecundũ quę oẽs elenchi ſunt. Si autem hæc habemus, & ſolutiones eorum habemus, Horum enim inſtantiæ ſolutiones ſunt. Habemus & ſecundũ quę apparentes elenchi fiunt, apparentes inquam non cuilibet, ſed talibus: infinita enim ſunt ſecundum quæ aliqua apparent quibuſlibet. Quare manifeſtum eſt, quòd dialecticę eſt poſſe ſumere, ſecundum quæcunq; per communia fit vel verus, vel apparẽs elenchus, vel dialecticus, vel apparens dialecticus, aut tentatiuus.

Infinitos eſſe elẽchos ſueros.

Infinitos eſſe elẽchos falſos.

Conclusio.

Auctoritas.

Corollarium.

Cap. 9.m Caput V. oſtendit, diſtinctionem Elenchorum nõ eſſe ſumendam in hoc quòd ad nomen & intellectum diſputantur, vt quidam dixerunt.

Conclusio.

NOn eſt aũt differentia oratinum, quam quidam eſſe dicunt, has quidẽ ad nomen, illas verò ad intellectũ eſſe, Inconueniens enim eſt opinari alias eſſe ad nomẽ orationes, alias verò ad intellectũ, & non eaſdẽ. Non enim

Probatio.

Quando oratio ad nomen. *Quando oratio ad intellectum.* *Quæstio.* *Solutio.*

est ad nomen oratio, nisi quãdo interrogans non vtitur nomine ad id, ad quod interrogans orationẽ admisit. Ad intellectũ aũt oratio est, quando & interrogãs & interrogatus nomine ad idẽ vtũtur. Si aũt interrogans & interrogatus plura significante nomine, vnum putẽt significare (vt forte ens & vnũ plura significant, Zeno autẽ & ab eo interrogatus vnũ significari opinantur, hac oratione oĩa sunt vnũ) est ne ad nomẽ dispũtata oratio, an nõ? sed ad intellectũ. Si verò alter eorũ multa putet significare, manifestũ ꝙ oratio nõ ad intellectũ. Primũ igitur id quod ad nomẽ & ad intellectũ dicũt circa huiusmodi oratiões est, quęcũq; plura significãt. Deĩde & circa quęlibet oratio, Nã in oratione ex se nõ est esse ad intellectũ, sed in eo ꝙ respõdens vtitur ea ad id, ad quod opponẽs. Deinde oẽs oratiões possunt esse ad nomẽ. Nã esse ad nomẽ, est nõ ad intellectũ esse, Si. n. nõ oẽs orationes sint ad nomẽ, quę nõ ad intellectũ sunt, erũt ꝓfecto aliq; quidẽ quę nec ad nomẽ erũt, nec ad intellectũ. Hi verò diuidũt oẽm orationẽ vel ad nomen, vel ad intellectũ esse, & nullã aliã extra hæc. Attamen syllogismos, qui sunt ob id, ꝙ multipliciter aliquid dicit, aliqui sunt secundũ nomẽ. Nã absurde dicetur secundũ nomẽ omnes esse syllogismos, qui secundũ dictionem sunt, sed sunt quidã paralogismi, nõ in eo quod respondens ad eos se habeat aliquo modo, sed in eo quod talem interrogationẽ oratio ipsa habeat quę plura significat. Et omnino incõueniens est de elẽcho differere, & nõ prius de syllogismo. Elenchus enim syllogismꝰ est, quare de syllogismo priusq̃ de falso elencho dicere oportet. Falsus enim elenchus est apparens syllogismus contradictionis, quare ex parte syllogismi, aut cõtradictionis, aut vtriusq;, omnis apparẽs elẽchus deficiet, vnde paralogismus de eo quod est silentẽ dicere in contradictione non in syllogismo deficit. De eo autẽ quod est, hoc quod nõ habet aliquis dat, in vtrisq; de eo verò quod est quòd Homeri poema est figura per circulum in syllogismo. Qui aũt in neutro deficit, verus est syllogismus, Verũ vnde digressi sumus redeamus, Vtrũ quę in disciplinis sunt orationes ad intellectum sunt, an non? Et si cui plura videtur significare triangulus, & aliud q̃ eam figurã, de qua concludebat opponens, confessus est duos rectos habere, an ad intellectum hęc disputauit, an nõ? Amplius si plura nomẽ significet, sed nec intelligit, neq; putat quomodo is non ad intellectum disputat? Aut quomodo potest opponens interrogare orationem aliquã, nisi prius eius diuisionem dederit? Vt siue interroget aliquis

Primum inconueniens contra antiquos. *Secundum.* *Tertiũ incõuen.*

Digressio.

Reducit principale ꝓpositum. *Prima quæstio.* *Secũda quæstio.*

aliquis, an sit silentẽ dicere, an nõ. Siue an sit silentẽ dicere in vno sensu, & in alio nõ. Si aũt respõdens in nullo sensu admittat, & opponẽs disputet, nõne ad intellectũ disputatio erit, q̃uis oratio videatur earũ esse quæ ad nomen sunt? Non igitur est aliquod speciale genus orationũ ad intellectũ, sed hę quidẽ orationes ad intellectũ existentes, & ad nomen sunt. Neq; omnes orationes ad nomẽ, quoniam neq; elenchi, neq; apparentes elenchi, Sunt enim nõ secundũ dictionem apparentes elenchi, vt qui secundum accidẽs & reliqui. Si aũt aliquis dixerit, opponentem oportere diuidere quæ interrogat, vt silentem dicere in vno quidem sensu sic esse, in alio verò nõ sic. Id profecto primo absurdũ est dicere. nã quandoq; opponẽti nõ videtur interrogatũ multipliciter se habere, atq; tale impossibile est eum diuidere. Deinde opponẽtem sic prius diuidere, quid aliud esset, q̃ docere? manifestũ enim facit respõdenti, qui neq; cõsiderat, neq; scit, neq; opinatur quod aliter dicitur, quonam pacto se habet interrogatũ. Præterea & in nõ multiplicibus nihil prohibet interrogatũ distinguere, vt sunt ne in quaternario vnitates ęquales binarijs, sunt autem in quaternario duo bĩarij non existentes? & alij duo prioribus inexistentes. Et rursus, est ne contrariorũ vna disciplina, an non? Sunt autẽ cõtrariorũ hæc quidẽ nota, illa verò ignota. Dicentes igit̃ opponẽtẽ interrogatũ oportere distinguere, videntur ignorare quòd aliud est docere & aliud disputare, & ꝙ oportet docentem non interrogare, sed manifestum facere, opponentem autem interrogare.

Non oportere ꝙ interrogantem semper distinguere quod interrogat. *Primum inconueniens.* *Secundum inconueniens.* *Tertium inconueniens.*

Cap. 10. Sexti capitis prima pars ostendit, quòd litigiosus se habet ad dialecticum, vt falligraphus ad Geometricum.

PEtere autem vt propositum affirmetur vel negetur, non monstrãtis est, sed experimentum sumẽtis. Nam tentatiua dialectica quædã est, quapropter de omnibus inspicit & explorat, non quidem scientem, sed ignorantem atq; simulantem. Qui ergo pro rei veritate considerat communia, dialecticus est: qui autem id apparenter facit, sophista. Et vnus quidem syllogismus litigiosus & sophisticus est apparens syllogismus, alter verò syllogisticus ex his, de quibus est dialectica tentatiua, quãuis vera sit conclusio. Nam is deceptorius est eius, quod est propter quid, & quicũq; syllogismi quum non sint secũdum artem, & cuiusq; disciplinam, & esse videantur, tales omnes litigiosi sunt & sophistici, qui autem ex proprijs

Differunt dialect. & sophist.

vniuſcuiuſq; ſunt,non. Nam falſæ deſcriptiones non ſunt litigioſæ (fiunt enim ex proprijs artis)Neq; rurſus litigioſa eſt falſa deſcriptio,q̃uis circa verum ſit, vt ratio de Hippocratis quadratura, quæ per lunulas procedit. Ratio autẽ Bryſſonis de quadratura litigioſa eſt, Nam etſi quadretur circulus, quia tamẽ nõ ſecundũ rẽ procedit,ſophiſtica eſt. Qui ergo de his eſt apparens ſyllogiſmus,litigioſa eſt oratio, & ille etiam qui ſecundum rem eſt apparens, & ſi ſit ſyllogiſmus,quare fallax eſt & iniuſtus. Quemadmodum enim iniuria (quæ in certamine coram iudice eſt) habet quandam iuſti ſpeciem,ſic & in cõtradictione iniuſta contentio litigioſa eſt,Nam vt illic qui omnino vincere volunt omnia tentant,ita & hi litigioſi ſunt. Qui igitur victoriæ gratia tales ſunt, contentioſi homines ſunt,& litium amatores eſſe videntur,Qui autẽ gloriæ gratia quæ in diuitijs eſt,ſophiſtæ ſunt.nam ſophiſtica(vt diximus)ars quædã ditatiua ab apparente ſapientia.Quapropter demonſtratiuam apparentem appetunt. Et in orationibus eiſdem ſunt litium amatores & ſophiſtæ,ſed non propter eadem. Et oratio quidem eadẽ erit ſophiſtica & litigioſa,ſed non propter idem,ſed quatenus eſt ob victoriam apparentem, litigioſa eſt:quatenus autem ob ſapientiam, ſophiſtica.Sophiſtica enim eſt quędam ſapientia apparens,non autem exiſtens. Litigioſus eſt quodammodo ſe habens ad dialecticũ, ſicut falſigraphus ad Geometricũ. Nam ex eiſdem dialectice paralogiſat litigioſus, ſicut falſigraphus geometrice. Sed falſigraphus non eſt litigioſus,quia ex principijs & concluſionibus quę ſunt ſub arte,falſam facit deſcriptionem.Litigioſus verò,qui eſt ex his quæ ſub dialectica ſunt,circa alia quidem contentioſus eſt, Vt quadratura quę per lunulas fit nõ eſt contentioſa,Bryſſonis autẽ eſt cõtentioſa,& illam quidem non cõtingit transferre,niſi ad Geometriam ſolùm,eò,quòd ex proprijs ſit principijs.Hãc autem ad plures qui neſciunt quid poſſibile, & quid impoſſibile in vnaquaq; ſcientia. Accommodabitur enim ad plures ſicut & Antiphontis ratio, Vel ſi quis dicat, non melius eſſe poſt cœnam deambulare per Zenonis rationem,nõ medicinalis eſt ratio,cum ſit communis.Si igitur omnino ſimiliter ſe habeat ratio litigioſa ad dialecticam, vt falſigrapha ad Geometricam,non ex proprijs vtiq; litigioſa erit.

Secũdũ rem) i. ex ꝓprijs artis.

Declarat per ſimile. Auctoritas.

Differunt litigioſi & ſophiſtæ

Quomodo litigioſus ad dialecticũ ſe habet.

Ex iiſdẽ) ſupple communibus.

Geometrice) ſcilicet ex proprijs Ex his) ſcilicet communibus.

Concluſio intenti principalis.

Secunda pars oſtendit,quomodo tentatiua non eſt determinati generis, ſicut nec dialectica.

Non

NOn eſt autẽ dialectica circa aliquod genus determinatum, neq; alicuius demonſtratiua, neq; talis,qualis eſt ſcientia vniuerſalis. Nam neq; omnia quorum eſt dialectica,in vno genere determinato ſunt, neq; ſi ſint,poſſibile eſt ſub eiſdẽ principijs ea eſſe. Quare nulla ars alicuius determinatæ naturæ monſtratiua, eſt interrogatiua vtriuſq; partis. Non enim poſſibile eſt eam ad vtranq; partẽ ſyllogiſare.Dialectica autem eſt interrogatiua vtriuſq; partis,veruntamen prima ſua principia non interrogat. Nam ſi reſpondens interrogatus non admitteret huiuſmodi principia, non haberet dialecticus, ex quibus amplius diſputaret. Tẽtatiua autẽ talis eſt,qualis dialectica. neq; enim tentatiua ipſa huiuſmodi eſt,qualis Geometria, ſed talis,qualem vtiq; haberet aliquis nõ ſciens. Poteſt enim & qui neſcit rem, experimentũ ſumere de eo qui ignorat eandẽ. Non quidem ex proprijs,ſed communibus.Cõmunia aũt omnia talia ſunt,quòd eis ſciẽtis nihil prohibet artẽ ignorari: ipſis verò ignoratis, neceſſe eſt & artem nõ haberi.Manifeſtum igitur,quòd tentatiua nullius determinati eſt,eò quòd de omnibus eſt. Omnes enim quibuſdam communibus vtuntur, ideo & omnes etiã illiterati quodãmodo vtuntur dialectica & tentatiua. Nam omnes per cõmunia conantur decernere pronunciantes aliquid, quæ quidem cõmunia non minus ſciũt illiterati q̃ ſcientes, q̃uis plęrunq; valde extranea dicere videantur,nam ſine arte participant eo,cuius artificialiter eſt dialectica,dialecticus aũt & tentatiuus arte ſyllogiſtica participant. Sunt autem communium quædam de omnibus,& non talia vt ſint ſicut natura quædam determinata & genus,ſed vt negationes. Alia autem cõmunia non talia ſunt,ſed quaſi propria.Ex illis quidem poſſibile eſt experimentum ſumere de omnibus,atq; circa huiuſmodi eſt ars quædam non talis,quales ſunt hæ quæ demonſtrãt,eò quòd litigioſus non eſt omnino ſic ſe habens vt falſigraphus. Nã litigioſus nõ eſt ex determinati generis principijs, ſed circa omne genus verſatur. Loci igitur de ſophiſticis elenchis hi ſunt, & quòd dialectici ſit conſiderare de his locis,& elenchos ſophiſticos poſſe facere non difficile eſt videre. Methodus enim quæ circa propoſitiones eſt,de omnibus huiuſmodi habet ſpeculari, & de elenchis quidem apparentibus dictum eſt.

Maior.

Scientia uniuerſalis)ſcilicet metaphyſica.

Minor.

Concluſio.

Auctoritas.

Auctoritas.

Duplicia communia.

Tractatus quarti de cautelis. Primum caput, quibus locis quis ducitur ad inopinabile & falſum, oſtendit.

Prima cautela opponentis.

AD falsum aũt & inopinabile aliqua oratione ducere cõtingit respondentẽ, & hoc quidem fuit propositũ sophisticę intẽtionis. Primũ quidem per interrogationẽ accidit maximè, nã an nullũ propositũ determinatũ interro

Secunda cautela

gare venatiuũ est horum, vanè enim & ad nullum propositum respondentes magis peccant. Et rursus multa interrogare (q̃uis id determinatum sit ad quod disputatur) Et ea quæ videntur respondentes dicere probare, facit quandã idoneitatem vt ad inopinabile ducat aut falsum. Et si interrogatus affirmet vel neget aliquid ducere ad ea, ad quæ promptus magis est argumentari, potest tamen opponens sic minus nocere q̃ prius. Poterit enim dicere respondẽs Quid ad id quod propositum erat in principio. Principiũ autẽ deueniendi ad falsum, aut inopinabile, est nullam statim interrogare positionẽ, sed affirmare, ob id se ĩterrogare, quòd discere velit. Ad falsum aũt ostendẽdum propriùs modus sophisticus est, ducere ad talia, ad quæ abundat orationibus, quod & bene & non bene facere cõtingit, vt dictum est prius. Rursum, vt ad inopinabilia ducat, considerare oportet, ex quo genere est respondens, deinde interrogare ea, quæ pluribus illius generis sunt inopinabilia, quod quidẽ fiet sumendo singulorũ philosophantiũ opiniones. Solutio tamen contra hæc competens erit, ostendere quòd non propter opponentis orationem accidit inopinabile, quod semper vult qui cõtendit. Amplius ad inopinabile ducere accidit ex voluntatibus, & manifestis opinionibus. Non enim eadẽ volunt & dicunt homines, sed dicunt quidã decoratissimas orationes, volunt aũt ea magis quę prodesse videtur, vt bene mori magis, q̃ voluptuosè viuere dicũt oportere: & iustè agere magis, q̃ diuitijs prauè affluere, volunt aũt contraria horum. Eum igitur qui dicit secundũ voluntates, ad has manifestas opiniones ducendũ. Eũ verò qui secundũ has opiniones dicit, ad ablconsas quas vult voluntates. Vtrouis enim modo necessarium est ad inopinabile ducere. Nam aut ad manifestas, aut im

Tertia cautela.

manifestas opiniones dicent contraria. Frequẽs aũt locus faciendi dicere inopinabilia est, secundũ quod dixit Callicles in Gorgia scriptus, & veteres omnes arbitrati sunt plærunq; accidere, Vt contraria sunt inter se lex atq; natura, vt iustitiam secundum legem esse bonum, secundũ naturam autem non bonum. Oportet ergo secundum naturam loquenti obuiare secundũ legẽ, & ecõtrario. Vtroq; enim modo dicere cõtinget inopinabilia. Erit aũt quod secundum

Auctoritas.

Prima cautela p ad inopinabile ducendo. Generis. i. sectæ philosophantiũ

Secũda cautela. Auctoritas.

Auctoritas.

Auctoritas.

naturam est, sapiẽtibus verũ: quod verò secundũ legem pluribus. Quędam aũt interrogationes habent vtrinq; inopinabilem respõsionem, vt vtrũ sapientibus, an patri oporteat obedire: & expedientia facere, an iuste: & an iniuriã pati eligibilius sit, q̃nocere. Oportet ergo ducere ad ea, quæ multitudini & sapientibus sunt contraria, veluti si quis dicat secundũ sapientũ rationes, per ea quę multitudini videntur obuiandũ. Si verò vt multitudini videatur dixit, per sapientũ rationes. aiunt enim sapientes, ex necessitate beatũ iustum esse, multitudini aũt inopinabile est regem esse infelicẽ. hoc autem modo ad inopinabile ducere idem est ei, quo & secũdum leges, & secundum naturam ad contrarietatem quis ducitur. Nam lex opinio est multitudinis. Sapientes verò secundum naturam & veritatem dicunt. Ad inopinabile igitur ducendi, hi sunt loci.

Quarta cautela

Auctoritas.

Cap. 13m

Caput secundum, quibus locis contingit ducere ad nugationem & soloecismum.

DE eo quidem quod est facere nugari iam dicendũ, quid autẽ nugari sit ante diximus, orationes verò nugari faciunt, si nihil referat nomen & orationem dicere, vt duplum & dimidij duplum, si igitur est dimidij duplũ, & loco dupli ponatur dimidij duplum, erit profecto dimidij dimidij duplum, & sic deinceps. Et in concupiscentia similiter, si nihil interfit siue dicatur concupiscentia, siue delectationis concupiscentia. In omnibus ergo orationibus ex his quæ sunt adaliquid, siue secundum se, siue secundum genera: & rursus ex his quæ non sunt adaliquid, sed passiones, aut habitus, aut aliqua huiusmodi, in quorum ratione sunt subiecta de quibus prædicantur, continget facere nugari, si nihil referat nomẽ & orationem dicere: vt impar est numerus medium habens, sed aliquid est numerus impar. Si igitur semper pro impari numerus medium habens poni possit, erit profectò aliquid numerus numerus mediũ habens. Et si simum sit naris caua, & dicatur naris sima, erit ergo naris naris caua. Apparent aũt opponentes quandoq; facere nugari, non faciẽtes tamen, eò quòd interrogant, si significet aliquid per se dictũ: & si sic, an idem quod alteri iunctum an diuersum, sed conclusionem statim dicunt, & videntur benedicere, eò quòd idem nomen semper videtur idem significare, siue per se ponatur, siue alteri iunctum. Solœcismus aũt quidnam sit, dictum est prius. Contingit autem facere solœcismum & verè & apparenter, & apparẽter & non verè, atq; verè sed nõ apparenter

Cautela pro faciendo nugari.

De solœcismo.

Multipliciter cõtingit facere solœcismum.

Hoc exẽplũ nõ eſt Philoſophi, qa eius exẽp. nõ conueniunt latinæ locutioni.

parẽter, Quemadmodum dicens ficus maturas, ſolœciſmum facit ſecundũ Cecilianũ, non videtur tamen pluribus: dicens verò ficos, videtur quidẽ, & nõ facit. Manifeſtũ igit̃ eſt, q̃ ars quædã poteſt ſolœciſmum facere, eò q̃ multę orationes nõ colligẽtes ſolœciſmum vidẽtur colligere, ſicut & in apparẽtibus redargutionibus aliquid videtur eſſe qd̃ nõ eſt. Sunt autẽ omnes pene apparẽtes ſolœciſmi propter hoc, & accidit quãdo caſus neq; maſculinũ, neq; fœmininũ indicat, ſed neutrum. Nam hic quidẽ maſculinum indicat, hæc aũt fœmininũ, hoc verò neutrũ vult ſignificare, ſed & ſæpe illa vtraq; ſignificat, vt quid eſt hoc? Calliope, lignũ, Coriſcus. Cum ergo maſculini & fœminini differunt caſus omnes, neutri hi quidẽ, illi autẽ non, dato hoc, ſæpe colligunt opponentes quaſi dictũ ſit hunc, ſimiliter & aliũ caſum pro alio ponunt. Paralogiſmus igit̃ fit, eò q̃ hoc cõmune ſit plurium caſuũ, nam hoc quandoq; ſignificat hic, quandoq; quidẽ hunc. Oportet autẽ viciſſim ſignificare cũ verbo eſt q̃dem hic, cũ eſſe autẽ hũc, vt Coriſcus eſt, & Coriſcũ eſſe, & in fœmininis ſimiliter, nã in omnibus eſt & eſſe facient differentiã. Et ſolœciſmus in his elẽchis quodãmodo ſimilis eſt illis redargutionibus, quæ propter id ſunt, quòd nõ ſimilia ſimiliter dicuntur, propter dictionis figurã. Nã quẽadmodũ illic in rebus, ſic hìc in nominib⁹ accidit ſolœciſmũ facere, nã homo atq; albũ, & res & nomen eſt. Manifeſtum, quòd ſolœciſmũ tentandũ ex dictis caſibus colligere. Species igitur agoniſticarum diſputationum, & partes ſpecierũ, & modi ſunt, qui dicti ſunt.

Propter hoc). i. illum artic. hoc.

Hoc). i. ſub illo articulo hoc.

Hic). i. nominatiuum.

Hunc). i. accuſatiuum.

Illic). i. in paralogiſmis figuræ dictionis.

Hìc). i. in paralogiſ. ſolœciſmi

Cap. 14m

Tertium caput, quibus locis ad redargutionem contingit ducere.

Cautela pro redargutione.
Alia cautela.
Auctoritas.
Tertia cautela.
Auctoritas.
Quarta cautela
Auctoritas.
Quinta cautela.
Prius) ſcilicet in octauo Topicorum.
Ponit cautelas

Dlffert autem non parũ, aliquo modo ordinari ea quæ interrogantur, vt lateat quod opponens intendit. Eſt aũt ad redarguẽdũ idoneũ, vnũ quidẽ interrogationis prolixitas, Nã difficile eſt ſimul multa cõſpicere. Et rurſus feſtinatio, nã tardiores ingenio minus præuident. Amplius aũt ira & cõtentio. Nam cõturbati minus poſſunt ad oſa attẽdere. Ad iræ autẽ concitationẽ principiũ eſt, manifeſtũ eũ facere, q̃ velit iniuſte agere, & circa omnia impudens eſſe. Præterea, permutatim interrogationes ponere, ſiue plures habeat ad idẽ ratiões, ſiue ei q̃ ſic ſit, ei q̃ non ſic, ſimul enim tũ reſpondentes aut ad plura, aut ad contraria attendere habẽt. Omnia autẽ quæ dicta ſunt prius, ad occultandũ propoſitũ valere, & ad cõtentioſas diſputationes vtilia ſunt. Nã occultatio, latendi gratia eſt, Latere aũt deceptionis gratia. Ad eos

eos aũt qui negant quæcũq; arbitrantur ad opponentis ꝓpoſitũ cõ ferre, oppoſitũ ab eis interrogandum eſt, quaſi ipſum intendat, aut æqualiter ambo. Nam cũ dubiũ eſt, quid ſumere velit opponens, minus moleſti ſunt. Et cũ reſpondens quiſpiam admiſit aliqua particularia alicuius vniuerſalis, tũ opponenti inducenti ſæpe non eſt ipſum vniuerſale interrogandum, ſed vt conceſſo vtendum. Nam quandoq; putãt & ipſi reſpondentes vniuerſale admiſiſſe, & audientibus quoq; idẽ apparet propter inductiõis memoriã. Rurſus ſi vniuerſale ipſum nõ vno nomine ſignificet, ſimilitudine vtendũ ad id quod expedit. Nam latet ſimilitudo plerunq;. Præterea ad aſſumendũ propoſitionẽ, cõtrariũ eius oportet cõparando interrogare. Vt ſi debeat ſumere, quòd oportet per omnia patri obedire, interrogandũ eſt, vtrũ oporteat per oſa obedire parentibus, an per omnia non obedire. Et ſi aſſumere velit, qd̃ multa cõcedenda ſunt patri, interrogandũ vtrum concedenda ſint patri multa, an pauca. Magis enim ſi neceſſe ſit alterum fieri, videbunt̃ eſſe multa cõcedẽda. Appoſitis enim iuxta ſe contrarijs, minora & maiora videtur, & peiora & meliora hominibus. Valde autẽ & ſæpe, vt quis videatur redargui, ſophiſtica interrogantiũ calũnia effecit. Nam interdum cum nihil ſyllogiſent, vltimum concludenter dicunt, velut vere colligentes, Nonne ergo hoc & hoc?

cõtra proterros respondentes.
Prima cautela.
Aut æqualiter ambo) ſcilicet ꝓpoſitum & eius oppoſitum.
Alia cautela.
Tertia cautela.
Quarta cautela
Auctoritas.
Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt.

nõ ẽ capt̃ diſtinctũ

Secunda pars, quibus locis ex conceſſis ſit redargutio.

Ophiſticum autem documentum eſt, ſi ponatur aliquod inopinabile à reſpondente, ipſum commendare, & inde aliquo propoſito contrario quod ex principio videtur verum, interrogare vtrum ei videatur. Nam neceſſe eſt ſi ſit interrogatio talium, ex quibus ſyllogiſmus, aut redargutionem, aut inopinabile fieri, quum concedit quidem ipſum contrarium propoſitum, redargutionem: cum autem neq; det ipſum, neq; dare videtur, inopinabile fatetur. Cuin verò nõ admittit, videri tamẽ ſibi fatetur, apparens ſit redargutio. Amplius, quemadmodum in rhetoricis conſiderandum ad cõtrarietates, ſic & in elenchis, an reſpondens contradicat prius dictis, an eis quos confitetur benedicere, aut agere, aut his qui videntur tales, aut ſimilibus in opinione, aut multitudini, aut omnibus. Et ſicut cũ redarguuntur reſpondentes, orationem eſſe duplicem fingunt, dicẽtes quoniam ſic quidem accidit, ſic autem non accidit, ita opponentes du-

Cautela.
Alia cautela.
Tales) i. bene dicere uel agere
Cautela.

Cautela. tes duplici illo vtentes quoniã sic sumpserunt dicere debent. Opor
Cautela. tet etiam opponentes à proposito reliqua argumẽta reijcere, & re-
spondenti si pręsenserit, prius instare & prædicare. Conandũ etiam
Cautela. quandoq; est ad aliud ab eo quod dictum est argumentari, si non
habeat argumentum ad propositum: sicut Lycophron fecit, dum
propositum esset lyram extollere. Ad respondentes autem qui exi-
gunt ad quid conetur opponens argumentari, obseruabilius est di
cere, Quòd intendit contradictionem, vel vt negent quæ affirma-
Cautela. uerint, vel affirmẽt quæ negauerint, quod vniuersaliter accidit in
redargutionibus. Non oportet autem eum dicere, quòd intendat
specialiter contrariorum eandem esse disciplinam, Non oportet
conclusionem vt præmissam interrogare, imo nec quasdam præ-
missas, sed eis vt concessis vti. Et quibus ergo interrogationes,
& quomodo interrogandum in agonisticis exercitationibus, di-
ctum est.

Finis libri primi Elenchorum Aristotelis.

ARISTOTELIS STAGIRITAE ELENCHORVM LIBER SECVNDVS.

Tractatus primi caput vnicum de vtilitate cognitionis sophisticæ.

DE responsiõe autem, & quo modo, & quid soluere oporteat, quẽq; ad vsum orationes huiusmodi prosint, post hæc est dicendum. Vtiles igitur ad philosophiam sunt, propter duo. Primũ. n. quia eæ, quę vt plurimũ circa dictionẽ fiũt, quo melius quotupliciter quidq; dicatur, & quæ similiter, quęq; secus in rebus & in nominibus habeãt sciamus, efficiunt. Secũdo autẽ, ad eas inquisitiones, quas apud nos ipsos peragimus. nã si quis ab alio facile fallitur, atq; id nõ sentit, ipse quoq; à seipso persæpe circumuenitur. Tertio verò, postremòq;, ad gloriã, eò q; in omnibus exercitatus esse videbit, & nulla in re inexpertus esse. Si quis enim orationẽ cũ aliquo ingressus, orationẽ vituperat, cũ nihil habeat quod reprehẽdere merito possit, suspitionẽ dat, quòd non quia verum amet, sed ob imperitiam exercitationibus his offendatur. Respondentibus autẽ quomodo aduersum huiusmodi orationes sit obsistendum, manifestum est, siquidem recte prius quibus

q Sophisticæ cognitio utilis ad tria.

quibus è rebus captiosæ ratiocinatiões sint diximus: etsi sufficiẽter omnẽ quæ in interrogãdo fraus est, diuisimus. Non idẽ autem, in ppósita nobis seorsum oratione, perspicacem esse, vitiaq; posse deprehendere, & ei cũ quo congrediare celeriter posse occurrere, est. Nam quod scimus leuiter sæpe transpositum, ignoramus, tum autem quemadmodũ alijs in rebus, quicquid citius tardiusq; fit, exercitatione incrementum facit: sic & in orationibus habet: vt enim perspectũ aliqd sit nobis, inexercitati simus aũt, opportunitates frequenter negligemus, trãsmittemusq;. Accidit aũt quãdoq;, sicut in mathematicis cõfigurationibus, vt illic quæ soluimus, quãdoq; cõponere iterũ non queamus: sic & in redargutionibus. nã sciamus licet oratio vnde nectatur, iungere tamen non possumus.

Secundum caput, de apparenti solutione respondentis. *Tractatus secundus.*

PRimum igitur quemadmodũ colligimus ex opinione quãdoq; magis q̃ vere, sic vt & soluamus ex opinione, quãdoq; magis q̃ vere conandum esse dicimus. Nam omnino aduersum contentiosos sic est reluctandum, nõ vt contra eos qui redarguãt, sed qui redarguere videri velint, nõ enim efficere eos quicq̃ dicimus. quare vt ne videantur, efficiendum est. nã si redargutio contradictio est, è quibusdã non æquiuoca, nihil opus diuidere ad amphibola & æquiuocationem est, nõ enim syllogismũ facit, nulliusq; alterius gratia distinctione occurrimus, nisi quia cõclusio redargutioni similis videtur. Nõ ergo vt ne redarguamur, sed vt ne videamur redargui, cauendũ est. Nam quia vel amphibola, vel æquiuoca, vel quęcũq; aliæ huiusmodi cauillationes interrogãt, & vera redargutio obscurat, & quis redarguat, nõ redarguat, incertũ fit. Quoniã enim ad finẽ cõcludenti, nõ quod dixerat negare, dicere, sed vel æquiuoce vel ambigue licet, maxime licet eò tẽdat oratio, tũ peracta redargutio sit, nec ne, cerni nõ potest. Incertũ enim, verũ dicat nec ne. Si verò distinctione adhibita, de æquiuoco ambiguoue scisitatus fuisset, haud obscurus elenchus fuerat. qđq; hoc qdẽ tẽpore minus, olim autẽ magis cõtensiosi requirebã, itáne an nõ vt respõdeat is qui interrogat fieri poterat. Nũc aũt, quia nõ bene interrogãt inquirẽtes, necesse est vt respõdeat aliquid is qui interrogatus est, interrogatiõis vitiũ emẽdãs, ęa distinctiõe recta adhibita, alterutr̃, vel ita vel nõ respondentẽ dicere necesse est. Si quis autẽ eam quę secundum æquiuocationem est, redargutionem esse putet quodam modo

Nõ sufficit in fine disp. multiplex distinguere.

modo reſpõdentẽ effugere quo minus redarguatur nõ licet. Nã in ijs quæ ſubiecta oculis ſunt, neceſſariũ quod affirmauit nomẽ negare, & quod negauit affirmare. Enimuero, vt occurrunt quidã, nihil prodeſt, non enim Coriſcum, muſicũ & non muſicũ, ſed hunc Coriſcũ muſicum, & hunc Coriſcum non muſicum eſſe aiunt, eadẽ nanq; erit oratio, Coriſcum, ei quæ eſt hunc Coriſcum muſicum, vel non muſicum eſſe, quod ſimul affirmant & negant. Sed fortaſſe non idem ſignificat, neq; enim illic nomen eſt, quare in aliquo differt. Si autem hic quidem ſimpliciter dicat Coriſcum, illic autẽ aut aliquem, aut hunc addat, abſurdum eſt. nihil enim magis hoc q̃illud, vtrolibet enim nihil differt. Enimuero quia incertum quidem eſt, qui ambiguitatem nõ diſtinxit, redargutus ſit nec ne (conceditur enim in orationibus diſtinctio) manifeſtũ, quòd interrogationem ſic vt nõ diſtinguatur, ſed ſimpliciter recipere, peccatũ eſt. Nam etſi non ipſe, tamen oratio redargutæ ſimilis eſt. Accidit aũt ſæpe, vt quanq̃ amphibologiam videant, cunctentur tamen diſtinguere, eò quòd crebra talia proponantur, ne ad omnia indignari videantur. deinde non putãtibus ob id fieri orationẽ, ſæpe profecto inopinabile occurrit. quapropter quia cõceſſum eſt orationẽ diſtinguere, haud cunctandũ eſt, quemadmodũ dictum eſt prius. Si aũt interrogationes duas, non vnam quiſq̃ facit, ac non ob æquiuocationem amphibologiámue captioſa collectio fit, eſt ne redargutio an non? quid enim differt interrogare, Callias & Themiſtocles muſici ſint, q̃ ſi ambobus diuerſi cũ ſint, vnum nomen eſſet? ſi plura enim q̃ vnum ſignificat, plura interrogauit. ſi igitur nõ recte fit, duas ad interrogationes reſponſionẽ vnã ſimpliciter cenſere dãdam eſſe, manifeſtũ quòd nulli eorum quæ æquiuoca ſunt, reſpondere ſimpliciter cõuenit: neq; ſi de omnibus quidem æquiuocum ſit verũ, veluti cenſent quidam. nihil enim differt hoc, q̃ ſi interrogaſſet, Coriſcus & Callias vtrũ domi ſint, an non ſint domi? ſiue aſſint ambo, ſiue nõ aſſint. vtrinq; enim propoſitiones plures ſunt. non enim quia verum eſt quod dicitur, ideo interrogatio eſt vna, poſſibile eſt enim, ſi mille quæſtiones proponãtur, ad omnes vel ita, vel non vere reſpõdere, attamẽ non ideo vna eſt reſpõſione reſpondendũ. ſic enim diſputatio tolleretur. perinde eſt enim hoc, ac ſi idẽ nomen diuerſis imponatur. Si igitur nõ oportet ad interrogationes duas reſpõſionem vnam dare, manifeſtum quòd nec in æquiuocis aiendũ negandúmue eſt, neq; enim qui ſic dixit, reſpõdet, tametſi aliquid dixit:

Ad multiplex ſimpliciter reſpondere peccatum eſt.

dixit: ſed id admittunt quodãmodo in diſputationibus, eò q̃ lateat, quod accidit. Quẽadmodũ igit᷑ diximus, q̃ redargutiões quædã videntur eſſe, cum non ſunt: eodem quoq; modo & ſolutiones quædam videntur eſſe, quæ non ſunt, quas dicimus quandoq; operæ precij plus in contentioſis orationibus afferre, quàm veras, & in ea qua duplici occurritur.

Solutiones duplices

2 Reſpondendũ autẽ in ijs quæ videntur, ſic vt eſto dicat. nã ſic redargutio minime fiet. Si verò aliquid quod inopinabile ſit, cogatur dicere, hic maxime videri ſibi addat. ſic enim neq; redargutio, neq; inopinabile videbitur fieri. Quia aũt, quo pacto principium petat᷑, manifeſtũ eſt, omnes autem quæ propinqua principio ſunt, tollẽda, & minime cõcedenda eſſe putãt, perinde ac ſi principiũ petat᷑, ſi quid obſtat, recuſetur. Et ſi quid tale poſtulauerit quiſpiam, quod quidẽ conſequi ex poſitione neceſſariũ eſt, ſit autẽ vel falſum vel inopinabile, idem id eſt principiũ peti dicendum. nam quæ ex neceſſitate accidunt, eſſe poſitionis eiuſdem videntur. Amplius cũ vniuerſale nõ nomine, ſed ſimilitudine ſumitur, dicendũ quòd nõ ita vt datum eſt, neq; vt propoſuit, ſumit. nã propter id ſæpe redargutio fit. cũ autem inde excludit᷑, ad id quod nõ bene eſt oſtẽſum, redeundum eſt. obſiſtendum autem iuxta determinationem dictã. In ijs igitur quæ proprie dicuntur nominibus, neceſſe reſpondere, vel ſimpliciter, vel per diſtinctionẽ. quę autem ſubintelligentes proponimus, vt quæcunq; non plane, ſed truncatim interrogãtur, propter id accidit redargutio, vt putáſne quicquid eſt Athenienſium, poſſeſſio Athenienſiũ eſt? ſic. ſimiliter aũt & in alijs? atqui homo eſt animaliũ? ſic. poſſeſſio igitur animaliũ, homo. nã hominem animaliũ eſſe dicimus, quia aĩal eſt, & Lyſandrũ Lacedęmonioq;, q̃a Lacedæmonius eſt. Manifeſtũ igitur, q̃ in quibus obſcurũ aliquid proponit᷑, id concedendũ ſimpliciter nõ eſt. Quãdo verò duobus inexiſtẽtibus, cũ hoc quidẽ eſt, alterũ eſſe neceſſariò videtur. at cũ illud eſt, hoc eſt nõ neceſſariò, vtrôq; interrogato, dare qd᷑ minꝰ eſt oportet. nã colligere de pluribꝰ difficilius eſt. Si aũt argumentet᷑, q̃ hic quidẽ cõtrariũ ſit, illic aũt non ſit: ſi hic vera ratio eſt, cõtrariũ quidẽ eſſe, at nomẽ alterius poſitũ nõ eſſe dicendũ eſt. Quoniã aũt eorum quæ quidẽ in oratione hominum verſantur, quædã huiuſmodi ſunt. vt plures cũ qui nõ cõcedat falſum dicere aiãt, quę dã aũt nõ: qualia ſunt quęcunq; ambigunt᷑ (vt corruptibilis an incorruptibilis animãtũ ſit anima, vulgo nõ cõſtat) in quibus igit᷑ in

De modis apparẽter ſoluendi.

modo reſpõdentẽ effugere quo minus redarguatur nõ licet. Nã in ijs quæ ſubiecta oculis ſunt, neceſſariũ quod affirmauit nomẽ negare, & quod negauit affirmare. Enimuero, vt occurrunt quidã, nihil prodeſt, non enim Coriſcum, muſicũ & non muſicũ, ſed hunc Coriſcũ muſicum, & hunc Coriſcum non muſicum eſſe aiunt, eadẽ nanq; erit oratio, Coriſcum, ei quæ eſt hunc Coriſcum muſicum, vel non muſicum eſſe, quod ſimul affirmant & negant. Sed fortaſſe non idem ſignificat, neq; enim illic nomen eſt, quare in aliquo differt. Si autem hic quidem ſimpliciter dicat Coriſcum, illic autẽ aut aliquem, aut hunc addat, abſurdum eſt. nihil enim magis hoc q̃ illud, vtrolibet enim nihil differt. Enimuero quia incertum quidem eſt, qui ambiguitatem nõ diſtinxit, redargutus ſit nec ne (conceditur enim in orationibus diſtinctio) manifeſtũ, quòd interrogationem ſic vt nõ diſtinguatur, ſed ſimpliciter recipere, peccatũ eſt. Nam etſi non ipſe, tamen oratio redargutæ ſimilis eſt. Accidit aũt ſæpe, vt quanq̃ amphibologiam videant, cunctentur tamen diſtinguere, eò quòd crebra talia proponantur, ne ad omnia indignari videantur. deinde non putãtibus ob id fieri orationẽ, ſæpe profecto inopinabile occurrit. quapropter quia cõceſſum eſt orationẽ diſtinguere, haud cunctandũ eſt, quemadmodũ dictum eſt prius. Si aũt interrogationes duas, non vnam quiſq̃ facit, ac non ob æquiuocationem amphibologiámue captioſa collectio fit, eſt ne redargutio an non? quid enim differt interrogare, Callias & Themiſtocles muſici ſint, q̃ ſi ambobus diuerſi cũ ſint, vnum nomen eſſet? ſi plura enim q̃ vnum ſignificat, plura interrogauit. ſi igitur nõ recte fit, duas ad interrogationes reſponſionẽ vnã ſimpliciter cenſere dãdam eſſe, manifeſtũ quòd nulli eorum quæ æquiuoca ſunt, reſpondere ſimpliciter cõuenit: neq; ſi de omnibus quidem æquiuocum ſit verũ, veluti cenſent quidam. nihil enim differt hoc, q̃ ſi interrogaſſet, Coriſcus & Callias vtrũ domi ſint, an non ſint domi? ſiue aſſint ambo, ſiue nõ aſſint. vtrinq; enim propoſitiones plures ſunt. non enim quia verum eſt quod dicitur, ideo interrogatio eſt vna, poſſibile eſt enim, ſi mille quæſtiones proponãtur, ad omnes vel ita, vel non vere reſpõdere, attamẽ non ideo vna eſt reſpõſione reſpondendũ. ſic enim diſputatio tolleretur, perinde eſt enim hoc, ac ſi ídẽ nomen diuerſis imponatur. Si igitur nõ oportet ad interrogationes duas reſpõſionem vnam dare, manifeſtum quòd nec in æquiuocis aiendũ negandúmue eſt, neq; enim qui ſic dixit, reſpõdet, tametſi aliquid dixit:

Ad multiplex ſimpliciter reſpondere peccatum eſt.

dixit: ſed id admittunt quodãmodo in diſputationibus, eò q̃ lateat, quod accidit. Quẽadmodũ igit᷑ diximus, q̃ redargutiões quædã videntur eſſe, cum non ſint: eodem quoq; modo & ſolutiones quædam videntur eſſe, quæ non ſunt, quas dicimus quandoq; operæ precij plus in contentioſis orationibus afferre, quàm veras, & in ea qua duplici occurritur.

Solutiones duplices

2 Reſpondendũ autẽ in ijs quæ videntur, ſic vt eſto dicat. nã ſic redargutio minime fiet. Si verò aliquid quod inopinabile ſit, cogatur dicere, hic maxime videri ſibi addat. ſic enim neq; redargutio, neq; inopinabile videbitur fieri. Quia aũt, quo pacto principium petat᷑, manifeſtũ eſt, omnes autem quæ propinqua principio ſunt, tollẽda, & minime cõcedenda eſſe putãt, perinde ac ſi principiũ petat᷑, ſi quid obſtat, recuſetur. Et ſi quid tale poſtulauerit quiſpiam, quod quidẽ conſequi ex poſitione neceſſariũ eſt, ſit autẽ vel falſum vel inopinabile, idem id eſt principiũ peti dicendum. nam quæ ex neceſſitate accidunt, eſſe poſitionis eiuſdem videntur. Amplius cũ vniuerſale nõ nomine, ſed ſimilitudine ſumitur, dicendũ quòd nõ ita vt datum eſt, neq; vt propoſuit, ſumit. nã propter id ſæpe redargutio fit, cũ autem inde excludit᷑, ad id quod nõ bene eſt oſtẽſum, redeundum eſt. obſiſtendum autem iuxta determinationem dictã. In ijs igitur quæ proprie dicuntur nominibus, neceſſe reſpondere, vel ſimpliciter, vel per diſtinctionẽ. quę autem ſubintelligentes proponimus, vt quæcunq; non plane, ſed truncatim interrogãtur, propter id accidit redargutio, vt putáſne quicquid eſt Athenienſium, poſſeſſio Athenienſiũ eſt? ſic. ſimiliter aũt & in alijs? atqui homo eſt animaliũ? ſic. poſſeſſio igitur animaliũ, homo. nã hominem animaliũ eſſe dicimus, quia aĩal eſt, & Lyſandrũ Lacedęmonioq;, qa Lacedæmonius eſt. Manifeſtũ igitur, q̃ in quibus obſcurũ aliquid proponit᷑, id concedendũ ſimpliciter nõ eſt. Quãdo verò duobus inexiſtẽtibus, cũ hoc quidẽ eſt, alteq; eſſe neceſſariò videtur, at cũ illud eſt, hoc eſt nõ neceſſariò, vtróq; interrogato, dare qd᷑ minꝰ eſt oportet. nã colligere de pluribꝰ difficilius eſt. Si aũt argumentet᷑, q̃ hic quidẽ cõtrariũ ſit, illic aũt non ſit: ſi hic vera ratio eſt, cõtrariũ quidẽ eſſe, at nomẽ alterius poſitũ nõ eſſe dicendũ eſt. Quoniã aũt eorum quæ quidẽ in oratione hominum verſantur, quædã huiuſmodi ſunt, vt plures cũ qui nõ cõcedat falſum dicere aiãt, quę dã aũt nõ: qualia ſunt quęcunq; ambiguẽ (vt corruptibilis an incorruptibilis animãtũ ſit anima, vulgo nõ cõſtat) in quibus igit᷑ in

De modis apparẽter ſoluendi.

certum eſt, vtro modo dici quod proponitur ſoleat, nũ vt ſententiæ (ſentẽtias enim & opiniones veras, & negationes totas vocant: vt diameter incõmenſurabilis eſt) in his reſpõdendũ nõ eſt. Præterea de quo verũ ſit nec ne dubitaꝛ, ſi qs noĩa trãsferat, in illis maxime latebit. nã ideo quia incertũ eſt vtro mõ ſe verũ habeat, nõ videbitur ſophiſtice agere, ideo aũt qa dubiũ eſt, nõ videbiꝛ falſum dicere. metaphora verò faciet oratio vt redargutioni exponaꝛ. Amplius quaſcũq; interrogationũ præſenſerit aliquis, præinſtandum pꝛ dicendumq; eſt, ſic enim maxime interrogantem prohibebit.

Caput tertium, de recta ſolutione loci.

De ſolutiõe recta in generali.

QVoniã autem recta ſolutio manifeſtatio falſi ſyllogiſmi eſt, quã ob interrogationẽ accidat falſum: falſus aũt ſyllogiſmus dicitꝛ dupliciter, nã aut collectũ eſt falſum, aut cũ ſyllogiſmus nõ eſt, eſſe ſyllogiſmus videtꝛ: erit & quę nunc dicta eſt & apparẽtis ſyllogiſmi ſolutio, ob quã videtur eſſe interrogationũ correctio. itaq; cõtingit orationes quę colligunt, inficere & negare: quę aũt nõ verè ſed in ſpeciẽ colligũt, diſtinctione adhibita ſoluere. Rurſum aũt quoniã ſyllogiſantium orationum hę quidem verã, illæ autem falſam concluſionẽ habent: eas quidem quæ ſecundũ cõcluſionẽ ſunt falſæ, duobus modis ſoluere cõtingit. nã & eo qꝺ tollitur aliquid eorũ quæ interrogata ſunt, & eò ꝙ oſtenditur cõcluſio, ſic ſe nõ habere. Eas verò quæ ſecundũ propoſitiones, eò ꝙ tollitur quiddã ſolũ. nã concluſio vera eſt. Quare volentibus orationem ſoluere, primũ quidẽ inſpiciendum eſt, colligat an nõ colligat, deinde vera cõcluſio ſit an non vera, quo vel diſtinguẽdo vel inficiãdo ſoluamus: ac rurſus inficiando vel hoc vel illo modo, ceu dictum eſt priũs.

De ſolutione paralogiſmorũ in dictione.

2 Plurimũ autem differt, orationem in ipſa cõtentione cõgreſſuq;, & vrgente aduerſario, an extra contentionẽ ſoluas. nã præuidere qꝺem difficile, per ociũ aũt videre facile eſt. Eaꝛ igitur quę per æquiuocationem & amphibologiã redargutiones ſunt, aliæ quidem interrogationẽ quandã plura ſignificantem, aliæ autem concluſionẽ multipliciter dictã habent. vt in ea quidẽ quæ eſt ſilentia dicere, cõcluſio duplex eſt: in ea verò quæ eſt nõ cõſcire ſcientẽ, vna interrogationũ ſignificat duplex, hoc quidem ens, illud verò nõ ens. Quibuſcunq; igitur in fine eſt multiplex, niſi prius ſumpſerit contradictionẽ, non fit redargutio, vt in eo quod eſt cæcum videre. nã ſine cõtradictione redargutio nõ fit. quotieſcunq; verò in interrogationibus eſt, nõ neceſſe eſt prænegare quod duplex eſt, nã nõ ad hoc, ſed pro

ſed propter hoc fit oratio. principio igitur ad duplex ſiue id nomẽ, ſiue oratio eſt, ſic reſpõdendũ erit, vt dicamus alicubi ſic eſſe, alicubi nõ eſſe. vt ſilẽtia dicere, nempe alicubi eſt verũ, alicubi verũ nõ eſt. & quæ expediunt agenda, ſunt enim in quibus verũ, ſunt in qꝺbus nõ verum. nã expedientia multipliciter dicũtur. Si aũt lateat in finẽ vſq;, addẽdo propoſitionẽ corriges, vt, eſt igitꝛ ſilẽtia dicere? nõ, inquies: ſed eũ qui ſilet. Et in ijs aũt quę multiplex in propoſitionibus habẽt, ſimiliter. nõ putas cõſciunt, quod ſciunt? ſic, inquies, ſed nõ qui ſic ſciũt. nõ enim idem eſt, quod nõ conſcire liceat, & qꝺ ſic ſcientes conſcire non liceat. Et omnino obluctandũ eſt: etiamſi ſimpliciter colligatur, quòd non rem quam dixit, ſed nomen negauit, ideoq; non eſſe redargutionem. Manifeſtum autẽ, & eas quæ ꝓpter cõpoſitionẽ & diuiſionẽ ſunt, quomodo ſoluere deceat. Nam ſi diuiſa cõpoſitaq; oratio aliud ſignificat, poſtq; concluditur cõtrarium dicendum. Sunt autem orationes omnes ſecundũ cõpoſitionem & diuiſionem huiuſmodi. Putáſne quo vidiſti tu hũc percuſſum, illo percuſſus eſt hicꝰ & quo percuſſus eſt, illo tu vidiſti? Habet quidẽ etiam hoc ambiguũ aliquid: verùm id à cõpoſitione eſt, nam duplex nõ ob id eſt, quòd ſecundũ diuiſionẽ eſt, non enim eadẽ ratio fit diuiſa & cõpoſita. ſiquidẽ ora & hora ſecundũ accentũ prolata, ſignificãt aliud: ſed in ſcriptis quidem nomẽ idem eſt, cum ex eiſdẽ elementis ſimiliterq; ſit ſcriptum. Et illic autẽ notas faciũt, prolata verò non eadem, quare quod propter diuiſionẽ eſt, duplex nõ eſt, manifeſtum autem, ꝙ non omnes redargutiones propter duplex ſunt, ſicut quidã dicunt. Diſtinctio igitur ei qui reſpõdet adhibenda eſt. non idẽ eſt enim dicere, videre oculis percuſſum, & dicere, oculis percuſſum videre: & illa Euthydemi oratio, putáſne vides tu nũc exiſtentes in Pyreo naues, cũ in Sicilia ſis? & rurſum, putáſne malum ſutorem, bonum eſſe? ſit autẽ bonus aliquis vir, ſutor malus, quare ſutor malus. putáſne quoꝝ ſcientiæ bonæ, ea perdiſcere bonũ eſt? mali autem ſcientia eſt bona: digna igitur ſtudio res malum. attamen & malum, & diſciplina malũ: quare mala diſciplina malũ. Putáſne verũ dicere nũc, ꝙ tu factus ſis? factus es ergo nũc. An aliud ſignificat diuiſum? verùm enim dicere nunc eſt, ꝙ tu factus ſis: ſed nõ verũ, nunc te factũ eſſe. Putáſne qualiter & quæ potes, ſic & ipſa facias, nõ citharizãs autem poteſtatem citharizandi habes: citharizabis igitur, non citharizans. An nõ huius poteſtatẽ habet, vt ſcilicet nõ citharizans citharizet, ſed cũ non facit hoc, vt

nota ꝙ mã appellationis

faciat. Soluunt autē quidā id, aliter etiā, nam si dedit vt potest facere, nō dicunt accidere citharizantē citharizare. nō enim omnino vt potest facere. datū est facere, nō idē aūt esse vt potest, & oīno vt potest facere. Sed manifestū, q̄ non bene soluunt. nā orationū omniū quæ propter idē, eadem solutio est, eadē aūt non ad omnes, nec qualitercunq; interrogatas accōmodabitur: sed est cum ad interrogātem, haud verò ad orationem accōmodat̄. Propter accentū aūt captiones, neq; in ijs quę scribunt̄, neq; in ijs quæ dicūtur, prę terq̄ perpaucæ fiunt, vt putásne quod habitas, domus est? sic. nūquid ne est quod habitas, negatio eius est, quod habitas? sic. dicebas aūt ne esse quod habitas domū. negas igitur te habitare domū. Quomodo aūt soluendū, est palā, nō enim idē grauiter & acute prolatū significat. Manifestū autē & in ijs quæ figura orationis eadē dici videntur, cū eadē non sint, quo pacto obsistendū, eò q̄ genera prædicamentoꝝ habemus. nā hic quidē dedit interrogatus, non esse aliquid eoꝝ quę quid est significāt, ille verò ostēdit quidē esse aliquid eoꝝ quæ sunt ad aliquid, vel quātitatis. vidētur aūt quid est significare, propter dictionē, vt in hac oratione: putásne cōtingit idē simul facere & fieri? non. at verò videre simul & videri idē, & secundū idē contingit: Putásne est aliquid eoꝝ quæ sunt pati facere? non. nōne igitur secatur, vritur, operatur, similiter dicuntur: & oīa quidem pati significāt? rursum autem currere, videre, similiter sibi inuicē dicuntur. verūtamen videre sentire aliquid est: quare & pati aliquid, simul aūt & facere. Sí aūt aliquis illic quidē simul idem facere & pati non possibile, hìc aūt videre & videri esse possibile dicat, nondū redargutus est, si videre nō facere aliquid videriq; pati esse dicat. opus est. n. interrogatiōe hac, quæ data esse credet̄ audiēte, cū & secare facere aliquid, & secari fieri aliqd concederet̄, & quæcunq; alia similiter dicūtur. nā reliquum ipse addit, qui audit, veluti similiter dictū. illud aūt similiter quidem non dicitur, si militer verò ob dictionem videtur. Idem autem accidit hìc, quod in æquiuocationibus. putat. n. in æquiuocis insçius orationū, quam dixit, negare rē, non nomen, ideóq; adhuc opus interrogatione habet, si ad vnū respiciens dicat æquiuocū. sic enim dāte, erit redargutio. Símiles aūt & hę oratiōes illis: si quod quis habēs, postea nō habet, amisit, nā vnū solum amittens calculū, decē calculos nō habebit. An quod non habet quidem prius habens, amisit: non necesse est aut tot amittere, quantū vel quot habet, interrogās igit̄ quod habet,

habet colligit in eo quot. nā decem aliquot, si igitur interrogasset principio, an quęcūq; non habet aliquis, cū prius haberet, putásne amisit totidē? nullus vtiq; dedisset: sed aut tot, aut horū aliquid. Et quoniā daret aliquis qd̄ nō habet, non enim habet vnū solū calculum. An verò nō dedit quod nō habuit, sed vt nō habuit, nū illud? nā solū nō quod significat, neq; quale, neq; quantū, sed vt se habet ad aliqd, vt qd̄ non cū alio. Quēadmodū igit̄ si quis dicat, putásne quod aliquis nō habet, dabit? & annuēte interroget, an dabit quispiā aliquid cito, qui non habet cito? & astruēte colligat, igit̄ dabit quis quod non habet. manifestum. n. quod non colligit. nā cito nō est quod dare, sed hoc modo dare. Quo autem modo quispiā nō habet, dabit aliquis: vt quod suauiter habet, mœstè dabit. Símiles autem & huiusmodi orationes. Putásne manu, quā non habet, percutiet quis? aut oculo, quē nō habet, videbit quis? non enim habet vnū solum oculū. Soluunt autem quidā, dicētes, & quod habet vnū solum oculū, & aliud quidlibet qui plura habet. Quoddā autem, & vt quod habet accepit. dedit enim vnū solū hic calculū, & hic habet (dicunt) vnum solū ab hoc calculū. accepit enim ab hoc. ergo vnū solum habet hic calculum. Alij autem statim interrogationē tollentes, quia contingit, qd̄ non accepit habere. vt vinū accipientē suaue, si corrūpatur, interea dum accipitur, habere acre. Sed qd̄ dictum est prius, hi omnes non ad orationem, sed ad hominem soluendo respiciunt. nā si esset hæc solutio, dantē oppositū non possibile esset soluere, quemadmodū & in aliꝭ. vt si est, quidē quod est, est etiā quod nō est. solutio, si simpliciter det dici, cōcludit: si aūt nō concludit, non erit solutio. In prædictis igitur (oībus datis) dicimus syllogismum non fieri. Amplius autem & hæ ex huiusmodi oratiōnibus sunt. putásne quod scriptum est, scripsit quis? scriptū nunc, q̄ tu sedeas. falsa oratio, erat autem vera, cū scribebatur. igitur simul scribebat falsa & vera. nā falsam vel verā orationem vel opinionē esse, non quod, sed tale significat. nā eadem ratio & in opinione. Et putas quòd discit discens, hoc est quod discit? discit aūt aliquis, quod tardū est celeriter. non enim quid discat, sed vt discat, dixit. Et putas quod ambulat aliquis, hoc calcat? ambulat autem totum diem. at non quid ambulet, sed quando ambulet, dixit. Nec cum scyphum quis bibat, quid bibat sed ex quo? Et putas quod quis sciuit inueniens vel discēs, sciuit? quoꝝ autem hoc quidem inuenit, illud aūt didicit ambo hæc, neutrū. An hoc quidē oē, illud aūt non

omne? Et quoniã eſt,quis tertius homo à ſe,& ab vnoquoq;. nam homo & oẽ cõmune,nõ hoc aliquid,ſed quale qd, vel adaliqd, vel aliquo modo,vel huiuſmodi aliquid ſignificat. Similiter aũt & in hoc, Coriſcus & Coriſcus muſicus,vtrũ idẽ an alter? nã hoc quidẽ hoc aliquid,illud aũt quale quid ſignificat.quare nõ eſt idẽ exponere,Exponere autẽ nõ facit tertiũ hoiem,ſed id ipſum quid eſſe cõcedere, nõ enim erit hoc aliquid eſſe,id quod Callias, & id quod hõ eſt,neq; ſi quis expoſitũ non id quidẽ q; hoc aliquid eſſe dicat,ſed idẽ quod quale. nihil enim referet,nã erit præter ſingula vnũ quid dam,vt homo. manifeſtum ergo,quòd non dandum, hoc aliquid eſſe quid,quod communiter de omnibus prædicetur: ſed aut quãtum,aut quale,aut adaliquid,aut aliquid talium ſignificare. Omnino autem in orationibus, quæ propter dictionem ſunt, per oppoſitum ſemper eſt ſumendum: aut per id propter quod oratio eſt. vt ſi propter compoſitionem oratio, ſolutio diuidendo: ſi autem propter diuiſionem,componendo fiat. Rurſum ſi propter accentũ acutum,grauis,erit ſolutio: ſi verò propter grauem,acutus. Si autem propter æquiuocationem eſt,oportet oppoſitum nomen dicendo ſoluere:vt ſi animatum accidit dicere,negando non eſſe,manifeſtũ quòd eſt inanimatum:ſi verò inanimatum dixit,hic autẽ animatum colligat, dicendum quòd eſt inanimatum. Similiter autẽ & in amphibologia. Si autem ſecundum ſimilitudinem dictionis, oppoſitum erit ſolutio, putáſne quod non habet,dabit aliquis? An nõ quod non habet,ſed vt non habet, vt vnũ ſolum calculum? putáſne quod ſcit,diſcens vel inueniens ſcit? attamen non quæ ſcit.&, ſi quo ambulat,calcat: nõ tamẽ quãdo. ſimiliter autem & in alijs.

Caput quartum, de diluendis argutijs accidentis.

De ſophiſmatis accidentis.

EArum verò quæ per accidens ſunt, vna quidem ſolutio eſt omnium. nã quia incertum eſt, quando tribuere rei oporteat id, quod rei accidenti tribuitur: & in quibuſdam quidem tribuendũ videtur,dicũtq;,in quibuſdã autem non dicunt neceſſariũ eſſe tribuere: dicendum igitur,conformata ſimiliter ad omnes ſententia, quòd neceſſarium non ſit,habere autẽ id ſemper oportet,quo refellendo vtãtur cum dicunt,id per inde eſt vt,Sunt autem omnes rationes propter accidens huiuſmodi.Id ſcis, quod te interrogare volo? venientem autem coopertum noſti, ſtatua tuum opus eſt,tuus canis eſt pater,quæ verò ſunt pauca? manifeſtũ enim in omnibus his,quòd nõ neceſſe eſt quod de accidente dicit̃,& de re verũ eſſe. in ſolis

in ſolis enim ijs quæ ſecundũ ſubſtãtiã indifferentia ſunt,& quæ vnum ſunt,omnia videtur eadem ineſſe. bono autem non idem bonum eſſe & interrogatum iri eſt,neq; venienti,aut cooperto,& veniẽtem,& Coriſcum eſſe idem eſt. Quare nõ ſi noſco Coriſcũ,ignoro autem venire,eundem noſco ignoroq;. neq; ſi hoc eſt meum,eſt autem opus, meum eſt opus:ſed poſſeſſio,vel res,vel aliud quippiam.eodem autem modo & in alijs. Soluunt autem quidã interrogationem diſtinguẽdo. eandẽ enim rem cognoſcere & ignorare cõtingere dicunt,ſed nõ ſecundũ idem. venientẽ igitur non noſcẽtes, Coriſcum autem noſcentes, eundẽ quidem cognoſcere & ignorare dicunt,ſed non ſecundũ idem. Atqui primum quidem(quemadmodum iam diximus)earum quę propter idem ſunt rationum eãdem ſolutionem eſſe oportet.id autem nõ erit,ſi quis translato exemplo non in cognoſcere ſed in eſſe, aut aliquo modo ſe habere, id ipſum quod ſtatuunt,ſumat: vt ſi hic pater,eſt autem tuus. nã tametſi in quibuſdam id verum eſt,& cõtingit idẽ cognoſcere & ignorare,tamen nihil hic cõmune quod dictum eſt habet. Nihil autem prohibet,eandem rationẽm plura vitia habere: at nõ omnis vitij oſtẽſio,ſolutio eſt. Nam poſſibile eſt oſtẽdere quempiã,quod male quidem collegit: propter quid autem male collegerit,non oſtendere, vt Zenonis rationem qua non moueri probat.quare & ſi quis conet̃ colligere,vt ad impoſſibile,peccat:etſi millies colligat. nõ enĩ eſt hæc ſolutio,erat,n. ſolutio,ſyllogiſmi falſi quapropter ſit falſus manifeſtatio. ſi igit̃ nõ collegit, q̃uis aut verum aut falſum conet̃ colligere,idq; oſtẽdit aliquis,illius oſtẽſio,ſolutio eſt. Fortaſſe aũt & id in quibuſdã nihil prohibet vſuuenire:verùm in his nõ hoc ſpectatur,nã & Coriſcũ quod Coriſcus cognoſcit, & venientem quod veniens.cõtingere autem videtur, idẽ cognoſcere & nõ:vt quod album quidẽ cognoſcere.quod autẽ muſicũ,nõ cognoſcere. ſic enim idem cognoſcit,& non cognoſcit:ſed nõ ſecundũ idem. venientem autẽ & Coriſcũ,& quod veniens,& quod Coriſcus,cognoſcit. Similiter autem peccãt & ij, qui omnem numer? paucum eſſe diluunt, vt iſti quos diximus,vtpote qui vbi nondũ cõcluſum eſt,id omittẽtes,recte cõcluſum eſſe dicũt.oĩa enim eſſe & multum & paucũ dicentes,peccant. Quidam autem & duplici ſyllogiſmos hos ſoluũt: vt quòd tuus eſt pater,aut filius,aut ſeruus. Atqui manifeſtũ,ſi obmultiplex eſſe elẽchus videat̃,oportere vel nomẽ,vel orationẽ pluriũ eſſe proprie,hũc autẽ eſſe huius,nemo proprie dicit,ſi dominus eſt filij

eſt filij,ſed propter accidens compoſitio eſt,putáſne eſt hoc tuum? ſic.eſt aũt hoc filius,tuus igit filius,quia accidit eſſe & tuũ,& filiũ: ſed non tuũ filium. Et eſſe aliquid malorum bonũ:nam prudentia eſt diſciplina malorũ.Hoc autem horum eſſe,nõ dicitur multipliciter,ſed poſſeſſio,ſiquidem fortaſſe multipliciter.nam & eſſe hoiem animalium dicimus eſſe,ſed non poſſeſſionẽ, & ſi quid ad mala dicitur,vt aliquorum ,propter id malorum eſt:ſed non hoc malorũ. propter id igit quod aliquo modo,etiã ſimpliciter apparet. Quãq cõtingit fortaſſe,bonum eſſe aliquid malorum dupliciter,nõ tamẽ in oratione hac:ſed magis,ſi quod mancipiũ,ſit bonũ mali. fotaſſe autẽ neq; ſic.non enim ſi bonũ eſt & huius,bonum huius ſimul verũ.neq; hoiem dicere aĩaliũ eſſe,dicit multipliciter.nõ.n.ſi aliquid ſignificamus auferẽtes id dicit multipliciter.nã & dimidiũ verſus, da mihi,cum dicimus,Iliada ſignificamus:vt,Iram pande Dea.

Quintum caput, De ſolutione ſex vltimorum locorum, qui ſunt extra dictionem.

De ſophiſmatis dicti ſecundũ qd

EAs verò quæ propter id propriè, vel quadãtenus, vel vbi,vel aliquo modo, vel ad aliqd & nõ ſimpliciter dicũtur, ſoluere ꝓpenſa concluſionis contradictione oportet,an aliqd huiuſmodi paſſam eſſe contingat. Nam contraria & oppoſita, & affirmationẽ & negationẽ,ſimpliciter quidẽ ineſſe eidem eſt impoſſibile, at quadã tenus vtrũq;,vel ad aliqd,vel aliquo modo,vel hoc quidẽ quadãtenus,illud autẽ ſimpliciter,nihil ꝓhibet.quare ſi hoc quidẽ ſimpliciter,illud aũt quadãtenus,nondũ eſt redargutio.hoc aũt in concluſione conſiderare,animo ad contradictionẽ intento oportet. Atqui huiuſmodi orationes omnes hoc habẽt. Putáſne cõtingit,quod nõ eſt,eſſe? attamẽ nõ eſt aliquid id quod non eſt. Similiter autem & quod eſt,nõ erit.nã nõ erit aliquid,cũ ſunt. Eundẽ ſimul bene iurare & peierare cõtingit? poſſibile eſt ſimul eidẽ ſuadere & diſſuadere? an neq; eſſe qd,& eſſe,idẽ? quod autẽ nõ eſt, non ſi eſt quid,etiã eſt ſimpliciter.neq; ſi bene iurat id quidẽ,& qua neceſſe eſt,& bene iurat,nã qui iurat ſe peieraturꝝ,bene iurat peierãs, hoc ſolũ:at non bene iurat:neq; qui diſſuadet,ſuadet,ſed ſecundũ quid ſuadet. Similis aũt ratio eſt & de eo qd eſt mẽtiri eundẽ ſimul & verum dicere: ſed propter id quod non eſt facile inſpicere, vtrum quis aſſignet ſimpliciter veracem eſſe vel mendacem,difficile apparet. Prohibet aũt eũdem nihil ſimpliciter qdẽ eſſe mendacẽ,quadãtenꝰ autẽ veracẽ:vel alicuius eſſe veracẽ aliquem,veracẽ autẽ minime.

Similiter aũt & in ad aliquid,& vbi,& quãdo, oẽs enim huiuſmodi oratiões propter id accidunt.Putáſne ſanitas,vel diuitiæ bonũ? attamẽ inſipiẽti,& nõ recte vtẽti nõ bonũ, ergo bonũ, & nõ bonũ. Eſtne ſanum eſſe,vel poteſtatẽ habere in ciuitate,bonũ? Equidẽ eſt quandoq; nõ bonũ,idẽ igitur eidẽ bonũ & nõ bonũ.at nihil prohibet,quod ſimpliciter eſt bonũ,huic nõ eſſe bonũ:aut huic quidem bonum,at nõ nunc,vel nõ hoc in loco bonũ.Putáſne quod nõ vult ſapiens,eſt malum? amittere aũt bonum nõ vult: malum igit bonum.non.n.idẽ eſt dicere,malum eſt bonũ,& amittere bonũ. Similiter autẽ & quæ de fure eſt oratio,non enim ſi malũ eſt fur,etiã capere eſt malũ:ergo vult malũ,imo potius bonum.nã capere bonũ eſt. Et ægritudo malũ eſt,ſed non amittere ægritudinẽ malum. Putáſne iuſtũ iniuſto,& quod iuſte eo quod iniuſte optabilius? ſed mori iniuſtè optabilius eſt. Putáſne iuſtũ eſt,ſua habere quenq;? at quæ adiudicabit ſecundũ opinionem ſuã aliquis, & ſi ſit falſa, rata ſunt lege. idẽ igitur iuſtũ & iniuſtum. Et vtrũ oportet iudicare eũ qui iuſta dicit,an qui iniuſta? at verò eum qui iniuriã paſſus eſt,iuſtũ eſt abunde dicere quæ paſſus eſt, ea autẽ erãt iuſta. Non.n.etſi pati aliquid iniuſte eligendũ,id quod eſt iniuſte eligibilius,q̃ quod iuſte:ſed ſimpliciter quidẽ quod iuſte, hoc autẽ nihil prohibet ſi in iuſte an iuſte:& habere ſua quenq; iuſtũ,aliena aũt non iuſtũ.Iudiciũ verò hoc iuſtũ eſſe nihil prohibet,vt quod ſit ſecundũ opinionẽ iudicãtis. nõ enim ſi iuſtũ eſt hoc modo, vel huic,& ſimpliciter iuſtũ eſt. Similiter autẽ & quæ iniuſta ſunt, nihil prohibet dicere ea,iuſtũ eſſe: nõ enim ſi dicere iuſtũ eſt,neceſſe eſt iuſta eſſe, ſicut nec ſi eſt vtile dicere,vtilia.ſimiliter autem & in iuſtis. quare nõ ſi quæ dicũtur iniuſta,qui dicit iniuſta cõuincit. dicit ,n. quæ dicere eſt iuſta,ſimpliciter aũt & quę pati iniuſta. Iis autẽ quę propter definitionem fiunt, redargutiones, quemadmodũ dictum eſt prius, obſiſtendũ eſt conſiderãtibus in cõcluſione cõtradictionem, vt ſit idem,& ſecundum idẽ,& ad idem,& ſimiliter, & in eodẽ tempore. Si quis verò illud ipſum roget, vrgeatq;, duplũ & non duplũ eſſe impoſſibile ſit nẽcne,nõ aſſentiendũ eſt eſſe impoſſibile, ſed agendum eſſe poſſibile. verũtamen ſic illud poſſibile eſſe, vt redargui,ſi quis hoc fateatur forte,nõ poſſit. Sunt autẽ omnes oratiões hæ propter aliquid huiuſmodi.putas qui nouit vnumquodq; quid ſit vnũquodq;,etiam quãq; rem nouit? & qui ignorat,ſimiliter? cognoſcens autem quis Coriſcum, quod Coriſcus, ignorabit quod

Sophiſmata ignorãtiæ elẽchi.

musicus? quare idē cognoscit & ignorat. Putásne quadricubitū tri cubito maius? fieri enim potest ex tricubito quadricubitū, secundū longitudinem, maius aūt minore maius. idē igitur eodē secundū idem magis & minus. Illa verò quæ fiunt propter id quod petitur sumiturq; principiū, si interrogāti quidem cōstet, nō dandum: neq; si probabile sit eum qui recipiat esse verū. Si autem fefellerit nos, ignorātiā ob prauitatē orationum taliū ad interrogantem retorquere oportet, tanq̄ nō redarguerit. nā redargutiò sine eo est, quod principio cōtrouertebat. deinde datū est, nō vt eo vteretur, sed vt ad illud colligeret cōtrarium, vt in priuatis redargutionibus, quæ aliter fiunt. Et eas quæ per consequēs probant in ipsa oratione mō strare oportet. est autē duplex sequentiū cōsequentia. aut enim vt particulare sequitur vniuersale: vt hominem animal. postulant. n. si hoc cum illo, & illud esse cum hoc. aut secundum opposita. nā si huic est illud consequens, & oppositō oppositum. propter quod & Melissi oratio. nā si genitum est, principium habet: ingenitum postulat non habere principium. quare si ingenitum est cœlū, & infinitū. id autē non est, cōtrà enim cōsequentia habet. Quæcunq; autem propter id quod additur aliquid colligunt, considerandum si sublato eo nihil minus impossibile accidat. deinde id manifestandum, dicendumq;, quòd dederit nō tanq̄ id videretur, sed vt ad orationē. quo vero vsus sit, ad orationē nihil attinere. Eas autem quæ plures interrogationes vnā faciūt, principio statim dirimere oportet. Nam interrogatio vna est, ad quam respōsio est vna. quare neque plura de vno, neq; vnū de pluribus, sed vnū de vno affirmandū negādūq; est. Ac vt in æquiuocis quādoq; quidē ambobus, quādoq; neutri inest. cūq; simplex interrogatio est, simpliciter respōdētibus nihil accidat pati. sic & in his. quando .n. vel plura vni, vel vnū pluribus inest, vel nō inest simpliciter dāti, & hoc peccato peccāti, nihil cōtrariū accidit. Quandoq; verò huic quidem inest, illi autē non inest, plura ve de pluribus: estq; vbi insint ambobus, est autem vbi nō insint rursum, id verò cauendum. Vt in his orationibus, si hoc quidem est bonum, illud autem malum, verum est dicere, quod hæc bonum & malum: & rursum neq; bonum neq; malum. non enim inest vtrunq; vtriq;: quare idem bonum & malū, & neq; bonū neq; malum. Etsi vnūquodq; ipsum sibi idē est & alijs diuersum, quod non alijs eadem, sed sibi & diuersa eisdē: ipsa sibimet diuersa & eadē. Amplius, si bonū quidem malum sit, malū autem

Sophismata petitionis principij

Sophismata cōsequentis.

Sophismata secundum nō causam ut causam.

Sophismata secūdum plures interrogationes ut unum.

autem bonū, duo vtiq; fient: & duorum & inæqualiū vtrūq; ipsum sibi esse æquale. quare æqualia & inæqualia ipsa sibi. Incidūt autē orationes hæ & in solutiones alias. nā ambo & omnia plura significāt, nō igitur idem præter nomen accidit affirmare & negare, id autem non erat redargutio, sed patet. quòd si non vna interrogatio plures fiāt, sed vnū de vno affirmet, aut neget, id impossibile nō erit.

Sextum caput. Dilutiones Nugationis & Soloecismi.

IN illis autem quæ eò ducunt, vt idē frequēter dicere cogamur, manifestū est, quòd eorū quæ ad aliquid dicuntur prædicata, aliquid per se seorsum significare minime concedendū est, vt duplū, sine eo quod est duplum dimidij, vnū enim apparet. nā & decem dixit, qui decem vno minus dixit: & facere dixit, qui dicit non facere. & oīno in negatione affirmatio est: nō tamen si quis hoc album dicat nō esse, idē album esse dicit. duplum aūt neq; significat aliquid fortasse, quēadmodum neq; quod in dimidio. q̄ si quid forte significat, attamē nō idem seorsum & coniunctū. neq; scientia idē quod in specie, vt quia medicina scientia est, id ipsum significat quod scientia, id est, cōmune illud. Est enim scientia, scibilis scientia. In ijs autem per quæ ostenduntur prædicatis, hoc dicendū est, quòd non idem sit seorsum, & in oratione, significatū. nā cauum cōmuniter quidē idē, additū simo & curuo significat. at nihil prohibet aliud quidem naso, illud autē cruri additū significare, & nihil differt dicere nasus simus, & nasus cauus. Amplius, dāda dictio secundū rectū non est. falsum .n. est. Nā non est simum nasus cauus, sed nasi hæc passio. quare nihil absonū est, si nasus simus est nasus cauitatē nasi habens. De soloecismis autem propter quid apparent accidere, diximus prius. quomodo autē soluendū in ipsis orationibus erit manifestū. Omnes .n. hoc volunt construere. Putas quod dicis quippiā verè esse, etiā est illud verè? dicis autem quippiā lapidem esse: est igit̄ quippiā lapidē. An dicere lapidē nō est dicere quod, sed quēd nō hoc, sed hunc? si igit̄ dicat aliquis, putas quā vere dicis est istū, non videtur Romane loqui. quemadmodum neq; si dicat, putas quem dicis esse, est iste. lignū autem vel quęcunq; neq; masculinum, neq; fœmininum significant, ista dicere nihil refert. Quare etiā nō fit soloecismus, si quod dicis esse, est istud: lignū aūt dicis esse, est igit̄ lignum istud. lapis autem & iste masculini habent declinationem. Quòd si quis dicat, putásne iste, illa est? deinde rursum, quid autē nonne Coriscus est illa? inferatq; igit̄ Coriscus est illa, non collegit

ſolœciſmũ,etiã ſi Coriſcus ſignificat idem quod illa, nõ dat autem qui reſpõdet,ſed oportet hoc præinterrogare, ſi autẽ neq; eſt, neq; dat,non collegit neq; re ipſa, neq; ad eum qui interrogatus eſt. Similiter igitur oportet & illic lapidẽ ſignificare iſte, ſi aũt neq; eſt, neq; datur,cõcluſio hæc dicenda nõ eſt:apparet aũt eò q; diſſimilis caſus nominis ſimilis appareat. Putáſne verũ eſt dicere quoniã iſta eſt,id quod eſſe ais eam eſſe autẽ ais aſpidẽ: eſt igitur iſta aſpidẽ. An nõ neceſſe eſt,ſi nõ iſta aſpidẽ ſignificat,ſed aſpis: Aſpidem autẽ,iſtã.neq; ſi quẽ dicis eſſe iſtũ,eſt iſte,dicis aũt iſtum,eſſe Cleonẽ: eſt igitur iſte Cleonẽ. non enim eſt iſte Cleonem, dictum eſt enim, quòd quẽ dico iſtũ eſſe,eſt iſte,nõ iſtũ. Neq; enim Romane dicet hoc pacto interrogatio dicta. Putas iſtud ſcis? iſtud autẽ eſt lapis: ſcis igit lapis. An nõ idẽ ſignificat iſtud in eo qđ eſt,putas iſtud ſcis: & in hoc,iſtud aũt lapis,ſed principio quidẽ hũc,in poſteriore aũt hic. Putáſne cuius ſcientiã habes,ſcis illud? ſcientiã autẽ habes lapidis:ſcis igitur lapidis. An huius quidẽ,lapidis dicis:hũc aũt lapidẽ? datũ eſt aũt,cuius ſcientiã habes,illud ſcis: nõ illius, ſed illud: quare nõ lapidis,ſed lapidẽ. Quòd igitur huiuſmodi orationes nõ colligũt ſolœciſmũ,ſed apparent,& propter quid apparent,& quo modo eſt obſiſtẽdum illis,eſt manifeſtũ ex iis quæ ſunt dicta.

Septimum caput, De oratione facili,difficili,& acuta.

OPortet autem animaduertere, quòd orationũ omniũ alię quidẽ inſpectu faciles ſunt,alię verò quã ob cauſam,& in quo audientem decipiãt,difficulter deprehenduntur, frequẽter illis eædẽ ſint licet. Eandẽ enim orationẽ vocare oportet,quæcunq; propter idẽ fit,eadẽ autem oratio aliis quidẽ propter dictionẽ, aliis autem propter accidens,aliis verò propter aliud videbit esse, quia vnũquodq;,cũ translatum eſt,nõ æquè eſt manifeſtũ. Quemadmodum igitur in æquiuocationibus, qui modus eſſe captioſarũ ratiocinationũ vſurpatiſſimus videtur,alia quidem quibuſlibet ſunt manifeſta,& orationes penè ridiculoſæ oẽs propter dictionem ſunt. vt vir ferebatur in ſcala Σίφνον quò itis? ad Chereã? Et, Boreas purúſne? nõ certe,perdit enim pauperẽ & ementem. Et vtra boum ante pariet? neutra, ſed retrò ambæ. putáſne eſt Euarchus? non certe, ſed Apollonides. Eodem autem modo & aliarũ ferè q̃ plurimę. Alia verò & peritiſſimos videntur fallere, ſignũ autẽ horũ, quoniã ſæpe de nominibus contendunt, vt idẽ ne in omnibus ens & vnũ,an aliud ſignificent,aliis enim ens & vnũ idẽ ſignificare videtur, alij autem

autem Zenonis orationẽ & Parmenidis ſoluunt:eò q; multipliciter vnum & ens dici velint. Similiter autem & propter accidens, & aliorũ ſingulũ quodq;, aliæ quidẽ orationes erunt faciles perſpectu,aliæ verò difficiliores. deprehẽdere q; quo in genere, & nũ redargutio ſit,an nõ,nõ æquè facile in oĩbus eſt. Eſt aũt acuta oratio, quę dubitare maxime facit,mordet.n,hæc maxime. Dubitatio autẽ duplex eſt:hæc quidẽ in ſyllogiſantibus, vtrã ſcilicet eligas interrogationũ:illa aũt in cõtentionibus quo modo enũcies id quod imperatũ. Quapropter in ſyllogiſticis quãto acutior oratio eſt,tanto magis inquirentẽ exercet, eſt autẽ ea quæ colligit quidem oratio acutiſſima,cũ q̃ maxime probabilibus id quod maxime probabile eſt tollit,confutatq;.vna.n.oratio cum ſit,contradictione trãſpoſita oẽs ſyllogiſmos eodẽ pacto habebit. ſemper enim ex probabilibus ſimiliter ꝓbabile aut tollet,aut cõſtruet. quapropter dubitare neceſſariũ eſt. Maxime igit acuta hęc eſt,quę ex æquo concluſionẽ probabilem interrogationibus reddit, ſecunda aũt quæ ex omnibus ſimilibus. hæc enim eque dubitare facit, vtracũq; interrogationũ ſit deijcienda. id autẽ difficile eſt. nã tollere cum oporteat quidem,quid tollẽdum ſit,dubiũ eſt. Contentioſarũ autẽ acutiſſima, quæ primũ ſtatim dubia eſt, vtrũ colligat,an non:vel vtrũ ob falſum,an ob diuiſionem ſolutio. ſecunda autem aliarũ quæ manifeſta quidẽ,quòd propter diuiſionẽ,vel intereimptionẽ eſt. nõ tamen eſt exploratũ,per vtrius interrogationũ deiectionẽ, diuiſionemve ſoluenda ſit,ſcilicet propter cõcluſionẽ ne, an propter aliquã interrogationũ id ſit. Quandoq; igitur nõ ſyllogiſans oratio facilis eſt, ſi vel inopinabilia vel falſa valde ſint,quæ ſumũtur: quãdoq; autem nõ digna deſpici. nã quãdo deeſt aliqua taliũ interrogationũ, de qua & propter quam oratio eſt, quiq; ſumat, colligatq; inepta ratiocinatio eſt. quando autem eorum quæ extrinſecus ſunt deeſt quid,nõ deſpicienda vllo modo,ſed oratio quidem iuſta, interrogans autem non probe interrogauit. Sane vt ſoluendum quandoq; quidem ad orationem, quandoq; autem ad interrogantem & interrogationem,quandoq; verò ad neutrũ horum eſt:ſic & interrogandum colligendumq;,& ad poſitionem, & ad reſpondentẽm, & ad tempus eſt,quando plus temporis requirit ſolutio, q̃ præſens tempus ad ediſſerendum ſolutionem ferat.

Octauum caput. Epilogus octo præcedentium, & duorum præſentium librorum.

EX quot igitur, quibuſq; fiunt ijs qui diſputant ratiocinationes captioſæ, quomodóq; falſum oſtendamus, & inopinabilia dicere cogamus: amplius autē è quibus ſyllogiſmus eueniat, & quomodo interrogandum, & quis ordo interrogationum ſit: inſuper autē ad quid vtiles huiuſmodi omnes orationes ſint, & de reſponſione ſimpliciter omni, & quomodo ſoluere oratiōes ſyllogiſmoſq; oporteat, dicta ſint de omnibus à nobis hęc. Reliquum autem, vt eo qđ principio propoſitum erat, in memoriam reuocato, quippiam breuiter dicamus, ac finē dictis imponamus. Præmiſimus igitur inueniendi facultatem quandam ratiocinatiuam, de propoſito, ex ijs quæ ſunt q̄ probabiliſſima, id enim opus per ſe dialectices, tentatiuæq; eſt. Quia autem præparatur quis ea facultate, propter vicinitatem ſophiſtices, vt non ſolum experimentum de alio poſſit ſumere, dialectico more, ſed etiam veluti ſcientifico, idcirco non ſolum id negotij huius officium poſuimus eſſe, rationem exigere poſſe, ſed etiam rationem ſic ſuſtinere poſſe, poſitionem vt tutemur, cauſam autem diximus huius, quia & propter id Socrates interrogabat: at non ipſe reſpondebat, confitebatur enim ſe non ſcire. Oſtenſum autem in prioribus eſt, & circa quot, & è qualibus, ex quot id conſtet, vndéq; idonei ad hæc futuri ſimus. Inſuper autem, quomodo interroganda vel ordinanda quæſtio omnis ſit, & de reſponſionibus & ſolutionibus quæ ſunt ad ſyllogiſmos, patefactum eſt autem & de alijs, quæcunq; huiuſce diſciplinæ ſunt. Præter hæc autē & de captioſis ratiocinationibus pertractauimus, quemadmodum diximus iam prius. quòd igitur nacta ſint finem ſufficienter ea quæ propoſuimus, manifeſtum eſt.

Caput nonum, Peroratio.

OPeræpreciū autem eſt, nos non ignorare, quidnam acciderit circa hoc negotium. nam eorum quæ inueniuntur omniū, quæ quidem ab alijs ſumpta ſunt prius, elaborata paulatim incrementum ſumunt ab illis, qui poſtmodum accipiunt: quę autem ab initio comperiuntur, paruum inprimis ſumere ſolent incrementū: attamen vtilius multo eo, quod poſtea ab alijs fit accremento. Maximum enim fortaſſe, principium omnium, vt dicitur quare & difficillimum. quanto enim poteſtate validiſſimum, tanto mole minimum, difficillimum perſpectu eſt. eo autem comperto facile eſt adijcere, coaptareq; reliquum. Quod & circa rhetoricas orationes vſu venit, fere autē & circa alias artes omnes. nā qui principia inuenēre

inuenēre, prorſus exiguum promouerunt, qui ātem nunc celebriores habentur, cum à multis velut per ſucceſſionem accepiſſent, particulatim colligentes, ſic rem auxerunt. Tiſias quidem poſt priores, Traſymachus verò poſt Tiſiā. Theodorus aūt poſt hūc, multiq; multas coadunauēre partes. Qua propter nihil mirum, ſi in amplum quidem creuerit ars. Huius autem negotij nō hæc quidē pars erat explorata, illa verò non erat: ſed nulla prorſus erat. Nā eorum qui litigioſis ex orationibus quęſtū faciebant, ſimilis quidē doctrina Gorgiæ negotio fuit. orationes enim hi quidem Rhetoricas, illi autem interrogatiuas iubebant ediſcere: in quas ſæpius incidere vtrorumq; orationes ſolebant. quapropter velox quidem vtpote ſine arte, doctrina illa diſcentibus erat. nō enim artem, ſed quę ab arte ſunt tradentes, arbitrati ſe ſunt artificioſe loqui. Perinde ac ſi quis diſciplinam dicat ſe tradere, ne pedes doleant, deinde ſutoriam quidem non doceat, neq; vnde poſſint comparari talia: det autem q̄ plurima genera omnimodorum calceorum: hic profecto ad vſum contulit quidem, artem autem nō tradidit. Et de rhetoricis quidem erant multa & antiqua dicta: de ſyllogiſmis autem omnino nihil habuimus prius quicq̄ quod diceremus. q̄ quòd exercitationi huic propoſitæ multo tempore inſudauerimus. Si autem conſiderātibus nobis, pro eo qualis principio fuit, diſciplina hæc recte ſupra alia negotia quæ traditiōe inducta ſunt conſtat habere: reliquum erit, omnium veſtrum, vel eorum qui hoc opus audierint, ſi qua ad conſummationem artis omiſſa ſunt, venia dignari: inuenta autē, multa proſequi gratia.

FINIS.

SI STRINGAS, ERVMPIT.
SI LAX ES, ERE PIT.